

APPIANOY

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΙΣ.

EMENDATAM ET EXPLICATAM

EDIDIT

CAROLUS GUILIELMUS KRÜGER.

Acc. 62657.

**Biblioth.
Academ.
Dorpat.**

VOLUMEN ALTERUM

Georgii RAPHELII annotationes integras, Jacobi Gronovii, Friderici Schmiederi, aliorum electas et C. G. Krügeri adversaria Arrianea continens.

BEROLINI,

IN BIBLIOPOLIO KRÜGERIANO.

1848.

Exempla hujus voluminis omnia jure vendita vel donata hic sigillo
meo impresso et nomine manu scripto signata sunt.



Handwritten signature in cursive script.

ERRATA ET SUPPLEMENTA

ERRATA ET SUPPLEMENTA



ERRATA ET SUPPLEMENTA

ERRATA ET SUPPLEMENTA

ERRATA ET SUPPLEMENTA

ERRATA ET SUPPLEMENTA

S. P. D.

Jacobus Wetstein.

In adornanda vulgandaque nova Arriani editione non aliam consilii rationem secutus sum quam ut juventutis Graecis litteris imbuendae studiis, quantum in me esset, inservirem. Nec alium temere scriptorem veterem reperias a quo fontis Graeci combibendi primordium majorem cum fructu et voluptate capiatur. Nam stilus ejus purus est, tersus, elegans, sic ut non solum propter scriptorum similitudinem, sed propter sermonis etiam, minoris Xenophontis nomen invenerit. Historiae vero quam tradit argumentum tam splendidum est et illustre tamque varium et jucundum, nihil ut excellentius in hoc genere ad nos transmiserit omnis antiquitas. Praeterea omnium ore celebrata est singularis Arriani in narrando fides et integritas, sic ut in Alexandri rebus gestis cognoscendis, missis ceteris, hunc unum potissimum auctorem sequamur.

His aliisque rationibus ante multos jam annos adductus Georgius Raphelius, vir Graecarum Latinarumque literarum longe peritissimus et vel solis in N. T. annotationibus immortale nomen consecutus, se operae pretium existimavit facturum, si Arriani editionem adornaret eam quae tum tironibus tum hominibus etiam doctis et jam aliquantum in hoc stadio progressis utilitatem afferre posset. Hujus instituti sui ipse facit mentionem praef. annotat. ex Polybio et Arriano:

idque valde probavit amico suo, Jo. Alb. Fabricio*). Hoc igitur consilio textum quam potuit accuratissime castigavit, adjutus praesertim libris Mss. a Jac. Gronovio consultis; difficiliores nodos dextre resolvit; obscura clarissima luce perfudit; versionemque permultis locis pravam elegantissime correxit. Qua in re hanc rationem tenuit, ut, si quid bene explicuissent alii, illorum nomina laudaret: contra si quid humani passi fuissent, qui ejus erat candor et humanitas**), parceret nominibus claris alioquin et summa laude dignis. Cumque editionem suam ita comparatam esse vellet Raphelius, ut ex Boecleri consilio Arrianus et Curtius inter se conferrentur, sicque una opera utraque lingua excoli posset: nihil antiquius habuit quam ut Curtii loca, ubi vel consentiat cum Arriano vel alter alteri mutuum lumen praebeat, diligenti opera indicaret.

Leve fortasse est sed monendum tamen, Raphelium singula capita in quae divisi sunt libri in Gronoviana editione in minores sectiones vel versus divisisse, ne ob unum verbum inde citatum opus esset integrum caput perlegere. Nos insuper singulis libris summarium***) praefigendum curavimus; dedimusque operam ut quaelibet pagina

*) Exstat honorificum ejus de hoc opere testimonium Bibl. Graec. vol. IX p. 403: Post Gronovium, inquit, vidi Arriani libros de expeditione Alexandri recensitos novo ac diligenti studio, divisos in minores sectiones notisque eruditis et locupletissimo indice Graecarum vocum phrasiumque instructos a Rev. viro, Ge. Raphaelio, ecclesiae Luneburgensis Pastore, quos in usus studiosorum Graecae linguae in lucem proferri quam primum erit utique pretium operae.

**) [Ita aequissime judicavit de viro nec judicio nec linguae cognitione eccellente. „Gronovio, inquit in ann. ad I, I, 4, profecto merito gloriari licet quod in his tam corruptis egregiam opem tulerit praestanti Arriano. Nos quidem quibus Arrianus cordi est, industriae ipsius, quam in hoc scriptore emendando atque illustrando certe posuit singularem, gratias agimus hoc majores quo magis agnoscimus, nisi ille fuisset, nequaquam nos pares futuros fuisse tenebris illis discutiendis quas huic aliisque locis (quae ubique indicabimus) offuderat depravatae scripturae varietas.“ Krüger.]

***) [praemissum a me vol. I p. XI ss., hic illic mutatum. Krüger.]

tantum versionis latinae quantum textus Graeci caperet. Quo haud parum lectoris commoditati consultum putamus.

At enimvero haec quae diximus omnia et praestantia et utilitate longe superat index Graecus copiosissimus, tanto confectus studio tamque exquisita Graecae linguae scientia, ut nihil in hoc genere perfectius dederit eruditorum hominum industria. Hic quam utilitatem afferat vel in corruptis obscurisque Arriani locis restituendis et interpretandis vel in lexicis novis verborum significationibus et verbis adeo augendis, quo quis peritior fuerit literarum Graecarum, eo magis re ipsa experiundoque cognoscat. Silentio praetereo indicem rerum memorabilem, Summarium generale notasque et variantes Eclogarum Photii operi praemissarum.

Quemadmodum vero nullis sumtibus pepercimus, ut Arrianus typis quam elegantissimis excuderetur, sic etiam errores typographicos omnes acerrima cura tollendos curavimus. Ne multa: damus editionem ita omni ex parte ornatam, vix ut Raphaelius ipse meliorem sibi voto fingere potuerit.

Cultissimum vero hoc Raphaeliani ingenii monumentum, jam anno 1709 absolutum, ad hoc usque tempus in privatis scriniis delituit, saepe oblatum Germanis librariis, sed semper fastidiose rejectum. Ac nescio an etiam nunc tenebris obsitum lateret, nisi casu quodam notitiam contraxissem cum doctissimo humanissimoque viro, CONR. ARN. SCHMIDIO, qui tum aliis rebus dignum se Raphaelio generum praestat, tum pietate illa qua elegantissimum soceri opus ad posteritatis memoriam transferendum curavit. Hujus enim singulari liberalitati autographum acceptum refero: cui omnes literarum studiosos maximas pro tanto beneficio gratias mecum agere par est. Vale. A. 1757.

Lecturis S. C. G. Krüger.

In communi calamitate superioris anni typographus me adiit rogavitque ne operas quibus adhuc usus esset esurire paterer atque e scriniis si quid excendi posset promerem. Aequis viri optimi precibus morem gesturus quum circumspicerem quid potissimum ex schedis meis eligerem, in manus inciderunt quae a. 1836 de Arriano conscripseram, quae ego tum redemptori prioris voluminis edenda tradere dubitaram, veritus ne liber parum vendibilis prodiret. Eadem suspicione nunc quoque ductus prioris voluminis exemplis emptis alterum volumen meo periculo edere constitui.

Sed quum schedas perlustrare coepissem facile intellexi multa multis nominibus manca atque aliquot annorum otio opus esse ut satis expolirentur et auferentur. At enim ad hoc negotium conficiendum sperare non licebat idoneam me animi tranquillitatem his tempestatibus, quae me dudum summopere sollicitaverunt, recuperaturum esse; ideoque quum justam Arriani enarrationem desperarem, ea quae a. 1836 conscripseram hic illic, quantum per animi condicionem licuit, emendata et aucta typis exscribenda tradidi. Ceterum si quando res tranquilliores nactus fuero, quae ad tempora notanda, ad res militares explicandas, ad itinera Alexandri perscrutanda pertinent altero volumine studiorum meorum historicorum et philologorum separatim persequar, in Geographicis Kieperti opera, quam ille in Mannerti libris edendis collocaturus est, magnopere me adjutum iri sperans.

Raphelii indicem verborum, quamquam non sine diligentia factum, tamen saepe mancum, talem qualis nunc est edere non potui, emendatum et auctum publicaturus, si hoc volumen emptores repperisse intellexero.

Caroli Sintenis censurae quas saepe laudavi leguntur prima, Elendtii editionem in examen vocans, in Ephemeridibus Lipsiensibus Febr. 1833 p. 353—373 et Jun. p. 1129—1144; altera, de mea editione agens, in Annal. philol. et paed. vol. 16 sc. 2 p. 131—166; tertia, de Dübneriana referens, in ephemeridibus Halensibus Jun. 1847 Nr. 134—137 p. 1065—1096. Alia quae eidem Sinteni tribuuntur, vir sagacissimus vel coram vel per litteras mecum communicavit.

Scribendam Berolini 23. Martii 1848.

CAROLO SINTENI

AMICO

DE

A R R I A N O

EGREGIE MERITO

D. D. D.

EDITOR.

Ad Arriani Anabasin Annotata.

Lib. I. c. 1.

ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ. Quum Stephano in voce Ἀσσακηνοὶ citetur Ἀθηναῖος τετάρτη τῆς ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου et ab eodem in Χασμάνδη advocetur plane parili modo Σογαίνιτος ἐν Κύρου ἀναβάσει; Etymologo etiam Ξενοφῶν ἐν τῇ ἀναβάσει in voce Δύσπαρι: consultissimum mihi videtur vocem ἱστοριῶν re-legare ad auctorem suum, praesertim quum in plerisque atque adeo etiam in optimo Ms. habeatur Ἀθηναῖος ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου βιβλίον πρῶτον. **Gronovius.** Minus accurate τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου pro inscriptione dixerunt Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 976 et grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 129, 27. Photius Eclogis: ἀνεγνώσθη Ἀθηναῖος τὰ κατ' Ἀλέξανδρον ἐν λόγοις ἑπτὰ, videlicet oppositurus: συνεγράφη δὲ αὐτῷ καὶ μετὰ Ἀλέξανδρον ἐν λόγοις δέκα. Ἀθηναῖος δὲ ἱστορικὸς ἐν τῇ πρώτῃ διαβάσει Ἀλεξάνδρου memoratur a schol. Pind. p. 6 Boeckh. Ipse scriptor 7, 3, 1 librorum argumentum, non inscriptionem significare voluit. Ceterum quamquam cum Photio Stephanus et grammatici Bekkeriani singulos libros notaverunt, tamen, quum nusquam novī exordii significatio compareat, non ab Arriano, sed a grammatico quopiam totum volumen in septem libros divisum esse probabile est.

ξυνέγραψαν. Ἀναγράφειν dicitur quatenus res singulae respiciuntur, συγγράφειν magis ad totius vel narrationis vel voluminis compositionem refer-tur. Minus accurate scholia ad Thuc. 4, 1.

ταῦτα. Expectaveris ταῦτα μὲν et mox τούτων δέ. Gr. § 69, 16 an. 2. Sed in his non constans est usus. cf. an. ad Xen. An. 3, 1, 43.

ἀναγράφω. Satis supine [vulgo ἀναγράφω], quasi hoc prooemium, ut vocant, ab Arriano conceptum fuisset ante inchoatum hoc volumen, quum tamen absoluto demum et finito adjectum fuisse aperte constet ex sequen-tibus, in quibus etiam praeteriti temporis figura utitur. **Gronovius.** Ex prae-terito quidem hoc non sequitur. V. librum meum quem inscripsi: Unter-suchungen über das Leben des Thukydidēs p. 71 et Gr. § 53, 10 an. 1. Similiter Arrianus in media narratione 7, 15, 6 ἀνέγραψα.

οὐ ταῦτά. sc. συνέγραψαν. **Raphelius.**

ἐπιλεξάμενος. Repetendum ἀναγράφω. **Raphelius.** Ἐπιλέγεσθαι eli-gendi notione rursus legitur 4, 10, 3. 2, 6, 3. Sic saepius Herodotus, ex quo Arrianus alique posteriorum aetatum scriptores multa sumpserunt quae Ionismi propria sunt.

2. ἐς ἀλλήλους. Similiter 2, 10, 7: γιλοσιμία ἐς ἀλλήλους, cf. Kr. ind. ad Thuc. p. 275, a.

Ad Arriani Anabasin Annotata.

Lib. I. c. 1.

ANABAΣEΩΣ. Quum Stephano in voce Ἀσσιακηνοὶ citetur Ἀρριανὸς τετάρτη τῆς ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου et ab eodem in Χασιμάνδη advocetur plane parili modo Σογαίνιτος ἐν Κύρου ἀναβάσει; Etymologo etiam Ξενοφῶν ἐν τῇ ἀναβάσει in voce Δύσπερι: consultissimum mihi videtur vocem ἱστοριῶν re-legare ad auctorem suum, praesertim quum in plerisque atque adeo etiam in optimo Ms. habeatur Ἀρριανὸς ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου βιβλίον πρῶτον. **Gronovius.** Minus accurate τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου pro inscriptione dixerunt Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 976 et grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 129, 27. Photius Eclogis: ἀνεγνώσθη Ἀρριανὸς τὰ κατ' Ἀλέξανδρον ἐν λόγοις ἑπτὰ, videlicet oppositurus: συννεγράφη δὲ αὐτῷ καὶ μετὰ Ἀλέξανδρον ἐν λόγοις δέκα. Ἀρριανὸς δ' ἱστορικὸς ἐν τῇ πρώτῃ διαβάσει Ἀλεξάνδρου memoratur a schol. Pind. p. 6 Boeckh. Ipse scriptor 7, 3, 1 librorum argumentum, non inscriptionem significare voluit. Ceterum quamquam cum Photio Stephanus et grammatici Bekkeriani singulos libros notaverunt, tamen, quum nusquam novi exordii significatio compareat, non ab Arriano, sed a grammatico quopiam totum volumen in septem libros divisum esse probabile est.

ξυνέγραψαν. Ἀναγράψαν dicitur quatenus res singulae respiciuntur, συγγράψαν magis ad totius vel narrationis vel voluminis compositionem refertur. Minus accurate scholia ad Thuc. 1, 1.

ταῦτα. Expectaveris ταῦτα μὲν et mox τούτων δέ. Gr. § 69, 16 an. 2. Sed in his non constans est usus. cf. an. ad Xen. An. 3, 1, 43.

ἀναγράφω. Satis supine [vulgo ἀναγράψω], quasi hoc prooemium, ut vocant, ab Arriano conceptum fuisset ante inchoatum hoc volumen, quum tamen absoluto demum et finito adjectum fuisse aperte constet ex sequentibus, in quibus etiam praeteriti temporis figura utitur. **Gronovius.** Ex praeterito quidem hoc non sequitur. V. librum meum quem inscripsi: Untersuchungen über das Leben des Thukydides p. 71 et Gr. § 53, 10 an. 1. Similiter Arrianus in media narratione 7, 15, 6 ἀνέγραφα.

οὐ ταῦτά. sc. συνέγραψαν. **Raphelius.**

ἐπιλέγειν. Repetendum ἀναγράφω. **Raphelius.** Ἐπιλέγειν eligendi notione rursus legitur 1, 10, 3. 2, 6, 3. Sic saepius Herodotus, ex quo Arrianus aliique posteriorum aetatum scriptores multa sumpserunt quae Ionismi propria sunt.

2. ἐς ἀλλήλους. Similiter 2, 10, 7: φιλοπμία ἐς ἀλλήλους. cf. Kr. ind. ad Thuc. p. 275, a.

οὐδ' ἔστιν neque est sc. ullus. Hunc enim usum praestat ἔστιν junctum cum relativis. Sic dicunt οὐκ ἔστιν ὅτου nullius, ἔστιν οὐ αἰτιῶν quidam eorum 1, 7, 11. ἔστιν οὖς quosdam 1, 22, 4. *Raphelius*. Cf. Kr. ann. ad Xen. An. 5, 10, 6.

ὄτου. Attici pro οὐ πνος, ᾧ τινι, ὠν τινων, οἷς τισι dicunt ὄτου, ὄτων, ᾧτοις. Schmid de dialect. p. 78. *Raphelius*.

πιστότεροι ἔδοξαν ἐς τὴν ἀγῆγησιν. Sic infra 4, 14, 3 iidem dicuntur οἱ πάντων πιστοὶ ἐς τὴν ἀγῆγησιν i. e. fide dignissimi historici. *Raphelius*. Cf. 5, 5, 1. 7, 27, 3.

ὁ μὲν — Ἀριστόβουλος. cf. Gr. § 50, 1 an. 11 et interpr. ad Plat. Gorg. p. 501, a.

πρὸς τῷ στρατεῦσαι praeterquam quod (fide dignus est ideo quod) una militaverit.

ἄμφω δέ. sc. πιστότεροι ἔδοξαν. *Schneiderus*.

ξυγγράφουσιν αὐτοῖς. Vulgo ξυγγράφουσιν, ὅτε αὐτοῖς. Sed praesens hoc quatuor praeteritis interjectum suo loco non esse ex constructione totius periodi facile apparet. Unde ejecta conjunctione ὅτε, quae librario debetur, locum ex conjectura mea emendavi et verto: quum scribentibus iis etc. *Schmiederus*. Hanc emendationem mirum est displicuisse Schneidero, ὅτε rursus interponenti.

ἢ τε ἀνάγκη καὶ ὁ μισθός. Id est metus et spes, ut loquitur Salustius prooemio belli Catalinarii: Mihi a spe, metu, partibus reipublicae animus liber erat. Libertate namque vera dicendi sublata et praemio mendacii proposito incorrupta rerum gestarum monumenta sperare vix licet. Livius in praefatione operis sui: Ego contra hoc quoque laboris praemium petam, uti me a conspectu malorum quae nostra tot per annos vidit aetas tantisper certe dum prisca illa tota mente repeto avertam, omnis expers curae quae scribentis animum etsi non flectere a vero, sollicitum tamen efficere possit. Tacitus Annal. 1, 1, 4: Temporibus Augusti dicendis non defuere decora ingenia, donec gliscente adulatione deterrerentur. Tiberii Cajique et Claudii ac Neronis res ob metum falsae, postquam occiderant recentibus odiis compositae sunt. Inde consilium mihi pauca de Augusto et extrema tradere; mox Tiberii principatum et cetera sine ira et studio, quorum causas procul habeo. Easdem adulterandae historiae causas exponit idem principio Historiarum. *Raphelius*.

συνηχθῆ. Συμφέρεσθαι pro συμβαίνειν secundum Herodotum οἱ κοινοὶ frequentaverunt. Sic cum nomine 1, 9, 6. 3, 22, 3. 5, 4, 5. 6, 25, 4. 26, 4. 7, 4, 3, his locis omnibus in malam partem, quum ξυμφορὰς etiam ἀγαθὰς dicat 7, 14, 1. 24, 4. τὰ ξυνεχθέντα 1, 9, 2. 4, 14, 4. Similiter tamen etiam Thuc. 1, 9, 1: ὕστερον τοῖς ἐκγόνοις ἐπι μείζω (χρήματα) ξυνεχθῆναι. Ceterum quamquam in nostris Arriani Anabaseos exemplaribus non pauci supersunt loci quibus σύν legatur, dubitaveris tamen an ipse semper ξύν scripserit.

3. ἔστι δὲ ἃ καὶ. In aliis legitur ἔστι δὲ καὶ ἃ. *Gronovius*. Ἔστι δὲ pro ἔστιν, quod idem probavit, *Schmiederus* recepit, merito restituit *Schneiderus*. De collocatione Kr. ad Thuc. 2, 49, 5.

ὡς λεγόμενα μόνον. Quasi ea sermonibus tantum divulgata fuerint, veri autem nihil habuerint. Contraria enim sunt λεγόμενα et πιστὰ ἐς ἀγῆγησιν 7, 27, 3. Alibi οὐ πιστὸς λόγος et τὰ ὄντα opponuntur 2, 7, 2. Cf. 1, 7, 3. 5, 5, 1. Eodem sensu τὰ λεγόμενα usurpat Pausanias lib. 6 p. 348. l. 26: ἐμοὶ μὲν οὖν λέγειν μὲν τὰ ὑπὸ Ἑλλήνων λεγόμενα ἀνάγκη, πείθεσθαι δὲ πάντων οὐκέτι ἀνάγκη. et lib. 3 p. 179 l. 16. Λεγόμενα ergo sunt quae fama feruntur sive vera sive falsa. Addito autem μόνον mendacem eam famam vel certe valde dubiam fuisse intelligendum est. Caeterum idem

consilium fuit Tacito Hist. 2, 50, 3: Ut conquirere fabulosa et fictis oblectare legentium animos procul gravitate coepti operis crediderim, ita vulgatis traditisque demere fidem non ausim. et Curtio 7, 8, 11. *Raphelius*.

ὅπερ pro περί etiam cum hominum nominibus conjunctum deterioris Graecitatis est. Sic persaepe Arrianus.

τοσοῦτοις. Pro τοσοῦδε συγγραμίδου praeferebat optimus τοσοῖτοις. Et sane τοσοῦδε Arriano non est tam multus, sed tantus. *Gronovius*.

ἀναλεξάμενος. Herodotum hac significatione ἐπιλέγεσθαι dicere, Atticos ἀναγιγνώσκων notum est.

οὕτω θαυμαζέτω tunc demum miretur, si quam adhuc causam cur miretur tunc reperiet, postquam mea cum aliorum scriptis contulerit. Sed desinet credo mirari intellecta consilii mei ratione ex ipso scripturae genere. Nimirum novi semper scriptores aut in rebus certius aliquid allaturos se aut scribendi arte rudem vetustatem superaturos credunt, ut ait Livius in prooemio. Quod utrumque se assecutum Arrianus his verbis, quamquam obscurius vitandae arrogantiae causa, ita tamen indicat ut sententia facile possit perspicui. Nam quod certiora a se tradita putet, ipse paulo ante aperte fatetur. In Graeci autem sermonis facultate qualem se arbitratum sit infra videre licet 1, 12, 5. Particula οὕτω similiter utitur Xenophon Memorab. 4 extremo: εἰ δὲ τῷ μὴ ἀρέσκει ταῦτα, παραβάλλον τὸ ἄλλων ἤθους πρὸς ταῦτα οὕτω κρινέτω. Sic infra 7, 30, 1. *Raphelius*.

1. λέγεται δὴ. Alii δὲ. Gronovius ex codice Florentino, quem ubique optimi nomine appellat, δὴ restituit eamque scripturam praefendam esse Xenophontis exemplo, cum Xenophonteus sit Arrianus, confirmat. Sed istius quidem scriptoris auctoritate hic in utramque partem liceret uti. Alios enim libros a δὴ orditur, ut Cyrop. lib. 2. 3. 6. 7, Expedit. Cyri lib. 3. 4. 5. 7, Hist. lib. 3. 5; alios a δέ, ut Cyrop. lib. 4. 5, Expedit. Cyri lib. 6, Hist. lib. 1. 2. 4. 7, Apolog. Socratis, de Athen. rep., Memorab. lib. 2. 3. 4, et Oeconomicum. Malui tamen sequi Gronovium, cum simillimum sit exordium in Xenophonte quo Cyropaediae liber primus item ut hic annectitur praefationi: πατὴρ μὲν δὴ λέγεται ὁ Κῦρος γενέσθαι Καμβύσου. *Raphelius*.

Φίλιππον. Optimus omisso illo μὲν habet Φίλιππον τελευτῆσαι, quomodo scripsisse Arrianum indubitato argumento sunt sequentia, in quibus eundem casum quartum continuare pergit, παραλαβόντα Ἀλέξανδρον, quum potuisset ac debuisset alioquin παραλαβὼν Ἀλέξανδρος. *Gronovius*. Hoc argumentum non satis certum est. Licuit enim scriptori ex altera structura in alteram transire. Sic Dionys. Arch. 4, 56: τῇ δ' ἐξῆς ἡμέρα πρῶτον λέγεται χοίρους ἢ ὕς τεκῆν, καὶ τοσοῦτοις ἐναντοῖς ὕστερον ὑπὸ Τρωῶν ἐτίραν κισθῆναι πόλιν κατὰ τὸ θέσφατον. Cf. ad 3, 1, 5. Attamen retinendum duxi A codicis scripturam, eundemque secutus etiam μὲν particulam a Schneidero restitutam non revocavi.

τελευτῆσαι, interfectum a Pausania V. Diod. 16, 91 ss., Plut. Alex. 10 et qui plura suppeditabit Freinshem. Supplem. in Curt. 4, 9. Occisus est οὗ πρόσω βιώσας ἐξ τε καὶ τισσαράκοντα ἐτῶν. Pausan. 8, 7, 4.

ἐπὶ ἄρχοντος. Eodem ubique modo annos insignit Xenophon, ut Hist. Graec. lib. 1, 2, 1: ἐπὶ ἐγόρου μὲν οἶτος ἐν Σπάρτῃ Ἐυαρχίππου, ἄρχοντος δ' ἐν Ἀθήναις Εὐκλήμονος. 1, 3, 1: Παντακλείους μὲν ἑγορέοντος, ἄρχοντος δ' Ἀντιγένοους. et 2, 3, 1. Erat autem ἄρχων Athenis unus ex iis qui Novem dicebantur, a quo annus, ut Romae a consulibus, denominabatur. Pausanias Laconicis p. 179 l. 36: ἑγροὶ δὲ τί τε ἄλλα θαικοῖσι τὰ σπουδῆς μάλιστα ἀξία καὶ παρίχονται τὸν ἐπώνυμον, καθὰ δὴ καὶ Ἀθηναίους τῶν καλουμένων ἐννεία ἐπώνυμὸς ἐστὶν εἰς ἄρχων. Erant autem novem illi ut docuit Pollux 8, 85: ἄρχων, βασιλεὺς, πολέμαρχος, θεομοθῆτις ἐξ. Vide Camerar. Comment. utriusque linguae p. 188 l. 3. Ἄρχων ita praeerat judi-

cibus judiciorumque moderator erat ut Romae Praetor. Budaeus Comment. Gr. linguae p. 172 et 205. *Raphelius.*

Ἰνδοδότημον. Idem nomen hujus archontis anni Ol. 114, 4, a. C. n. 336, apud Dionys. Hal. T. VI p. 638. 649. Male Puthodorum dicit Dioid. 16, 91. Facta res est ineunte hoc anno, Hecatombaeone secundum Clintonem Fast. Hell. h. a., circa Boedromionem mensem ex Ideleri rationibus in Abhandl. d. hist. phil. Kl. d. K. Pr. Akad. d. Wiss. 1820 p. 272.

Ἀθήνησιν. Sic etiam 7, 28, 1; relicuis locis *Ἀθηναίους* dicit. Cf. ad Thuc. 1, 93, 2.

ἐς Πελοπόννησον, Corinthum. V. Dioid. 17, 4 et Freinshem. l. 1. 1, 11.

ἀμφὶ τὰ εἴκοσιν ἔτη. Sic etiam Plut. Alex. 11: *παρέλαβε μὲν οὖν ἔτη γεγονὼς εἴκοσι τὴν βασιλείαν.* Natus enim erat Ol. 106, 1 *ἰσταμένου μηνός Ἐκατομβαιῶνος ἔκτη, καθ' ἣν ἡμέραν ὁ τῆς Ἑγεσίας Ἀριστίμδος ἐνεπρίσθη* νεώς auctore Plut. ib. 3. Contra Ideler l. 1. p. 269 ss. et in libro qui inscribitur Handbuch der Chron. t. 1, 402 ss. probare instituit Plutarchum falli atque Alexandrum Boedromione mense natum esse. Qui rerum status illo tempore fuerit bene exposuit Plut. de Alex. fort. 1, 3: *πρὸ τῆς στρατείας ἐπὶ ταῖς Φιλιππικοῖς πολέμοις ἐπέσπαιρον ἡ Ἑλλάς ἀπεσιείοντο δὲ αἱ Θῆβαι τῶν ὀπλῶν τὴν Χαερωνικὴν κόινιν ἐκ τοῦ πτώματος ἀνιστάμεναι καὶ συνῆπτον αἱ Ἀθῆναι τὰς χεῖρας ὀρέγουσαι πᾶσα δὲ ὕπολος (ἦν) ἡ Μακεδονία πρὸς Ἀμύντιαν ἀποβλέπουσα καὶ τοὺς Ἀερόπου παῖδας ἐνιθρόγγυον ὁ Ἰλλυριοὶ καὶ τὰ Σκιθῶν ἐπηρωρεῖτο τοῖς προσοικοῖς νεωτριζοῖσι τὸ δὲ Περσικὸν χρυσίον διὰ τῶν ἐκασταχοῦ θημαγωγῶν ῥέον ἐκίνει τὴν Πελοπόννησον.*

2. ὅσοι ἐντὸς Πελοποννήσου. A ceteris enim jam in itinere quod voluit impetraverat. Dioid. 17, 4: *Θετταλοῖς — ἐπισε τὴν πατροπαράδοτον ἡγεμονίαν τῆς Ἑλλάδος αὐτῷ συγχωρῆσαι κοινῶ τῆς Θεσσαλίας δόγματι μετὰ δὲ τοῦτο — παρήλθην εἰς Πύλας, καὶ τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον συναγαγὼν ἐπισε κοινῶ δόγματι δοθῆναι τὴν ἡγεμονίαν.* Cf. Justin. 11, 3. Aliter tamen Plutarchus, quo auctore post Thebas deletas εἰς τὸν Ἰσθμῶν τῶν Ἑλλήνων συλλεγέντων καὶ ψηφισαμένων ἐπὶ Πέρσας μετ' Ἀλεξάνδρου στρατεῦν ἡγεμὼν ἀνηγορεύθη. Quod Lud. Flathe in Gesch. Mac. 1 p. 250 censet, non ideo Graecos ab Alexandro convocatos esse ut principatum ei deferrent, sed ut in Amphictyonom concilium eum reciperent, id quibus argumentis nitatur equidem non perspicio.

στρατιᾶς. στρατίας ex conjectura mea. Sed vide Morum ad Panegyricum Isocratis c. 38. *Schmiederus.* Eandem emendationem adhibuit 7, 9, 5, sed intactum reliquit 7, 20, 1. Omnino innumeris locis magno librorum consensu *στρατιὰ* legitur ubi e vulgari praecepto, de quo Ruhnkenium ad Tim. p. 239 conferas, *στρατιάν* expectaveris; longe rarius *στρατεία* comparet ubi *στρατιάν.* Atque corrigentes sustinere debebat vel Ammonius, qui quum tradiderit: *στρατεία ἐκτεταμένως τὸ πρᾶγμα, στρατιὰ συνεσταλμένως τὸ τῶν στρατιωτῶν πλῆθος,* addit: *ἐναλλάσσει δὲ πολλάκις ἐν τῇ χρήσει, quocum conferas Phot. p. 400 Herm.: στρατιάν συσταλλοῦσι τὴν δευτέραν συλλαβὴν οὐ μόνον τὸ στρατεύμα λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν στρατεῖαν. οὕτως Ἀριστοφάνης.* Nimirum Aristophanes nusquam *στρατίας* vocabulo usus est. Quod ne quis ubi expeditionis notionem requirat ei inferre conetur, videat Lysistr. 592: *μονοκοιτῶμεν διὰ τὰς στρατίας, καὶ θῆμέτρον μὲν ἔατε.* Eqq. 585: *ἀεὶρ' ἀφικοῦ λαβοῦσα τὴν Ἐν στρατιάς τε καὶ μάχης Ἡμιστέραν συνεργόν.* Vesp. 354: *Μέμνησαι δὴθ' ὅτ' ἐπὶ στρατιᾶς κλέψας ποτὶ τοὺς ὀβελίσκους ἴεις σαυτὸν κατὰ τοῦ τείχους ταχέως, ὅτε Νύξος εἴλω.* Neque omnino usquam sollicitanda est ἐπὶ στρατιᾶς formula, cujus similis est Laconica ἐπὶ φρουρᾶς. His aliisque locis propositis ego dudum quod vulgo statuitur discrimen in dubium vocavi in censura Ephemm. Hal. litt. 1820 m. Octb. p. 260, ambiguum militiae notionem ut *στόλον,* ita *στρατιᾶς* vocabulo inesse ratus, ut Thucydides 1, 9, 3, dicere potuerit: *δοκεῖ Ἀγαμέμνων τὴν στρατιάν οὐ χάριτι τὸ πλεῖον ἢ γόβῳ ξυναγαγὼν ποιήσασθαι.* ubi alterum verbum exercitus, alterum expeditionis notionem requirit. Nimirum quum *στρατιᾶς* dicatur quatenus sola

copia respicitur, *στράτευμα* quatenus milites ad bellum gerendum compositi comprehenduntur, aliquanto latius patet *στρατιά* et omnia quae ad exercitum in expeditionem proficiscentem profectumve pertinent complectitur. Egregie hoc docet Xenoph. Oec. 8, 4: *στρατιά-ἄτακτος μὲν οὖσα παραχωδέσταιον καὶ τοῖς μὲν πολεμίοις εὐχειρώτατον, τοῖς δὲ φίλοις ἀηδέστατον ὄραν καὶ ἀχρηστίτατον, ὄνος ὁμοῦ, ὀπλίτης, σκευοφόρος, ψιλός, ἵππεύς, ἄμαξα.* Contra idem scriptor ubi non de itineris, sed de acie ordine loquitur Mem. 3, 1, 7 dicit: *πολὸν διαφέρει στρατεύματα τεταγμένον ἀτάκτου.*

Ἔδοσαν. Non video cur quis [Gronovium significat] hic malit imperfectum quam aoristum secundum. Sententia loci sane potius aoristi quam imperfecti significationem requirit. *Raphelius.* *Ἔδοσαν* Schneiderus quoque restituit. Ceterum Ol. 110, 4 ἐν Κορίνθῳ τοῦ κοινῆς συνεδρίου συναγθέντος — τῶν Ἑλλήνων ἐλομένων αὐτὸν στρατηγὸν αὐτοκράτορα τῆς Ἑλλάδος μεγάλης παρασκευῆς ἐποιεῖτο πρὸς τὴν ἐπὶ τοῦς Πέρσας στρατείαν. Diod. 16, 89. Cf. Arrian. 7, 9, 5 et Justin. 9, 5.

3. *Νεωτερισται.* Nam Demosthenes, qui primus Philippi mortem rescivisset (Aeschin. c. Ctes. 77 p. 64 ibique Taylor cl. Plut. Phoc. 16), Atheniensis sollicitaverat. Aeschin. c. Ctes. 160 s. p. 76: *Ἐπειδὴ δ' ἐτελεύτησε μὲν Φίλιππος, Ἀλέξανδρος δ' εἰς τὴν ἀρχὴν κατέστη, πάλιν αὐτὸν τιρατινόμενος ἱερά μὲν ἰδρύσατο Πανστανίον, εἰς αἰτίαν δὲ εὐαγγελίων θυσίας τὴν βουλὴν κατέστησεν, ἐπωνυμίαν δ' Ἀλεξάνδρῳ Μαργίτην εἰπέτο, ἀπειλούα δὲ λέγειν ὡς οὐ κινήσεται ἐκ Μακεδονίας· ἀγαπᾶν γὰρ αὐτὸν ἔγη ἐν Πέλλῃ περιπατοῦντα καὶ τὰ σπλέγχενα φιλέειντα. καὶ ταῦτα λέγειν οὐκ ἔγη εἰκάζων, ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδώς, ὅτι ἀίματος ἔστιν ἡ ἀρετὴ τῶν ἄντων, αὐτὸς οὐκ ἔχων αἷμα, καὶ θερωτὸν τὸν Ἀλέξανδρον οὐκ ἐκ τῆς Ἀλεξάνδρου γένσεως, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐαυτοῦ ἀναστροφῆς. ἡδὴ δ' ἐγημισμένων Θεσσαλῶν ἐπιστρατεύειν ἐπὶ τὴν ἐμείραν πόλιν καὶ τοῦ νεανίσκου τὸ πρῶτον παροξυνθέντος εἰκότως, ἐπειδὴ περὶ Θήβας ἦν τὸ στρατόπεδον, πρεσβυτῆς ἐφ' ἡμῶν χειροτονητῆς ἀποδρᾶς ἐκ μέσου τοῦ Κιθαιρώωνος ἤκεν ὑποστρέψας, οὐτ' ἐν εἰρήνῃ οὐτ' ἐν πολέμῳ χρῆσιμον ἑαυτὸν παρέχων. καὶ τὸ πάντων δεινότατον, ὑμεῖς μὲν τοῦτον οὐ προὔδοτε οὐδ' εἰσάσατε κριθῆναι ἐν τῷ τῶν Ἑλλήνων συνεδρίῳ κ. τ. λ. Diod. 17, 3: *Δημοσθένους δημογωγούτος κατὰ τῶν Μακεδόνων τὴν τε Φιλίππου τελευτὴν ἀσμένως ἤκουσαν καὶ τῆς ἡγεμονίας οὐκ ἐξεχώρουν τοῖς Μακεδόσιν· διαπρεσβυσάμενοι δὲ πρὸς Ἄτταλον ἐν ἀποδρήτοις συνετίθητο κοινοπραγίαν καὶ πολλὰς τῶν πόλεων προσιρέποντο ἀντιχεσθαι τῆς ἐλευθερίας.* Adde Plut. Dem. 22 et An. v. Dem. 4 p. 158 Reisk. or. Gr.*

Ἄττα. Attice dicitur pro πνά aliqua, ἄττα vero cum spiritu aspero pro πάντα quaecunque. *Raphelius.*

Ἀθηναίους γε Athenienses quidem. Neque enim vacat γέ, sed Athenienses Lacedaemoniorum dissimiles fuisse ostendit. *Raphelius.*

ἐν παρασκευῇ εἶναι. Cf. 2, 23, 3 et ad Thuc. 2, 80, 2.

στόλου. Στόλος exeditio, στέλλομαι quod paulo post sequitur expeditionem suscipio [facio]. *Raphelius.*

4. *ἐλαύνειν ἐπὶ Θράκης* contendisse versus Thraciam contra Triballos et Illyrios. Ea enim est significatio particulae ἐπὶ 1, 20, 2. 24, 3. 2, 4, 2. 7, 16, 5. *Ἐλαύνειν* vero non est statuisse excurrere, sed excurrisse sive contendisse per enallagen temporum ubique obviam. Sic modo § 2 εἶναι, αἰτίαν pro fuisse, petiisse; item 2, 3, 2. [V. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 5, 8, 19.] Vulcanius converterat per Thraciam in Triballos et Illyrios. Id mutavit Gronovius in eam sententiam quasi tres distinctae expeditiones hic innucrentur, quia ex Macedonia iter non sit per Thraciam in Triballos, nedum in Illyrios. Mihi contra videtur priscae Geographiae ratio hoc postulare ut aditus Macedoni ad Triballos nisi per Thraciam non patuerit. Veteres enim scriptores ita late patuisse Thraciam ostendunt ut a Ponto Euxino usque ad confinia Illyrici procurrerit ac proinde media interjacuerit inter Triballos ad Istrum pertinentes atque Macedonas. Accurate eam regionem describit Anunian. Marc.

lib. 27 p. 438 l. 26 [c. 4, 2]: Erat Thraciarum descriptio facilis, si veteres concinerent stili: quarum obscura varietas quoniam opus veritatem profusum non juvat, sufficere ea quae vidisse meminimus expedire. Etp. 439 l. 6: Thraciae omnes inditionem veterum transire nostrorum: hocque modo post procinctus ancipites reipublicae sex provinciae sunt quaesitae. Inter quas prima ex fronte quae Illyriis est confinis Thracia speciali nomine appellatur: quam Philippopolis, Eumolpias vetus, et Beroea amplae civitates exornant. Post hanc Aemimontus — dein Mysia — juxtaque Scythia — Europa omnium ultima — Rhodopa huic adnexa. Eisdem sex Thraciarum provincias enumerat Sextus Rufus Breviar. p. 530 l. 40. Et patet ex ipsa narratione non ob aliud Alexandrum contra Thracas pugnasse quam ut, cum transitu ipsum prohibere conarentur, viam sibi armis faceret per eorum regionem, per quam penetrandum erat Triballos petenti. Et infra c. 10, 3 Atheniensium legati Alexandro gratulantur quod ab Illyriis et Triballis in eorum locis rediisset, nullam vero mentionem faciunt Thraciae. Denique ipse Arrianus, nisi fallor, satis indicat inter Macedoniam et Illyricum mediam interjectam fuisse Thraciam, dum Macedonas adversus Illyrios, Triballos et finitimos Thracas bellum gessisse scribit 7, 9, 2, magnamque Thraciae partem a Philippo Macedoniae adjectam 7,9,3. *Raphelius*. Nihil difficultatis esset, si scriptum legeretur διὰ Θρακίας ἐς Τριβαλλούς καὶ Ἰλλυριούς, per Thraciam in Triballos et Illyrios, ut Vulcanius convertit. Nunc vero emendandum censeo ἐπὶ Θρακίας καὶ ἐς vel ἐς τε De Illyriis Appian. Ill. 1: Ἰλλυριοὺς Ἕλληνας ἡγοῦνται τοῖς ὑπὲρ τε Μακεδονίαν καὶ Θρακίαν ἀπὸ Χαΐνων καὶ Θεσπρωτῶν ἐπὶ ποταμὸν Ἰστρον, καὶ τοῦτ' ἐστὶ τῆς χώρας τὸ μῆκος· εὐρος δ' ἐκ Μακεδόνων τε καὶ Θρακῶν τῶν ἐρείων ἐπὶ Παϊονίας καὶ τὸν Ἴονιον καὶ τὰ πρόποδα τῶν Ἀλπεων. καὶ ἐστὶ τὸ μὲν εὐρος ἡμερῶν πέντε, τὸ δὲ μῆκος τριάκοντα, καθὰ καὶ τοῖς Ἕλλησιν εἴρηται. Ῥωμαίων δὲ τὴν χώραν μετρησαμένων ἔστιν ὑπὲρ ἑξακισχιλίου σταδίου τὸ μῆκος, καὶ τὸ πλάτος ἀμφοτέρωθεν χιλίου καὶ διακοσίου. De Triballis idem c. 3: Γένη δ' ἔστιν Ἰλλυριῶν ὡς ἐν τοσούτῃ χώρᾳ πολλὰ, καὶ περιώνυμα ἐὶ νῦν χώραν νεμύμενα πολλὴν Σχορδισκῶν καὶ Τριβαλλῶν, οὗ ἐς τοσοῦτον ἀλλήλους πολέμω διεθέρων (cf. Isocr. 12, 227) ὡς Τριβαλλῶν εἰ τι ὑπόλοιπον ἦν εἰς Γέτας ὑπὲρ Ἰστρον φυγεῖν, καὶ γένος, ἀζμύσαν μέχρι Φιλιπποῦ τε καὶ Ἀλεξάνδρου, νῦν ἔρημον καὶ ἀνώνημον τῆς τῆδε εἶναι. Cf. Strab. 7, 3 p. 305, qui Triballos Θρακικὸν ἔθνος dicit, et 7, 5 p. 316: Θρακῶν δὲ Τριβαλλοὶ (ἐταπεινώθησαν) ὑπ' ἀλλήλων μὲν ἐξ ἀρχῆς, ὕστερον δὲ ὑπὸ Μακεδόνων καὶ Ῥωμαίων ἐκπολεμοῦμενοι. Macedonibus graves accolae fuisse infra 7, 9, 2 traditur. De terra eorum v. ann. ad 1, 2, 1. Cf. Niebuhr. Hist. philolog. Schriften I p. 374.

ὄτι τε. Quo saepius A liber singulas voces omittit, eo minus eum hic sequendum duxi. Cf. 1, 3, 5: ὄτι τε συνειλεγμένους ἑώρα πολλοῦς — καὶ ἅμα πόθος ἔλαβεν αὐτὸν ἐπ' ἐκείνα τοῦ Ἰστροῦ εἰλθεῖν. Similiter ὄτι τε — καὶ ὄτι 1, 7, 3. 10, 3.

καὶ ἅμα. Cf. ann. m. ad Xenoph. Anab. 3, 4, 31.

ὄτι μὴ πάντη ταπεινωθέντας depressos, belli cladibus afflictos atque prostratos, ut humili abjectoque animo nihil altum cogitarent neque per absentiam suam ad spem novandarum rerum erigerentur. *Raphelius*. Sententiam loci probabiliter reddidit Vulcanius: et quod nisi omnino domitos reliquendos non putabat. Ὅτι μὴ pro nisi amat Arrianus. Sic 1, 26, 1. 2, 3. *Τεταπεινωθέντες* est depressissis, imminuisse et infirmos reddidisse, ut insultare absentiae suae nequirent. Cf. 1, 9, 3. 7, 9, 4. *Gronovius*.

5. ὁρμηθέντα δὴ profectum tandem [igitur], motis tandem castris ex Amphipoli. Utriusque verbi exempla vide in indice. Amphipolin vero Macedoniae urbem in finibus Thraciae sitam apparet ex Plin. H. 10, 8: in Thraciae parte super Amphipolim. Orditur ergo iti-

neris hujus descriptionem ab ultimis quae Alexander in Macedonia habuit castris. *Raphelius*.

ἐξ Ἀμφιπόλεως. Amphipolim Macedoniae urbem in finibus Thraciae sitam apparet ex Plin. Hist. lib. 10 c. 8: in Thraciae parte super Amphipolim. Oreditur ergo itineris hujus descriptionem ab ultimis quae Alexander in Macedonia habuit castris. *Raphelius*. Liv. 45, 30: Pars prima (Macedoniae) habet opportunitatem Amphipolis: quae objecta claudit omnes ab oriente sole in Macedoniam aditus. Thuc. 4, 102: [Ἡϊῶν] ἐμπόριον ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ [Στυμόνος] ποταμοῦ πέντε καὶ εἴκοσι [ὡς τριάκοντα] σταδίους ἀπέχον τῆς νῦν πόλεως, ἣν Ἀμφιπολίην Ἄγναν ὠνόμασεν. De urbis condendae conditaeque temporibus dixi in libro: Historisch philologische Studien p. 143 ss. Ejus ruinas prope locum Jenikoei (Jeni-kievi) spectari tradit Cousineri Maced. 1 p. 122 ss.

τὴν τῶν αὐτονόμων καλουμένων Θρακῶν. Thuc. 2, 96, 2: παρεκάλει δὲ (Σιάλης, καὶ τῶν ὀρειῶν Θρακῶν πολλοῖς τῶν αὐτονόμων καὶ μαχαιοφόρων, οἱ δὲ αἰοῦνται, τὴν Ῥοδοπὴν οἱ πλείστοι οἰκοῦντες. Herod. 7, 111: Σάτριαι δὲ οὐδενός κω ἀνθρώπων ὑπήκοοι ἐγένοντο, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν, ἀλλὰ διατελέσει τὸ μέτρον ἐμὲν αἰεὶ ἔόντες ἐλευθέροι μόνοι Θρηάκων οἰκέουσι τε γὰρ οὐρεὶ ὑψηλᾷ ἰδρῶσι τε παντοῖα καὶ χιόνι ὑψηροτέα καὶ εἰσὶ τὰ πολέμια ἀπροι. Cf. Mannert Geogr. Gr. et R. 1 p. 36.

Φιλίππους πόλιν. Faeda confusio urbium in hoc loco exhibetur a Mss., dum ab aliis retinetur edita scriptura, alii praeferunt Φιλιππούπολιν, quod in duobus mihi fuit obvium, et quum Vulcanio idem contigisset, non dubitavit is approbare et versionem quoque suam ita corrigere: Philippopolim et Orbelum montem a sinistra relinquentem, ex quibus quum reliqua adsumpsimus, tum in hac una re nostro arbitrio potius quam Vulcaniano utendum putavimus. Et sane id fieri potuit, si adeo profunde se in Thraciam immergere voluisse in ipso itinere Alexandrum constaret. Sic enim Livius 39, 53: Mediam in Thraciam exercitum in Odrusas et Bessos duxit: Philippopolin urbem cepit. Immo jam olim quoque Facius: a sinistra Philippopolis et Orbelus. Sed tamen si sequamur ordinem itineris quem nobis nunc describit Arrianus, nullo modo Philippopolis intelligi potest, sed Philippi urbs, multis casibus clara. Ad hanc ex Amphipoli primam venit. Inter hanc et mare transiens venit ad Nessum: inde mediterranea petens perrexit ad Aemum: quum si Arrianus intellexisset Philippopolin, debuisset potius pro Nesso Ebrum substituisse, ut perspicuum est ex situ istorum locorum, et de Rhodope aliquid adjungere, cui monti adsitam fuisse eam urbem constat ex nummis et Luciano in fugitivis [25]. At urbs Philippi quia in confiniis Macedoniae et Thraciae, nunc huic, nunc illi attribuitur, eamque praeterire debuit. Par situs fuit montis Orbeli, de quo nihil potuit dici convenientius quam facit Ptolemaeus, scribens ἀπὸ δυσμῶν siniri Thraciam τῆ ἀνω Μυσία καὶ Μακεδονίας μίρει τῷ ἀπὸ τοῦ εὐρημένον Ὀρβίλου ὄρους. Gronovius. Philippopolis Thracia urbs utrum a Philippo, Amyntae filio an Philippo tertio nomen habuerit definiri non posse tradit Mannert l. 1. p. 56. Aliter idem p. 265. Philippus ab illo conditus esse constat. V. eundem p. 228 ss. Articulo caret utrumque nomen, ut Thuc. 2, 80, 5. 97, 1, Dion. H. Arch. 10, 26, Plut. Marc. 29, Δέρας πύχος Xen. Hell. 7, 1, 22.

τὸν Ὀρβηλον τὸ ὄρος. „Hammero (Hist. Osman. 1 p. 177) Egrisu mons est Orbelus Herodoti, quem Reichardus a Scombro non discernens inter Scardum et Egrisu collocat.“ Poppo ad Thuc. 2, 96. Mihi haec perquam dubia videntur. Si quid Arriano tribuendum est, Orbelus mons prope Philippos, cis Nestum, quaerendus est. Sed adversari videtur Strab. Exc. l. 7 p. 329: ἡ Μακεδονία περιερίζεται ἐκ μὲν δυσμῶν τῆ παραλίᾳ τοῦ Ἄδριου, ἐξ ἀνατολῶν δὲ τῆ παραλλήλῃ ταύτης μεσημβρινῆ γραμμῆ τῆ διὰ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ἐβρου ποταμοῦ καὶ Κυψέλων πόλεως, ἐκ βορᾶ δὲ τῆ νοσημένη εὐθείᾳ γραμμῆ τῆ διὰ Βερτιάσου ὄρους καὶ Σκάρδου καὶ Ὀρβίλου καὶ Ῥοδοπῆς καὶ Αἰμου· τὰ γὰρ ὄρη ταῦτα ἀρχόμενα ἀπὸ τοῦ Ἄδριου δίχῃ κατὰ εὐθείαν

γραμμὴν ἕως τοῦ *Εὐξείνου*. Cf. Pompon. 2, 2: Montes interior attollit Haemon et Rhodopen et Orbelum. Ex Herodoto 5, 16 aliquid colligi posset, si constaret quo loco Prasias lacus quaerendus sit. Hunc Reichardus prope Amphipolin posuit, aliquanto longius in mediterraneas terras removit Mannert; idemque Orbelum a Scomio sive Scombro monte (secundum Mannert. Geogr. Gr. et Rom. 7 p. 4 hodie Witoscha et Rulla montibus) inter Strymonem et Nestum annes meridiem versus ad Pangaeum deduxit: quae ratio mihi satis probabilis videtur. Vide eum 7 p. 494 ss. et p. 498.

Νέσσον. Quamquam plerique scriptores *Νέστον* scribunt, complures tamen etiam *Νέσσον* annem dicunt maxime recentiorum (v. Wass. ad Thuc. 2, 96). Neque tamen auscultaverim Salmasio ad Solin. p. 112: „*Νέσσος* fortasse Thracius, *Νέστος* Illyricus annis dicendus.“ Hodie Carasu i. e. ater annis. De fontibus ejus Thuc. 2, 96, 4: *δεῖ δὲ οὗτος (ὁ Ὀσχιος ποταμὸς) ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὄρους ὀθενπερ καὶ ὁ Νέστος καὶ ὁ Ἑβρος. ἔστι δὲ ἐρημον τὸ ὄρος καὶ μέγα, ἔχόμενον τῆς Ῥοδόπης*. Itaque non ex ipsa Rhodope, ut de Hebro quidem tradunt Diocles apud Schol. Theocr. 7, 112 ac Serv. et Phylargyr. ad Virg. Georg. 4, 523. Atque recentiorum „Hasselio auctore in Turc. Europ. (Geogr. t. 10) p. 536 Mariza (Hebrus) ex Rillone, jugo Haemi, Carasu (Nestus) et Stromza (Strymon) ex Despoto (Rhodope) excurrunt.“ (Poppo ad Thuc. 2, 96.) In tanta illorum montium vicinia difficile est certi quid statuere. Sed quod vulgo statuunt Thucydidem ex Scomio monte Nestum et Hebrum oriri dixisse, si hoc voluisset, quum eum montem modo memoraverit, *ἐκ τούτου τοῦ ὄρους* vel *ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὄρους* dicturum fuisse arbitror. Ceterum ὁ δὲ *Ἀβδήρων ἕξων ποταμὸς Νέστος* dicitur ab Herod. 7, 126, ubi in mare influebat. Ib. c. 109.

δεκαταῖος. Dubium est utrum decimis castris ex quo Amphipoli movit ad Haemum pervenerit an vero ex quo Nessum transit, quod videtur sane innuere Arrianus, qui aliis verbis agit plane idem quod Liv. 39, 27: direxisse finem Philippo veterem viam regiam, quae ad Thraciae Paroreiam subeat, nusquam ad mare declinantem. *Γρονόσιος*. Si scriptor *διαβάνα* δὲ τὸν *Νέσσον ποταμὸν δεκαταῖον ἀγκίσθαι* dixisset, prior ratio vera esse posset. Nunc vero unice probanda videtur altera. A Nesti transitu itinera numerat quod hac aetate Macedoniae fines ad hunc annum pertinebant. Strab. Ex. l. 7 p. 331: *εἶτα τὸ Νέστον στόμι τοῦ διορίζοντος Μακεδονίαν καὶ Θράκην, ὡς Φίλιππος καὶ Ἀλέξανδρος διώριζον ἐν τοῖς κατ' αὐτοὺς χρόνοις*. cl. 7, 7 p. 323: *τινὲς δὲ καὶ τὴν ἀπὸ Σρυμόνος μέχρι Νέστον τῇ Μακεδονίᾳ προσρέμοναι, ἐπισημ. Φίλιππος ἰσπούδασε διαφερόντως περὶ ταῦτα τὰ χωρία, ὥστ' ἐξιδιώσασθαι καὶ συνεστήσατο προσόδους μερίστας ἐκ τῶν μετᾶλλον καὶ τῆς ἄλλης εὐχρίας τῶν τόπων*.

τὸν Αἴμον. Steph. Byz. in v.: *Αἴμος ὄρος Θράκης. λέγεται δὲ οὐδέτερος, ὡς οἱ πολλοί*. Hoc vereor ne iis locis quibus τὸ *Αἴμον ὄρος* dicitur deceptus tradat. Certe cautius Eustath. ad Dionys. Perieg. 428: *ὅτι ὁ Αἴμος, ὃς καὶ οὐδέτερος τὸ Αἴμον λέγεται*. Leni spiritu etiam apud alios scriptum reperias (v. interpr. ad Thuc. 2, 96); aspero favet Theocr. Id. 7, 76: *εἴτε χιῶν ὡς vs κατετάκτο μακρὸν ἢγ' Αἴμον*. Neque tamen iccirco contra librorum fidem eum inferre audeam. De montis magnitudine vide Strab. 7, 5 p. 313: *πρὸς τῷ Πόντῳ τὸ Αἴμον ἔστιν ὄρος, μέγιστον τῶν ταῦτη καὶ ὑψηλότατον, μέσην πῶς διαυροῦν τὴν Θράκην· ἀφ' οὗ φησὶν ὁ Πολύβιος ἀμφοτέρως καθυροῦσθαι τὰς θαλάσσιαις, οὐκ ἀληθῆ λέγων· καὶ γὰρ τὸ διάστημα μέγα τὸ πρὸς Ἀθρίαν καὶ τὰ ἐπισκοτοῦντα πολλά*. Plin. 4, 18: Mons Haemus vasto jugo procumbens in alios. Copiosius de Haemo et Rhodope agit Ammian. Marc. 21, 10, 3 s. Cf. Polyb. 34, 10 et 12. Hodie Balcan mons. Quem qua parte Alexander transierit, accuratius definire non licet.

6. *ἐμπόρων*. Gronovio dubium non videtur quin corrigendum sit vel *ἐμπόρων* vel *ἐγχαρῶν*. *Raphelius*. Interpretor τοὺς ἐμπόρους per validum mercatorum commeatum, qui quin in Thraeces incideret, volens nolensve una cum Thracibus Alexandri transitum inhibebat. Inde tot currus. Inde

Alexander praedam hoc proelio factam dignam censet quae deferatur ἐς τὰς πόλεις τὰς ἐπὶ Θρακίᾳ. In Thracia enim mercatores conjunctim profectos esse non dubitabis, si cogitas de ferocia incolarum. *Schmiederus*. Mihi haec ratio neque ob rem neque ob additum articulum satis probabilis videtur; probabilius quod idem *Schmiederus* conjecit ἐκ τῶν ὁρῶν aut quod *Doernerus* ἐπὶ τῶν ὁρῶν. Quamquam fieri potest ut nomen proprium ab *Arriano* scriptum fuerit. Defendit tamen scripturam *C. Sintenis* in cens. Jahrb. für Philol. u. Paed. v. 16 fasc. 2 p. 141 cl. *Sall. Jug.* 26 et de articulo 1, 19, 11 atque *Held* ad *Plut. Timol.* p. 395.

οἱ αὐτόνομοι. Plures Thraciae populos liberos fuisse ex *Thuc.* 2, 96 apparet. Cf. *Tac.* 4, 46, ubi *Lipsium* falli ex ann. ad § 5 videas.

τὸν στόλον, iter, progressum, 1, 11, 3. 7, 12, 3. εἶργειν τοῦ πρόσω τὸν στόλον prohibere ulteriorem transitum. *Raphelius*. Ceterum ut τὸ πρόσω (7, 20, 7. 1, 6, 2. 3, 24, 2), ita τοῦ πρόσω pro substitivo accipiendum, ellipsi nulla explicandum. Sic *Xenoph. Cyr.* 3, 3, 62: ἐπιλαθόμενος τοῦ βάθην δρόμῳ ἤγειτο. *Demosth. Lept.* 20, 74: τὸ φανερώς τοῦ λάθρου χρῆττον. ubi nihil subaudiendum. *Aristot. Polit.* 2, 6, 9: ἡμεῖς οὐ τοῦτο σκοποῦμεν τινὲ δεῖ συγγνώμην ἔχειν ἢ μὴ ἔχειν, ἀλλὰ περὶ τοῦ ὀρθῶς καὶ μὴ ὀρθῶς. Frequentissima sunt nominativi et accusativi exempla, *veluti Aristoph. Acharn.* 661: τὸ δ' εὖ μετ' ἐμοῦ καὶ τὸ δίκαιον ξύμμαχον ἔσται. *Eurip. Iph. T.* 565 (580): τὸ δ' εὖ μάλιστα γ' οὕτω γίγνεται. Cf. *Herc. F.* 694 et *Soph. Phil.* 1125 *Herm. Genitivum* τοῦ πρόσω rursus legas 5, 16, 1. cf. *Xen. An.* 1, 3, 1. 5, 4, 30 et *Gr. m.* § 47, 1 ann. Ceterum τὸν στόλον dura quidem, sed ferenda tamen ratione trajectum est.

παρ' ὄν. sc. Αἰμον, per quem erat exercitui transeundum. Sic 1, 6, 5. 5, 12. Subitur autem montis hujus excelsitas sex millibus passuum. *Plin. Hist.* 4, 11 (18) in. *Raphelius*. Verba παρ' ὄν ἦν — ἢ πάροδος significant: praeter quem transeundum erat. Neque aliter 1, 6, 5: λόγον τινὰς κατέγοντας ἰδῶν οὐ πολλοὺς τῶν πολεμίων, παρ' ὄν αὐτῶ ἢ πάροδος ἐλύγντο. Itaque pro παρ' ὄν necessarium videtur quod cum amico quondam conjeci παρ' ἦν.

7. εἰ βιάζονται, si premerentur convertit *Vulcanius*. Sed *Arrianus*, quod meminerim, βιάζεσθαι praesenti tempore passive non dixit. Itaque patius pro subjecto repetendum erit οἱ Μακεδόνες, ut mox τοῖς Μακεδόσιν ad ἀνοίσιν.

ἐπαφιέναι construitur cum ἀνοῖσιν et praepositione ἐπί, ni quis dativum ἀνοῖσιν malit absolute loco genitivi esse positum. Cujus modi duplicata constructio est apud *Cic. off.* 2, 16: epulis pecunias profundunt in eas res. *Raphelius*. Vera est prior ratio.

ἢ ἀποτομώτατον. Haec quodammodo pro adverbio dicta tam arcte cohaerent cum primario enunciato ut ἦν facile omitti potuerit. Cf. 1, 17, 6. De singulari adjectivi v. *Kr. ann.* ad *Xenoph. Anab.* 3, 4, 20 et infra 1, 28, 5.

τοῦ ὄρους. Pendet ex ἦ. Cf. 4, 25, 2: προσήγεν ἤπερ ἐπιμαχώτατον τοῦ τείχους ἐφαίνετο, 4, 23, 4: ἵνα ἐπιμαχώτατον τοῦ τείχους ἐφαίνετο ἐστρατοπεδεύσατο.

μᾶλλον τι cum τοσῶδε aut simili dativo junctum pro solo μᾶλλον apud *Atticos* me legere non memini.

γνώμην δὲ πεποίητο pro ἐγνώκεσαν, rati, ut 4, 27, 5. 29, 5. Eadem locutio statuendi v. 3, 19, 1. 21, 5, ut *Thuc.* 3, 36, 2. cf. 1, 128, 5, ubi v. ann.

διασκεδάσουσιν. Hoc futuro utuntur etiam *Luc. dial. meretr.* 9, 5. *Plut. C. Marc.* 12 et *Sylla* 28.

8. βουλὴ γίγνεται. Ita *Xenoph. init. Cyrop.*: ἐννοιά ποθ' ἡμῖν ἐγένετο. *Raphelius*.

ἔπερβάλη. Quod conieci commendat etiam Thuc. 2. 99, 1: παρεσκευάζοντο ὅπως κατὰ κορυφὴν ἐσβαλοῦσιν.

Διακινδυνευτέα. Gr. § 44, 4 an. 2.

εἶναι. Pendet ex ἰδέει. Similiter Herod. 6. 86: βούλομαι ἀναμνησθεῖς ποιεῖν πᾶν τὸ δίκαιον· καὶ γὰρ εἴ ἔλαβον, ὀρθῶς ἀποδοῦναι, καὶ εἰ γε ἀρχὴν μὴ ἔλαβον, νόμοισι τοῖσι Ἑλλήνων χρῆσομαι ἐς ὑμέας.

τοῖς ὀπλίταις. Hi sunt gravis armaturae milites, quibus opponuntur ψιλοί. Vide paulo post § 12. *Raphelius*. Arrian. Tact. p. 10 ss. Blanc.: τῶν πεζῶν ἢ ὀπλισ, ὡς γε δὴ ἐς τὰ ἀνωτάτω τιμῆν, τριπλῆ νενέμηται, ἐς τε τὸ ὀπλιτικὸν καὶ ἐς τὸ ψιλὸν καὶ ἐς τὸ πελτασικόν. τὸ μὲν δὴ βαρύτερον ὀπλιτικὸν θώρακος ἔχει καὶ ἀσπίδας ἢ θυρεοὺς παραμήκεις καὶ μαχαίρας καὶ δόρατα, ὡς Ἕλληνες, καὶ (immo ἢ) σαρίσσας, ὡς οἱ Μακεδόνες· τὸ δὲ ψιλὸν ἐναντιώτατα ἔχει τῶ ὀπλιτικῷ πᾶν, ὃ ὑπερ' ἀνεν θώρακος καὶ ἀσπίδος καὶ κνημίδος καὶ κράτους ἐκηθόλοισι τοῖς ὄπλοις διαχωρῶμενον τοξεύμασιν ἢ ἀκοντίοις ἢ σφενδόνας ἢ λίθους ἐκ χειρὸς. τὸ πελτασικὸν δὲ κορυφώτερον μὲν τογγάνῃ ὄν τοῦ ὀπλιτικοῦ ἢ γὰρ πέλιθι σμικρότερον τῆς ἀσπίδος καὶ ελαγρότερον, τὰ δὲ ἀκόντια τῶν δορατίων καὶ σαρίσσῶν λεπτόμενα· βαρύτερον δὲ τοῦ ψιλοῦ. τῶ δὲ ἀκριβεῖ καὶ βαρεῖ ὀπλιτικῷ καὶ κράνη πρόσκειται καὶ πῖλοι Λακωνικοὶ ἢ Ἀρχαδιοὶ καὶ κνημίδες, ὡς τοῖς πάλαι Ἕλλησιν, ἢ ὡς Ῥωμαῖοις κνημῖς μία πρὸ τῆς κνήμης, ὡς ἐν ταῖς μάχαις προβαλλομένης, καὶ θώρακες, οἱ μὲν γολιδωτοὶ, οἱ δὲ ἀλίσισι λεπταῖς ἐπηλλαγμένοι. cf. Aelian. Tact. c. 2.

κατὰ τοῦ ὀρθίου per praeceps. *Raphelius*.

διαχωρῆσαι discedere, eo sensu quo Cicero Off. 3. 9 dicit terram discessisse magnis quibusdam imbris. Pro quo paulo post διέσχον τὴν γάλαγγα diduxerunt phalangem. *Raphelius*. Simpliciter διέσχον 3, 13, 6. Eadem vi διίστασθαι Xenoph. Anab. 1, 8, 20.

τούτους δέ. Concinnius et usitatus dixisset τούτους μὲν et mox τούτους δὲ ξυννείσαντας. cf. ad prooem. 1. Sed pro altero μὲν sic δέ dixit etiam Xenoph. Anab. 5, 7, 6, ubi cf. ann.

ὡς δ' αὐτῶν — ut per ipsos irruerent currus, i. e. per laxatorum ordinum intervallum innocue pervaderent. *Raphelius*.

ἐμπεσεῖν. Sine dubio restituendum est διεκπεσεῖν, verbum in hac re proprium. V. 3, 13, 6 cl. 14, 5. 15, 3. Diod. 20, 58: τὰ γερόμενα (ἄρματα) τὰ μὲν διηκονίσθη, τὰ δὲ διεξέπεσαν. 20, 12: προεμβυλιόντων εἰς αὐτοὺς τῶν ἀρμάτων ἃ μὲν κατηκόντισαν, ἃ δ' εἴασαν διεκπεσεῖν. *Ἐκπεσεῖν* probat Sintenis p. 142, cui nonnihil favet Polyb. 12, 19, 6.

9. περικαταλαμβάνοιντο undique deprehenderentur, ceu fit in angustiis viarum. *Raphelius*.

ξυννείσαντας, τοὺς δὲ καὶ πεσόντας ἐς γῆν. Facius: corpora humili sternant. Vulcanius: ii reclinati atque in humum flexi. O squallidae versiones! Longe amplius perfectusque sonant Graeca: ii conferti, constipati, sibi invicem adpliciti, et in humum demissi. Utrumque in testudine inprimis necessarium. *Gronovius*. Quam interpretationem ut elegantem quis agnoscit, ita equidem exemplo cupiam comprobari. Certè procumbendi sensus ξυννείων exstat infra 6, 10, 2. *Raphelius*. Verum hanc vim rectè Gronovius hic non in voce ξυννείσαντας, sed in verbis πεσόντας ἐς γῆν quaesivit. Illud omisit qui eandem rem enarrat Polyæn. 4, 3, 11.

τοὺς δὲ καὶ partim etiam, videlicet qui in prima acie loco superiore quam ceteri constituerant.

συγκλεισαι τὰς ἀσπίδας. Συνασπισμός ex hoc dicitur huiusmodi acies, descripta ab eodem Arriano Tactic. c. 17 [p. 32 s. Blanc.]. Qui primi stant scuta ante se protendunt, qui vero constituti sunt post ipsos tendunt ea super istorum capita et alii super horum, atque ita totum corpus undiquaque tegitur, adeo

ut et jaculatores superne velut in tecto queant versari, καὶ λίθους ἀμαξιαίους μὴ διαλείναι τὴν σύγκλεισιν, ἀλλὰ κατακλεισμένους τῇ ὄβριμῃ ἐπερπίπτειν εἰς τὸ δίσπεδον, neque saxa ingentia dissolvant istam compagem, sed impetu illisa transiliant in terram. *Raphaelius*. Haec Arrianus de Romanorum testudine (χελώνη) cum συνασπισμῷ conjuncta. Per se συνασπισμὸς (γίνεται), ἐπειδὴν ἐς τοσόνδε πυκνώσεως τὴν γάλαγγα ὡς διὰ τὴν συνέχειαν μηδὲ κλίσειν τὴν ἐγ' ἐκάτερα ἐτ' ἐγχαρσείν τὴν τάξιν, καὶ ἀπὸ τοῦδε τοῦ συνασπισμοῦ τὴν χελώνην Ῥωμαῖοι ποιοῦνται. Cf. Aelian. Tact. c. 11: τεταγμένους ὁ ἀνὴρ κατέχει πῆχους τέσσαρας, πενπυκνωμένοι δὲ κατέχει πῆχους δύο, συνησπικῶς δὲ κατέχει πῆχυν. [Cf. Ἐρμῆν. τῶν ἐπιστρ. in Suida Kusteri 3 p. 714.] ὁ δὲ συνασπισμὸς (γίνεται) πρὸς τὸ τῶν πολεμίων ἐγὼδον πεπραγμένως ὑποστῆναι. Nostro loco Macedonas quoque testudine usos videas. Cf. Curt. 5, 3, 23: densatis ordinibus scutisque super capita consertis retro evadere ex angustiis jubet. Adde Ammian. Marc. 14, 2, 10. 16, 12, 44. 20, 7, 2. 11, 8. 24, 2, 14. 4, 15. 26, 8, 93. 1, 7. 12.

τὰς ἀσπίδας. Graeci fere χαλκᾶσπιδες erant. Strabo 4, 6 p. 202: ἀπὸ δὲ τοῦ χαλκᾶσπίδας εἶναι τεκμαίρονται τινες Ἕλληνας αὐτοῖς εἶναι. Sic etiam Macedones, quorum inter justa arma aereus clypeus commemoratur apud Curt. 9, 7, 19. Accuratius Aelian. Tact. c. 12: ἀσπίς ἐστὶν ἀρίστη χαλκῆ Μακεδονική, οὐ λίαν κοίλη, ὀκτωπάλευστος, et Leo All. 6, 38: ἦν δὲ παρά τοῖς ὀπλίταις καὶ ἀσπίς Μακεδονική, (οὐ) λίαν κοίλη, ἤγουν σκουτάριον στοργγύλον μέγα, ἀπλωτέραν ἔχον τὴν κοιλότητα· τὸ δὲ μέτρον αὐτῆς σπιθαμῶν γ'. cf. Dio. C. 77, 7.

τοῦ. Pertinet hoc verbum ad ἐπιελθεῖν et subaudiendum ἔνεκα. *Raphaelius*.

κατὰ τὸ εἰκός secundum verosimile, i. e. quod fieri verosimile, necesse, par est, ut facile conjici potest. Loquendi genus Xenophonti frequentissimum. *Raphaelius*.

ἀβλαβῶς ἐπιελθεῖν innocue supercurrerent, si forte minus latine, significanter tamen. Licet enim et incurrerent, invehementer possit converti, alterum tamen praefendum puto. *Raphaelius*.

οὕτω ξυνέβη — εἰκάσειν. Saepissime scriptor hac formula Alexandri prudentiam militarem laudavit.

παρήνεσε hortatus fuerat, nempe ut phalangem laxarent. *Raphaelius*.

10. οἱ μὲν sc. milites scutati, αἱ δὲ sc. ἄμαξαι. *Raphaelius*.

ἔδεδιέσαν. Hanc formam tam saepe servatam videas ut eam tangere dubites. V. Isocr. 7, 33 p. 146 et Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 5, 6, 36.

11. ὅτι ταύτη ἐν πορώτερα ἦν quia ibi (in sinistro cornu) facilius erat progredi, Macedonibus nempe, quibus eo loco minus impeditus videbatur adscensus. *Raphaelius*. De loquendi ratione v. ad Xenoph. Anab. 3, 4, 49 et infra 2, 8, 10. 10, 1.

τὸ ἄγγμα. Ita vocabatur agmen delectorum equitum 4, 24, 1 perditumve 2, 8, 3, cohors praetoria, regum praesidium et satellitium. Vide Freinshemii indicem Curtianum sub hac voce. Polyb. 5, 65 init.: Ἐυρέλοχος ἤγειτο σχεδὸν ἀνδρῶν τρισχιλίων, τοῦ καλουμένου παρὰ τοῖς βασιλευσὶν ἀγῆματος. *Raphaelius*. Obscura est vocis notatio. Quum Doricum sit vocabulum (nam etiam in Laconica militia comparet apud Xenoph. de rep. Lac. 11, 9. 13, 6), sunt qui ab ἡγείσθαι derivandum esse censeant. Attamen a verbi vi non abhorret quod Eusthatus ad Odys. a p. 1399, 62 tradit, ἄγγμα dictum esse διὰ τὸ ἀγῆτον εἶναι. De significatione idem l. l.: ἄγγμα παρὰ Μακεδόσι τάγμα ἀπόλεκτον ἵππιων καὶ ὀπλιῶν. Paulo explicatus Grammaticus in Bekkeri Anecd. 1 p. 327 et Hesych. atque Suidas: ἄγγμα τὸ προῖον τοῦ βασιλέως τάγμα ἐλεγάντων καὶ ἵππων καὶ πεζῶν· ὁ δὲ τὸ ἀριστον τῆς Μακεδονικῆς συντάξεως, κρατυῶν ὀπλίσει καὶ σωμάτων εὐεξία. Posterior explicatio ad Alexandri exercitum referenda est. Sed vocis usus latissime patet. Praecipue de equitibus dicitur. Cf. Appian. Syr. 32. τὸ λε-

γόμενον ἄγλημα τῶν Μακεδόνων· εἰσὶ δὲ καὶ οἶδε ἰππεῖς ἐπιλεκτοὶ, καὶ παρ' αὐτὸ ἄγλημα λέγεται. Sic etiam Arrian. 4, 24, 1: τῶν ἰππέων τὸ ἄγλημα καὶ τῶν ἄλλων ἐταίρων ἐς τίσσας μάλιστα ἰππαρχίας. Sed fuit etiam ἄγλημα τῶν ὕπασπιστῶν, veluti 3, 11, 9: πρῶτον τὸ ἄγλημα ἐτάχτο τῶν ὕπασπιστῶν καὶ ἐπὶ τούτῳ οἱ ἄλλοι ὕπασπισταί. Atque hi nostro loco sunt intelligendi, pariterque 2, 8, 3: πρῶτους μὲν ἐπὶ τῷ ὄρει τῶν πεζῶν τὸ τε ἄγλημα καὶ τοὺς ὕπασπιστάς. 7, 7, 1: ξὺν ταῖς ὕπασπισταῖς τε καὶ τῷ ἄγληματι. 1, 8, 4: κατέμυγον πρὸς τὸ ἄγλημα τὸ τῶν Μακεδόνων καὶ τοὺς ὕπασπιστάς τοὺς βασιλικούς. ubi cf. ann.

τοὺς ὕπασπιστάς. De ὕπασπισταῖς, quatenus hoc nomine militum manus significatur, alii alia tradiderunt, quae rettulisse vix operae pretium fuerit. Qui cognoscere volet, adeat Crophii Antiquitates Macedonicas, J. J. Rambach. ad Potter. Archaeol. Gr. T. 2 p. 25, F. W. Beniken librum qui inscribitur Zeitschrift für die Kriegsgesch. der Vorzeit T. 1 p. 272 et Doernerum ad Arriani interpretationem Germanicam. Qui quod ὕπασπιστάς id dictos esse arbitratur quod ἀσπίδι armati fuerint: quis erit cui probabile videatur hos potissimum milites ab eo armaturae genere vocatos fuisse quod iis cum aliis commune esset? Quod si quis nihilo minus fieri potuisse sibi persuadeat, quis credat ea vi hoc verbum dictum esse, quum simul etiam usitata significatio apud Macedonas obtinuerit? Nani ὕπασπιστήν, quem eundem Herodotus 5, 111 ὀπάονα dicit, eum fuisse constat qui gravis armaturae militi, maxime duci, scutum clypeumve portarit. V. Xenoph. Hell. 4, 5, 14. 8, 39, Xenoph. Anab. 4, 2, 20 et Perizon. ad Aelian. 11, 9. Sed Macedonum clypeos gestantium gregariis militibus ὕπασπιστάς fuisse nec per se probabile est nec usquam eos memoratos legimus. Ducibus tamen omnino relictos esse quamquam credibile est, tamen, quod equidem sciam, demonstrari non potest. Nam ambiguus est Curtii locus 3, 12, 7. Certum est autem ipsi Alexandro ejusmodi armigerum fuisse ex Plutarchi Eum. 1: Νεοπτολέμου τοῦ ἀρχιὑπασπιστοῦ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν λέγοντος ὡς αὐτὸς μὲν ἀσπίδα καὶ λόγχην, Εὐμένης δὲ γραγχεῖον ἔχων καὶ πινακίδιον ἠκολούθει. Qui quod ἀρχιὑπασπιστής dicitur, ipsum docet alios quoque ὕπασπιστάς regi fuisse, praetoriam quandam cohortem in proeliis salutis regis prospecturam (v. Arrian. 6, 9, 4, Plut. Alex. 63) et alias quoque eum comitantem. (Arrian. 6, 13, 2. 7, 8, 3). Similiter aliorum ὕπασπισταί passim memorantur, veluti Pyrrhi apud Plut. Pyrrh. 24, Sullae Appiani Mithr. 49, Octaviani ej. Illyr. 20. Nec mirum est interdum eos a scriptoribus cum σωματοφύλαξι confundi, ut ὕπασπιστής vocatur Ptolemaeus a Luciano in diall. mortt. 13, 3. Sed hi quum proprie ὕπασπισταί dicerentur, hoc nomen etiam ad militum partem translatum est, τὸ κάλλιστον σύστημα τῶν πεζῶν Polyb. 16, 19, 7 cl. 18, 7. Quot numero fuerint definire nequeo; in χιλιαρχίας descriptos fuisse docet Arrianus: qui unam 3, 29, 7, tres 4, 30, 6. 5, 23, 7 memoravit, sed ita ut plures fuisse appareat. Omnibus hoc tempore praefectus erat Nicanor Parmenionis filius.

τοὺς Ἀγριᾶνας. Appian. Ill. 14: (οἱ Παιόνες) ἐνδοξοὶ εἰσὶν ἐκ Μακεδόνων δι' Ἀγοῦνας, οἱ τὰ μέγιστα Φιλίππῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ κατοργασάμενοι Παιόνες εἰσὶ τῶν κάτω Παιόνων Ἰλλυριοῖς ἀποικοὶ (f. ἐπαικοὶ). Sedes eorum indicat Strab. Exc. l. 7, 18 p. 331: ἐπὶ δὲ Στρυμόν ποταμῶς ἄρχεται ἐκ τῶν περὶ Ῥοδόπην Ἀγριᾶνων et 7, 5 p. 318: καταστρεφάμενοι δὲ ποτε οἱ Αὐταριᾶται Τριβαλλοὺς, ἀπὸ Ἀγριᾶνων μέχρι τοῦ Ἰσθμοῦ καθήκοντος ἡμερῶν πεντεκαίδεκα ὁδῶν, ἐπῆρξαν αἱ τῶν ἄλλων Θρακῶν τε καὶ Ἰλλυριῶν. Cf. Thuc. 2, 96 let Herod. 5, 16. Regi eos paruisse infra 1, 5, 2 narratum legimus. Fuerunt leviter armati 4, 30, 6: τοὺς Ἀγριᾶνας τοὺς ψιλοὺς. 4, 4, 6: τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς ἄλλους ψιλοὺς. 4, 29, 1: τοὺς τε Ἀγοῦνας ἄγοντα καὶ τοὺς ψιλοὺς τοὺς ἄλλους (cf. Polyb. 5, 79, 6). Descripti erant in τάξεις 6, 8, 7: οἱ τε Ἀγριᾶνες καὶ αἱ ἄλλαι τάξεις τῶν ψιλῶν. Numero videntur mille fuisse. 1, 6, 6: τοὺς τε Ἀγριᾶνας μεταπέμπεται καὶ τοὺς τοξότας, ὄντας ἐς διαχιλίους. 4, 25, 6: τοὺς Ἀγριᾶνας τοὺς χιλίους. Curt. 5, 3, 6: Agriani fere M. Tau-

roni praefecto dati. Agrianos et Thracas leviter armatos meliorem conversatione quam cominus militem fuisse memorat Curt. 8, 14, 24. Arrianus eorum ducem nominat Attalum. De armatura eorum cf. ann. ad 1, 14, 1.

12. ἡ γάλαγξ — βαρβάρους. Cf. Strab. 7, 3 p. 306: πρὸς συντεταγμένην γάλαγγα καὶ ὀπλισμένην καλῶς τὸ βάρβαρον γῦλον ἀσθενὲς πᾶν ἔστι καὶ τὸ γυμνητικόν. Exemplis rem comprobare non attinet.

ψιλοῦς. Opponuntur hi τοῖς ὀπλίταις, quibus justa arma sunt thorax, clypeus, hasta, lancea, gladius: quibus omnibus [?] carent οἱ ψιλοί. Latini eos velites vocant. Suntque non tantum ii qui quum tempus certaminis advenit, tunc demum armantur fuste, lapide vel quodcumque telum manibus fors dedit: sed jaculatores, sagittarii, funditores, omnes denique quos leviter armatos et expeditos Latini appellant. Id Xenophontis locus declarat Hist. lib. 2, [4, 33] p. 372 l. 30: καὶ οἱ μὲν ψιλοὶ εὐθὺς ἐκδραμόντες ἠκότιζον, ἐβαλλον, ἐτόξενον, ἐσφενδόων. Et Aelian. de milit. ord. instit. c. 48 in fine: ψιλοὶ δὲ οἱ μὴδὲν τῆς τοιαύτης ὀπλισέως ἐπιτερόμενοι, ἀλλ' ἢ μόνον τοῖς μακρόθεν πεμπομένοις ἐκηβόλοις χρώμενοι ὀπλοῖς, οἱ μὲν τόξοις, οἱ δὲ ἀκοτίοις, οἱ δὲ σφενδόναις. Cf. cap. 2 et Arriani Taet. cap. 4. Infra tamen 1, 7, 9 separata fit mentio τῶν ψιλῶν καὶ τοξοῖων. *Raphelius*. Verbum definiens parum caute Suidas: in ψιλοῖ· οἱ μὴ καθοπλισμένοι μὲν, ἐν καιρῷ δὲ τῆς μάχης τῷ παρατυχόντι ἢ λίθῳ ἢ ξύλῳ ἢ ἄλλῳ τινὶ ὄργανῳ χρώμενοι, ἢ τοξοῖται, παρὰ τὸ σκευῆ ψιλῆ χρῆσθαι. Rectius schol. ad Plat. Legg. l. 9: ψιλοῖς, γυμνοῖς ὀπλων i. e. armis non tectus. Sic de Persarum capitibus galea carentibus apud Xenoph. Anab. 1, 8, 8, ubi cf. ann. Kr. Adde Lucian. diall. Deor. 20, 10: τὴν κόρην ἀγελοῦσα ψιλῆν τὴν κεφαλὴν ἐπιδεικνύουσα. Item de iis qui scutis clypeisque carent dicitur. Thuc. 7, 43: βιασθέντες ἀλλεσθαι ψιλοὶ ἄνευ τῶν ἀσπίδων. In militia qui fuerint ψιλοὶ optime docet Aelian. Taet. 2: τὸ τῶν ψιλῶν πάντων κοινοτάτη κέρηται παρασύνῃ, μήτε θώρακας ἔχει μήτε προκημίδας μήτε θυρεοὺς ἢ ἀσπίδας βαρείας, ἀλλὰ τοῖς ἐκηβόλοις χρώμενον τοξεύμασιν, ἀκοτίοις ἢ λίθοις ἐκ σφενδόνης ἢ ἐκ χειρός. Cf. Suid. in ὀπλίταις et Arriani verba ad § 8 adscripta.

κακῶς ὀπλισμένοις. Gravis armaturae milites vel nullos habebant vel non iis quibus oportebat armis instructos. *Raphelius*.

ὡς ἐκάστοις προῦχώρει. Si haec verba cum sequentibus κατὰ τοῦ ὄρους ἔμυγον jungerentur, aperta magis foret sententia, ea nempe quam Curtius habet 3, 11, 12: qua cuique patebat ad fugam via erumpunt arma jacentes. Sic infra 1, 8, 7: οἱ δὲ πεζοὶ ὡς ἐκάστοις προῦχώρει ἐσώζοντο. Quodsi tamen hoc videtur durius (quamquam trajectiones in scriptore nostro infrequentes non sunt), retineamus sane ordinem verborum intelligamusque arma quemque abjecisse, ut quisque poterit, ut commodum cuique visum fuerit et licuerit. Quis vero in pugnalicere sibi putet arma, ne fugam morentur, abjicere, nisi ubi fugae videt esse locum? Ad sententiam igitur nihil interest sive haec verba de fugiendi sive de arma abjiciendi facultate accipiantur. *Raphelius*. Hac ratione probabiliter respondet Gronovio quaerenti: „quando aut quomodo non licet unquam abjicere arma?“ Nempe ὡς ἐκάστοις προῦχώρει, ut opinor, paulo latius patet significatque: ut cuique evenit, wie es Jedem von Statten ging, vorkam. Cf. 5, 23, 2. Quod Gronovius censet προσεχώρει scribendum et interpretandum esse: adjicientes, prout quibusque accedebat, arma, hac sententia scriptorem ἐπεχώρει dicturum fuisse arbitratur.

C. 2.

§ 1. ὀπίσω, retro. *Raphelius*.

ἐς Τριβαλλοῦς. Tribulorum mentionem primus fecit Herodotus 4, 49: ἐξ Ἰλλυριῶν δὲ ἦσαν πρὸς βορῆν ἄνεμον Ἄγγρος ποταμός (s. Margus

occidentalis, Morava Serviae) ἐσβάλλει ἐς πεδίον τὸ Τριβαλλικὸν καὶ ἐς ποταμὸν Βρογγόν (Margum orientalem, Moravam Bulgariae), ὃ δὲ Βρογγός ἐς τὸν Ἴστρον. Thucydides 2, 96, 4 orientem versus fines constituit: τὰ δὲ πρὸς Τριβαλλοὺς, καὶ τούτους αὐτονόμους, Τρήρες ὄριζον καὶ Τιλιαταῖοι οἰκοῦσι δὲ οὗτοι πρὸς βορείαν τοῦ Σκομίτου ὄρους καὶ παρήκουσι πρὸς ἡλίον δύοσι μίχρη τοῦ Ὀσπίου παταμοῦ. Qui amnis apud alios aliter scriptus (Σκίος apud Herod. l. 1, Oescus Plin. 3, 29 et Ptol.), hodie Isker dictus Herodoto auctore ἐκ Παιόνων καὶ οὐρος Ῥοδόπης μέσον σχίζον τὸν Αἶμον ἐσπίδοι ἐς τὸν Ἴστρον). De fontibus idem tradit Plin. l. 1: ex Rhodope Oescus. Exigua ac propemodum nulla discrepantia Thuc. non Rhodopen, sed ὄρος ἐχόμενον τῆς Ῥοδόπης dicit. A meridie ad septemtrionem quam late fines Triballorum patuerint docet Strabo 7, 5 p. 318: Τριβαλλοὺς ἀπὸ Ἀγριάνων μέχρι τοῦ Ἰστροῦ καθήκοντας ἡμερῶν πεντεκαίδεκα ὁδόν. Quem numerum Mannertus quoque l. 1. p. 29 justo majorem judicat. Cf. Thuc. 2, 97, 2: ὁδῶ δὲ τὰ ξυνομώτατα ἐξ Ἀρδῆων ἐς Ἴστρον ἀνὴρ εὐζωνος ἐνδεκαταῖος τελεῖ.

Si Triballorum fines orientem versus hac aetate non longius quam Thucydidis temporibus prolatos fuisse constaret, probabile esset haud procul ab Oscio amne Alexandrum ad Istrum pervenisse. Nam confinia Thracum et Triballorum produnt verba § 3: ἐς ταύτην τὴν νῆσον καὶ οἱ Θράκες οἱ πρόσχωροι τοῖς Τριβαλλοῖς — συμπεγεγότες ἦσαν. Cf. c. 2, 3. At vero Πεύκη ὄνομα τῆ νήσῳ ἐστίν. Hanc autem in ostiis Istri sitam fuisse constat. Strabo 7, 3 p. 305: πρὸς δὲ ταῖς ἐμβολαῖς μεγάλη νήσος ἐστὶν ἡ Πεύκη — μέγιστον δὲ τὸ ἱερὸν στόμα κατοούμενον, δι' οὗ σταδίων ἀνάπλους ἐπὶ τὴν Πεύκην ἑκατόν εἰκοσι. Cf. Eustath. ad Dion. Perieg. 298. Quid igitur? statuimusne cum Mannerto l. 1. p. 27 Arrianum quae ipse cognovisset cum iis quae a vetustioribus auctoribus tradita accepisset falsa ratione conjunxisse? At enim idem quod Arrianus Strabo quoque memoriae prodidit 7, 3 p. 301: Ἀλέξανδρος γὰρ ὁ Φιλίππου κατὰ τὴν ἐπὶ Θράκας τοὺς ὑπὲρ τοῦ Αἴμου στρατιάν ἐμβαλὼν εἰς Τριβαλλοὺς, ὅρων μέχρι τοῦ Ἰστροῦ καθήκοντας καὶ τῆς ἐν αὐτῷ νήσου Πεύκης, τὰ πέραν δὲ Γέτας ἔχοντας, ἀγίχθαι λέγεται μέχρι δεῦρο. Quumque paulo post de iisdem rebus agens Ptolemaeum auctorem nominet, quis dubitet quin haec quae Arrianus cum Strabone consentiens enarrat Ptolemaei fide nitantur? Sed quamvis hic sine dubio locupletissimus auctor sit, cavendum tamen est ne quam ille dixit Peucen insulam eandem esse putemus quam in Istri ostiis quaerendam esse vidimus. Quod nomen idem est exiguam vim habet in ea voce quae propter significationem facile ad plures locos transferri potuerit. In ipsa autem rerum in his terris ab Alexandro gestarum narratione quum nulla Ponti ostiorum vestigia compareant, sed ea longe abfuisse ex 1, 3, 2 colligendum sit, quis dubitet quin Ptolemaei Peuce insula in superiore Istri parte quaerenda sit? Sed quo minus Jazygum et Getarum atque Sarmatarum confinia accurate explorari possunt, eo difficilior est certi quidquam de hac re statuere. Neque tamen improbable videtur quod Mannertus l. 1. sumpsit, Alexandrum prope Oescum amnem ad Istrum pervenisse, unde quod reverterit, prorsus rei consentaneum esse. Hanc conjecturam eo confirmari quod Celtae legatos ad eum miserint: qui populus nisi in vicinia sedes suas habuerit, non tam cito eum ad Alexandrum legatos mittere potuisset. Sed non satis causae video cur idem Mannertus statuat Triballorum sedes his temporibus longius quam Thucydidis aetate orientem versus pertinuisse.

ἐπὶ τὸν Λύγιον ποταμόν. Fortasse Graeci hoc nomine barbaricum interpretati sunt. Nec mirer si doctus aliquis Etymologus Germanico verbo Esche adscito Λύγιον pro Oesco dictum esse defendat.

ὡς ἐπὶ. Saepissime haec pleonastice conjunguntur. v. Ind. *Raphelius*.

ὡς ἐπὶ τὸν Αἶμον ἴδοντι. Ita Ind. 3, 2. *Raphelius*.

σταθμοὺς τρεῖς. Σταθμός ab ἴσθημι est iter unius diei, quippe quo confecto agmen subsistit, ut fatigata corpora quiete levantur. Mansiones dicit Justinus 13, 8, 5, ubi vide notam Berneggeri. Curtius alique castra

vocant et primis, alteris tertiis, quartis etc. castris dicunt pro totidem diebus. Ita Curt. 9, 10, 5: nonis castris in regionem Arabitarum, inde totidem diebus in Gedrosiorum regionem perventum. Plura loca petas licet ex Freinsheimii indice Curtiano. Xenophon locis innumeris, maxime de exped. Cyri 1, 7, 14, ubi pro itinere et via accipitur: *κατὰ γὰρ μέσον τῶν σταθμῶν τοῦτον τάχος ἦν.* et 1, 8, 1, ubi locum notat in quo exercitus subsistit: *πλησίον ἦν ὁ σταθμὸς ἔνθα ἐμελλε καταλύσειν.* Unde Alexander paulo post 1, 3, 1 tertio die a Lygino ad Istrum venisse dicitur. Neque vero semper idem est numerus σταθμῶν et dierum, sed interdum plures σταθμοί uno die peragantur: unde Ptolemaeus maximis itineribus ad Spitamenem contendens dicitur *διελθὼν ἐν ἡμέραις τέσσαραις σταθμῶν δέκα* 3, 29, 7. *Raphelius.* Cf. ann. ad Xenoph. Anab. 1, 2, 5.

2. *τῶν ἐν τῷ Ἰστρῷ. Τῶν sc. ἐν τῷ Ἰστρῷ οὐσῶν νήσων*, ut ostendatur plures in Istro insulas esse. *Raphelius.*

Πεύζη. De insula v. ad § 1. Asyndeti eodem genere utitur 4, 28, 5. 5, 22, 2. 6, 21, 5, posterioribus duobus locis ita ut enunciatum interpositum sit. Similiter 1, 4, 6. 3, 8, 3. Abusus est hac ratione in Indicis, non sine antiquitatis affectatione quadam. Sic v. c. vetustissimus scriptor Antiochus Syracusanus apud Dionysium Halic. Arch. 1, 73: *ἐπὶ τοῦτον δὲ ἀνὴρ ἀμίχτετο ἐκ Ῥώμης φηγάς, Σικελὸς ὄνομα αὐτῷ.* Cf. Andoc. 1, 12. 16 et Antiph. 5, 70. Similia passim apud Dionysium Hal. et Plutarchum reperias.

3. *Ἐκ πολλοῦ συμπεφυγῶτος.* Eodem nempe tempore quo Syrmus cognita Alexandri expeditione suos in eam insulam transire jubebat etiam finitimi Thracae illos sequebantur, uti vicinia, ita et periculi societate iis juncti. Unde dicuntur non *πεφυγῶτες*, sed *συμπεφυγῶτες*. Gronovius duas priores voculas *ἐκ πολλοῦ* ex praecedentibus a quodam repetitas putat, quas ipse rursus inducit et voluntate optimi codicis rejicit. Et sunt quidem certe superfluae nec ab Arriano videntur profectae; quamquam eo quo dixi modo non plane incommode possunt exponi. *Raphelius.* Vere Gronovius. Hoc ferendorum genere nihil frequentius; alterum ejus exemplum paulo post exstat. Ceterum Arrianus *ξυμφεύγειν* saepius pro *καταφεύγειν* dicit, Latinorum confugiendi verbum exprimens.

ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐς νήσον τινα τῶν ἐν τῷ Ἰστρῷ. Si pugna quam commisit Alexander contra illos πολλοὺς τῶν Τριβαλλῶν facta est ad Istrum (quod fieri debuit si et illi et ipse Syrmus cum suis eo confugerunt, ut plane hoc loco affirmatur), quomodo post finitam eam potuit Arrianus dicere deinde eum *τριταῖον ἀμικνέσθαι ἐπὶ τὸν Ἰστρον*, qui ad illum ipsum conflixerat? Huic quaestioni nihil potest responderi. Quod magis lepidum est, quomodo Alexander progressus ex Aemo ad Lyginum et triduo separatus ab Istro pridie potuit solvisse ab insula in Istro sita? quod ex Vulcanii narratione procedit. Quare, opinor, satis commendavero hunc laborem, si sine periculo tantum praecipuus superandum posthac praebuero et in his tam corruptis egregiam opem tulero praestanti Arriano. Unde primo Ms. optimo id exigente ejiciendae sunt illae voces *ἐς νήσον τινα τῶν ἐν τῷ Ἰστρῷ*, quae nescio qua stoliditate ex superioribus etiam sunt repetitae. Deinde sciendum hanc pugnam non prope Istrum esse factam, sed prope τὸν ποταμὸν ἐνθενπερ τῇ προτεραιῇ ὠρμήθῃ Ἀλεξάνδρου. Quis autem ille? Nempe non alius quam quem supra memoravit Lyginus. Ad hanc in sylvas retro confugerat Triballorum magna pars, quae prius vel cum rege Syrmo vel eum praecedens et sequens volebat quoque fugere ad Danubium quamcunque ob rationem, quam reticuit Arrianus vel alii ante eum. Hinc pridie solverat ad famam Syrmii in Istro latentis: sed audito alios Triballos retro fugientes se abscondisse in sylvis illuc rediit hostemque invenit: quo caeso deinde tridui iter fecit ad Syrmum. Verte igitur: ingens vero Triballorum multitudo [immo: maxima pars, die Hauptmasse] retro fugit ad fluvium unde pridie Alexander moverat. Prorsus enim

hic accidit quod in praelio ad Issum: e qua urbe quum perrexisset in Asiam Alexander, postea Darium cognoscens alia via in eam ipsam venisse et κατόπιν αὐτοῦ vel ὀπίσθεν γενέσθαι, tum ipse quoque προπέμπει ἰωὰς προκατασκευρομένους τὴν ὁδὸν τὴν ὀπίσω, et sic sequitur lib. 2 cap. 8. Gronovius. Male locum nostrum accepit Mannert. l. l. p. 27.

4. τὴν ὄρμην. Vulcanius: eo appulisse; rectius: eo contendere. *Raphelius*. Cf. 1, 4, 4. 6, 6. 4, 17, 7.

καταλειφθέντες. Vulcanius correxit καταληφθέντες deprehensi. Sed nullus ita Ms. teste Gronovio. Καταλειφθέντες relictos hanc, opinor, haberet sententiam: aciem instruxisse eos qui relictos erant ad sylvam flumini vicinam. Relictos autem fuisse praesidii causa, ut contra subitum hostium impetum saltum tuerentur per quem iter erat ad fluvium, ubi caeteri castra locaverint necesse est, siquidem illos ante sylvam relictos esse velimus. Hos autem ex castris subsidio prioribus venisse, praeterquam quod belli ratio ita ferat, etiam hoc indicio est quod Alexander eos e sylvam in aperta provocare studuerit; quos intelligere licebit ex castris per sylvam adventantes, cum reliqui jam extra sylvam constitissent. Nisi quis forte ex pro ἀπό accipere malit. *Raphelius*. Tam obscuram narrationem quis ferat? Arrianus quum οἱ μὲν vocibus Ἀλέξανδρος δέ opponat, illis se omnes Triballos dicere satis aperte significat. Omnia optime habent recepta quam exhibuimus scriptura.

ἐς βάθος. Τὸ βάθος simul et τὸ μῆκος τῆς φάλαγγος quid sit ex Aeliano optime intelligetur de milit. ordin. instit. cap. 7 init.: τὸ δὲ ὅλον σύστημα τοῦ πλήθους τῶν λόχων φάλαγξ καλεῖται, ἧς μῆκος μὲν τὸ πρῶτον τῶν λοχαγῶν τάγμα· τοῦτο δὲ μέτωπον καὶ πρόσωπον καὶ παράταξις καὶ ζυγὸν καὶ στόμα καὶ ἡγεμόνες καὶ πρωτοστάται καὶ πρωτολογία καλεῖται τὸ δὲ κατόπιν τοῦ μετώπου πᾶν μέρος τῆς φάλαγγος μέχρι τῶν οὐραγῶν βάθος καλεῖται. Eodem modo haec explicantur ab Arriano in Tact. cap. 12 p. 11. Et Aristoteles annotante Camerario in Comment. utriusque ling. dicit in secundo de Caelo τὸ εμπροσθεν καὶ ὀπίσθεν esse βάθος. Est igitur τὸ βάθος τῆς φάλαγγος quod a fronte ad tergum, μῆκος autem quod a dextra ad sinistram protenditur. Xenoph. Cyrop. 2, 4, 2: ἐγένετο τὸ μὲν μέτωπον ἐπὶ διακοσίω· τοσοῦτοι γὰρ ἦσαν οἱ καζίαχοι· τὸ δὲ βάθος ἐφ' ἑκατόν. Unde ἐς βάθος ἐκτάσσειν est ita ordinare aciem ut majus sit βάθος quam μῆκος. Cf. 1, 6, 1. Quod genus phalanx dicitur recta. Aelian. cap. 30. [ὄρθια (φάλαγξ ἐστίν) ὅταν ἐπὶ κέρως πορεύηται πολλαπλάσιον ἔχουσα τὸ βάθος τοῦ μήκους.] Exempli causa si XXIV milites ita collocentur ut quaterni consistent, schema hoc foret:



Hinc e contrario quando densatur frons phalangis dicitur ἐς τὸ μῆκος ἐπιτάσσεισθαι. Arrian. Tact. c. 34 p. 37. *Raphelius*.

5. γυμνοῖς. Idem hi sunt qui ψιλοί, levis armaturae, de quibus supra cap. 1, 12. *Raphelius*.

τοὺς ἐκ τῆς ἄνωθεν Μακεδονίας. Sic etiam Polyb. 2, 97, 3 τοὺς ἄνω Μακεδόνες memorat. Optime Thuc. 2, 99: τὴν κάτω Μακεδονίαν, ἧς ὁ Περδικας ἦρχε. τῶν γὰρ Μακεδόνων εἰσὶ καὶ Λυγκησταὶ καὶ Ἑλλημιῶται καὶ ἄλλα ἔθνη ἐπάνωθεν, ἃ ξύμμαχα μὲν ἐστὶ τούτοις καὶ

ὑπήκοα, βασιλείας δ' ἔχει καθ' αὐτά. τὴν δὲ παρὰ θάλασσαν νῦν Μακεδονίαν Ἀλέξανδρος ὁ Περδίκκου πατήρ καὶ οἱ πρόγονοι αὐτοῦ, Τημενίδαι τὸ ἀρχαῖον ὄντες ἐξ Ἄργους, πρῶτον ἐκτήσαντο καὶ ἐβασίλευσαν, ἀναστῆσαντες ἐκ μὲν Πιερίης Πίρας — ἐκ δὲ τῆς Βοττίας καλουμένης Βοττιαίου, οὗ νῦν ὄμοροι Χαλκιδικῶν οἰκοῦσι, τῆς δὲ Παιονίας παρὰ τὸν Ἄξιον ποταμὸν σιτηνὴν τινα καθήκουσαν ἄνωθεν μέχρι Πέλλης καὶ θαλάσσης ἐκτήσαντο. Adde Strab. 7, 7 p. 326: καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ Ἀνγκησιῶν καὶ Πελαγονίαν καὶ Ὀρεσιῶν καὶ Ἐλλυμειαν τὴν ἄνω Μακεδονίαν ἐκάλουν. cf. Her. 8, 137.

ἐκ Βοττιαίας. Βοττιαν dicit Thuc. l. l. Βοττιαίδα Herod. 7, 123. 127 et Plin. 4, 18. Βοττιαίαν cum Arriano Strabo Exc. l. 7, 9 p. 330 et Liv. 26, 25. Secundum Herodotum 7, 123 (Ἄξιός ποταμός) ὁρίζει χώρον τὴν Μυθραίνην τε καὶ Βοττιαίδα, τῆς ἔχουσι τὸ παρὰ θάλασσαν σιτηνὸν χωρίον πόλεις Ἰγναί τε καὶ Πέλλα. et c. 127: Ἀνθίας τε ποταμός καὶ Ἀλιάκμων οὐρίζουσι γῆν τὴν Βοττιαίδα καὶ Μακεδονίδα, ἐς τούτῳ ἕθεθρον τὸ ὕδωρ συμμίσγονται. Ad sinum Thermaicum pertinuisse docet 8, 127. In mediterraneas regiones eam satis late patuisse ex Livii l. l. collegeris. Ex eodem et Herodoto intelligas Macedoniae regum temporibus haec loca semper proprie Bottiaeae dicta esse, quamquam Bottiaei alias sedes occupaverant, Chalcidensium finitimi facti. Quid quod etiam Strabo Exc. l. 7 Bottiaeae nomine eandem significat? ἢ Ἄλωρος Βοττιαίῃ — ὁ Ἄξιός Διαιρῶν τὴν τε Βοττιαίαν καὶ τὴν Ἀμφαξιῶν γῆν.

6. καὶ τὴν ἄλλην — παρατείννας et reliquo equitatu, quem phalangi praetenderat. *Raphelius*.

κατὰ μέσους, τοὺς πολέμιους contra mediam hostium aciem.

7. καὶ τούτων, ut eorum de quibus 1, 1, 13 tradidit. Rem justo brevius enarravit Plut. Alex. 11: τὰ βαρβαρικά κινήματα καὶ τοὺς ἐκεῖ πολέμους κατέπαυσεν δεξιῶς ἐπιδορμῶν στρατῶ μέχρι πρὸς τὸν Ἴστρον· ἢ καὶ Σόρμον ἐνίκησε μάχῃ μεγάλῃ, τὸν βασιλέα τῶν Τριβαλλῶν.

C. 3.

1. Ἀπὸ δὲ τῆς μάχης. Cf. ann. ad Xenoph. Anab. 2, 2, 6.

τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην μέγιστον ὄντα. Sic jam Herod. 4, 48 ss.: Ἴστρος μὲν ἔων μέγιστος ποταμῶν πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν — ἕξει — διὰ πάσης τῆς Εὐρώπης ἀρχάμενος ἐκ Κελτῶν. Cf. Strab. 2, 5 p. 128, 7, 1 p. 289 et Eustath. ad Dionys. Perieg. 302 et de fontibus ejus (πλησίον τοῦ Ἐρπονίου ὄρμου) Str. 7, 1 p. 292, Plin. 4, 24, Tac. Germ. 1 al. De nomine Str. 7, 3 p. 304: τοῦ ποταμοῦ τὰ μὲν ἄνω καὶ πρὸς τὰς πηγὰς μέρος μέχρι τῶν καταρράκτων Δανούβιον προσηγόρευον, ἃ μάλιστα διὰ τῶν Λακῶν γέρεται. τὰ δὲ κάτω μέχρι τοῦ Πόντου τὰ περὶ τοὺς Γέτας καλοῦσιν Ἴστρον. Plin. H. N. 4, 24: unde primum Illyricum alluit Ister appellatus.

ἄπειργοντα dirimentem, separantem, interfluentem. *Raphelius*.

2. τελευταίους Accusativus ex ἐπερχόμενος pendet, relativo non impediante. Luc. conv. 38: προὔκλιτο πινάκιον Κλεοδήμῳ καὶ Ἴωνι, μεθ' οὗς τῶ νεμητῶ καὶ ἑσού.

Μαρομαένους. Hoc nomen etiam apud alios una *v* littera scriptum reperias. V. interpr. ad Tac. Germ. 42. duabus Annian. 29, 4, 1 al. Ceterum mirum non est Celtarum nomine comprehendi Germaniae populos, quippe μικρὸν ἐξαλλάττοντας τοῦ Κελτικοῦ γόλου — διὸ δίκαιά [δὴ καί?] μοι δοκοῦσι Ῥωμαῖοι τοῦτο αὐτοῖς θέσθαι τούνομα, ὡς ἂν γνησίους Γαλιῆτας φράζειν βουλόμενοι· γνήσιοι γὰρ οἱ Γερμανοὶ κατὰ τὴν Ῥωμαίων διαίλεκτον. Strabo 7, 1 p. 290. De qua notatione hic dicere non attinet. Sed quod Arrianus hic Celtarum nomine utitur, haud scio an ex eo colligi possit etiam quae de Istri cursu tradidit ex Ptolemaeo hausta esse.

ἐπί sine casu significat deinde, praeterea, *Raphelius*. Usu Herodoteo, apud κοινούς raro.

Σαυροματῶν. Qui Graecis Sauromatae, Latinis Sarmatae dicuntur. Plin. H. N. 4, 11 [25 Bip.], qui et Getas Romanis Dacos dictos ait. Cf. Jo. Xiphil. Epit. Dionis in Domitiano p. 331. *Raphelius*. Jazygas Sarmatas commemorat Plin., sedes eorum significans: Superiora autem inter Danubium et Hercynium saltum usque ad Pannonica hiberna Carnunti Germanorumque ibi confinium, campos et plana Jazyges Sarmatae. Sarmatas Jazygas Tac. A. 12, 29, H. 3, 5. Cf. Strab. 7, 3 p. 294 et Ammian. 26, 4, 5. 31, 2, 13.

τοὺς ἀπαθανατίζοντας. Gronovius: immortalibus consecrantes. Stephanus in Thes. Gr ling.: immortales reddentes vel facientes, immortalitate donantes. Cujus explanationem visum est integram opponere ex tom. 1 p. 1567. Apud Herodotum libro 4 [c. 93 s.] sunt etiam Getae quidam ἀθανατίζοντες, quos Arrianus ἀπαθανατίζοντας vocat. Cur autem ἀθανατίζοντες vocentur, ipse Herodotus declarat his verbis: ἀθανατίζουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον· οὔτε ἀποθνήσκουσιν ἐαυτοὺς νομίζουσι, ἰέναι τε τὸν ἀπολλύμενον παρὰ Ζάμολξιν δαίμονα, — διὰ πεντηηρίδος δὲ τὸν πάλλω λαχόντα ἀσὶ σφειών αὐτῶν ἀποπέμπονσι ἄγγελον παρὰ τὸν Ζάμολξιν ἐπιλλόμενοι τῶν ἄν' ἕκαστοι δέωνται. Ita autem eum mitti scribit. Quibusdam datur negotium ut tria jacula teneant; alii autem post mortem haines bene meritos immortalitati consecrant et in deorum numerum referunt. Lucianus etiam scribit in Scytha [1] non solum apud Scythas patriam esse consuetudinem τὸ ἀπαθανατίζειν καὶ πέμπειν παρὰ τὸν Ζάμολξιν, sed etiam Atheniensibus licere θεοποιεῖν τοὺς Σκύθας ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος. Idem ergo est ἀπαθανατίζω quod θεοποιῶ. *Raphelius*. Darii acetate hi Getae cis Istrum sedes habebant. Herod. 4, 93: πρὶν δὲ ἀπικέσθαι ἐπὶ τὸν Ἴστρον αἰρέει (Δαρῆος) Γέτας τοὺς ἀθανατίζοντας — (οἱ) ἰδουλώθησαν, Θρηζικῶν ἔοντες ἀνδρεϊότατοι καὶ δικαιοτάτοι. Etiam Thucydides 2, 96, 1 novit τοὺς ὑπερβάντι τὸν Αἴμον Γέτας. Quos ab Ol. 95 ex his sedibus trans Istrum commigrasse suspicatur Mannert. l. 1. p. 52. Sed certi quidquam statuere vix licet, quum Strabo 7, 3 p. 305 tradat eos συνεχεῖς τὰς μεταναστίδας ἐγ' ἑκάτερα τοῦ Ἴστρον ποιέσθαι. De Getarum sedibus id. ib.: τὰ δὲ κάτω (a Dacis) μέχρι τοῦ Πόντου τὰ περὶ τοὺς Γέτας καλοῦσαν Ἴστρον. Cf. Dion. C. 67, 6.

τοὺς πολλούς illos multos, h. e. gentem illam copiosam et longe lateque colentem. Ita 7, 19, 6 etiam Ἀραβας τοὺς πολλούς ob eorum multitudinem dicit. *Raphelius*. Auscultare debebat Gronovio recte admonenti Σαρμάτας τοὺς πολλούς dici grande corpus Sarmatarum, das Hauptvolk, quatenus contraria cogitetur Σαυροματῶν μοῖρα Ἰάζυγες. Neque aliter intelligendus est locus 7, 19, 6. Similiter τὴν Ἀραβίαν τὴν πολλήν 7, 1, 2. Cf. Dio C. 68, 33. 76, 2 et Dorvill. ad Charit. p. 464 et Kr. ann. ad Thuc. 2, 48, 1.

Σκύθας. Herod. 4, 49: ἐς τὰ πλάγια τῆς Σκυθίας ἐσβάλλει.

ἐκθιδοῖ. Ionica forma utitur etiam 4, 6, 7. 5, 6, 4. 8. 7, 21, 4; ἐκθιδῶσι ib. § 3.

κατὰ πέντε στόματα. Cf. Peripl. Ponti Eux. p. 133. Herod. 4, 47: Ἴστρος μὲν πεντάστομος. Ephorus apud Strab. 7, 3 p. 305 πεντάστομον εἶρηκε τὸν Ἴστρον. Sic etiam Scymnus et Dionys. Perieg. 301. Itaque Arrianus hic quoque superiores Graecorum auctores subsequutus esse reperit. Nam Strabo 7, 3 p. 305: ἐπιάστομος γάρ ἐστι; et sic fere Romani, veluti Ammian. Marc. 22, 8, 44: septem ostiis per hoc Scythicum latus erumpit in mare: quae deinceps singula enumerat. Nam quod Plin. H. N. 4,

24 tradit: in Pontum vastis sex fluminibus evolvitur, Tacitus Germ. 1 explicat: in Ponticum mare sex meatibus erumpit, septimum enim os paludibus hauritur. Cf. Solin. c. 13.

3. *ἐνταῦθα*. Respicitur initium capitis. Nam quae de Istri cursu et ostiis dixit per degressionem interposita sunt. Rem, ut videtur, ipse quoque Ptolemaeus sequutus, paucis enarravit Strabo 7, 3 p. 301: *ἐς μὲν τὴν νῆσον ἀποβῆναι μὴ δύνασθαι σπᾶνει πλοίων· ἐκείσε γὰρ καταγνόντα τὸν τῶν Τριβαλλῶν βασιλεία Σύρμον ἀντισχεῖν πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν· εἰς δὲ τοὺς Γέτας διαβάντα ἐλεῖν τὴν αὐτῶν πόλιν, καὶ ἀναστρέψαι διὰ ταχέων εἰς τὴν οἰκίαν λαβόντα δῶρα τῶν ἐθνῶν καὶ παρὰ τοῦ Σύρμον.*

ναῦς μακρὰς naves longas, i. e. bellicas, quibus opponuntur *στρογγύλαι* rotundae, i. e. onerariae. Liv. 25, 27: centum triginta navibus longis et septingentis onerariis profectus a Carthagine. *Raphelius*.

βιάζεσθαι, μετὰ βίας καὶ ἰσχύος ποιεῖσθαι. Schol. Thuc. 7, 70, 7, cf. Thuc. 4, 10, 3.

4. *καὶ τῆς νήσου*— et insulae pleraque praerupta ad invasionem, incursum, appulsum. *Raphelius*.

τὸ παρ' αὐτὴν praeter, prope eam insulam. *Raphelius*.

οἷα δῆ. Sic saepissime Arrianus, Herodotum imitatus, raro, quod magis Atticorum proprium est, *αἶτε*.

ἀπαγαγών abducens [abductis n.]. Nam subducere naves est in terram ducere. Caes. b. c. 3, 23: naves reliquas, si vellet, subduci et refici juberet. *Raphelius*. Cf. ad Thuc. 6, 44, 3.

ἐγνω διαβαίνειν statuit trajicere. *Raphelius*.

ἐπὶ τοὺς Γέτας. Thuc. 2, 96, 2: *εἰσὶ δ' οἱ Γέται καὶ οἱ ταύτη ὄμοροί τε τοῖς Σχύθαις καὶ ὁμόσκεινοι, πάντες ἵπποτοξόται.*

ᾠκισμένους. Cf. 1, 4, 6. 8. al. Thucydides aliique sic dicunt *κατοικημένον*. Cf. Kr. ann. ad Dionys. Historiogr. p. 229 et add. ad h. l.

6. *τὰς δὲ διγθέρους* — *πληρώσας*. Bei ratio describitur 3, 29, 4 ubi v. ann.

μονόξυλα πλοῖα. Navigia *μονέξυλα* unius ligni sive ex una arbore sunt, quae singula fiunt singulis arboribus excavatis. Cujusmodi navigiis usos fuisse praedones Germaniae Plinius auctor est H. N. 13, 40: Germaniae praedones singulis arboribus cavatis navigant, quarum quaedam et XXX homines ferunt. Ipsum hoc Graecum vocabulum idem usurpat 6, 23: Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Becaren convehunt vocatur Cottona. Item Polyb. 3, 42 init. *Raphelius*. Mossynoecos iis usos videas apud Xenoph. Anab. 5, 4, 11.

καὶ ληστεύοντες. Repete *ἐχρῶντο*, ad praedandum utebantur, *ἐπὶ ληστεία*, ut ante *ἐγ' ἀλεία*, quemadmodum etiam pro interjecto enunciato minus apte quidem *ἐπὶ τῷ παρ' ἀλλήλους πλῶ* dici potuit. Sic omnino quod Romani, si Tacitum exceperis, satis raro faciunt, saepe admittunt Graeci, ut simili sententiarum ratione diversas orationis formas copulandi et adversandi particulis conjungant. Cf. Kr. Gr. § 59, 2 an. 3.

ταῦτα-ξυναγαγών. Hujusmodi epanalepseos exempla passim obvia, veluti 1, 23, 2. 26, 5. 2, 20, 7 s. (6, 9, 5). Thuc. 7, 42, 5. Isocr. Trap. 9 p. 360. Plut. Per. 9. Cf. ann. ad Xenoph. Anab. 3, 1, 20 et Gr. § 65, 9 an. 2.

C. 4.

1. *μᾶλλον τι*. Comparativo adjectum *τι* quam vim habeat dixi ad Xenoph. Anab. 3, 3, 11 ed. min. Sed *μᾶλλον τι* formula Arrianus ita ab-utitur, ut solum *μᾶλλον* aliquanto rarius usurpet. cf. Gr. § 47, 15 an. 10.

προσσχόντες. Ita quamquam invitis Arriani libris, quorum auctoritas in tali re nulla est, semper scripsi, notationis et significationis potius quam pronunciationis rationem habendam esse ratus. Sic etiam Schaeferus judicavit ad Julian. p. XXII.

ἦγε. *Ἄγειν* absolute sine nomine pro exercitum ducere. Ita infra 3, 21, 9 et Curt. 3, 4, 1: cum Cyrus adversum Croesum in Lydiam duceret. *Raphaelius*.

2. *ἐν πλαίσιω*. *Πλαίσιον* [vulgo *τοῦτο*, cui Arcerius *πλαίσιον ἑτερομή-κεις* praemittendum esse suspicatur. Sed pro *τοῦτο* potius *πλάγιον* legendum est.] *πολλαπλάσιον ἔχει τοῦ βάθους τὸ μῆκος*. *πλαίσιον δὲ λέγεται ὅταν ἐκ πάντων τῶν πλευρῶν ὀπλίται ὡς τῶν τοξοτῶν καὶ σφενδονητῶν κατὰ μέσον τεταγμένων*. Aelian. cap. 48. Gronovius in codice Mediceo optimo reperit *ἐν πλαγίω*. *Raphaelius*. Cf. Kr. ann. ad Xenoph. 3, 2, 36. 4, 19. Ad alteram scripturam defendendam provocos licet ad Arriani Tact. 26 p. 63: *πλαγία γάλαξ ἴστιν ἣ τὸ μῆκος τοῦ βάθους πολλαπλάσιον ἔχουσα*. quae fere iisdem verbis refert *Ἑρμῆν. τῶν ἐπιστρ.* in Suida Küsteri T. 3 p. 715. Aelian. 44: *πλαγία γάλαξ μικρὸν ἐπιπλεῖ εἰς πλάτος, ἵνα κἂν διακόρηται, ὀλίγον ἢ τὸ βάθος τὸ διακοπτόμενον*. et 48: *πλάγιον λέγεται ὅταν ἐκ θυοῖν πλευρῶν γένηται ἢ παρόταξις, οὐκ ἐν τετραγώνῳ, ἀλλ' ἐν ἑτερομήκει σχήματι*. ubi nemo Arcerio *πλαίσιον* emendanti auscultabit. Sed nostro loco *πλαγίω* superiori *πλαγίαις* videtur originem debere: quod mendorum genus saepe deprehendas. Certe ubi periculi metus erat, ut hic a Getis *ἵπποτοξόταις*, quadrato agmine incedere solebant. V. Ammian. Marc. 24, 1, 2: Utque ductor usu et docilitate firmatus, metuens ne per locorum insolentiam insidiis caperetur occultis, agminibus incedere quadratis exorsus est. Adde 25, 3, 2. 27, 2, 8. 10, 6. 31, 16, 4. Sic ipse Alexander apud Curt. 5, 1, 19. 6, 4, 14: Quadrato tamen agmine et composito ibat speculatores subinde praemittens. ubi cf. Freinshem.

3. *τῆς γάλαγγος ἢ σύγκλεισις*. Al. *σύγκλασις*, sed hoc rectius puto, quod Gronovius se invenisse testatur in quibusdam Mss. Quo eodem utitur Arrian. 1, 6, 2. 5, 17, 7. 22, 7. Significatur autem id genus aciei de quo Curt. 3, 2, 13: Ipsi phalangem vocant peditum stabile agmen: vir viro, armis arma conserta sunt. Unde tanquam contraria ponuntur *ἀναπτύξαι καὶ συγκλείσαι τὴν γάλαγγα*, laxare et coarctare phalangem 3; 12, 2. Idem noster in Tact. 11 p. 18 de *συνασπισμῷ* sive testudine scribit eam esse ita undique superne scutis tectam, dum antecedentium capita sequentium scutis teguntur, *ὥστε καὶ ἀκοντιστὰς ἀνωθεν, καθάπερ ἐπὶ στήθης, διαθέντας δίχεσθαι καὶ λίθους ἀμαξιαίους μὴ λύνειν τὴν σύγκλεισιν, ἀλλὰ κατακλειομένους τῇ ῥύμῃ ὑπερπίπτειν εἰς τὸ δάπεδον*. Xenoph. Cyrop. 7, 1, 33: *συγκλείσαντες οὖν τὰς ἀσπίδας ἐχώρον καὶ ἐώθουν*. *Raphaelius*. De testudine hic non magis sermo est quam 1, 1, 9, ubi cf. ann.

4. *τοὺς δὲ ἵππείας κατὰ μέτωπον* equitatum autem a fronte dispositum, ut Vulcanius, sive equites in fronte constitutos, ut Raphaelius in indice interpretatur.

ἐς τὰ ἔρημα. Strabo 7, 3 p. 305: *μεταξὺ δὲ τῆς Ποντικῆς θαλάττης τῆς ἀπὸ τοῦ Ἰστροῦ ἐπὶ Τύραν [Dniester] καὶ ἡ τῶν Γετῶν ἔρημία πρόκειται, πεδιάς πᾶσα καὶ ἀνδροῦς ἐν ἣ Ἰαρεῖος ἀποληγθεὶς ὁ Ὑσιάσπιω καθ' ὃν καιρὸν διέβη τὸν Ἰστρον ἐπὶ τοὺς Σκύθας ἐκινδύνευσεν πανστρατιῇ διακταρῆναι*. Cf. p. 306 et Arrian. Illyr. 4.

5. *αὐτῆς ἡμέρας* ipso (co) die. Sic saepius Arrianus, veluti

Mac. 9, 5: ὁ ὕπατος ἐκέλευε τοὺς πρέσβεις ἐκ μὲν τῆς πόλεως αὐτῆς ἡμέρας, ἐκ δὲ τῆς Ἰταλίας τριάνοντα ἄλλαις ἐξέμια. Mithr. 71: ἐπήγεν αὐτῆς ἡμέρας ἐπὶ τὸν λιμένα τὰς ναῦς. 89: τὸν στρατὸν αὐτῆς ἡμέρας ἤγεν αὐθις ἐπὶ τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον. Sic ipse Arrian. Ind. 36, 9: καὶ οὖς ὧν καὶ τρεῖς αὐτῆ ἡμέρῃ ἄλλοισι καὶ ἄλλοισι τῶν βαρβάρων ἐπιφανομένοισιν ἐς χεῖρας ἦσαν. Similiter idem infra 6, 15, 2: ἐπ' αὐτῆ ξυμβολῇ τὸν ποταμοῖν. Eadem ratio formulae αὐταῖς λέξεσι, de qua v. Kr. ind. ad Dionys. Historiogr. in αὐτός et nunc idem tradentem Schaeferum Appar. ad Demosth. T. 3 p. 61.

6. καὶ παρὰ Κελτῶν δέ. Strabo 7, 3 p. 301: Φησὶ δὲ Πιολεμαῖος ὁ Ἀγῶν κατὰ ταύτην τὴν στρατείαν συμμίξει Ἀλεξάνδρῳ Κελτοὺς τοὺς περὶ τὸν Ἀδρίαν γιλίας καὶ ξενίας χάριν διζάμενον δὲ αὐτὸς φιλοφρόνως τὴν βασιλείᾳ ἐρεῖσθαι παρὰ τὸν πότον τί μάλιστα εἴη ὁ φοβόντο, νομίζοντα αὐτὸν ἐρεῖν [αὐ-] τοὺς δ' ἀποκρίνασθαι ὅτι οὐδένα [immo οὐδέν] πλὴν εἰ ἄρα μὴ ὁ οὐρανὸς αὐτοῖς ἐπιπέσῃ γιλίᾳ γε μὴν ἀνδρὸς τοιοῦτου περὶ πανιὸς τίθεσθαι. De Celtis idem 7, 1 p. 289: μεσημβρινὰ (τῷ Ἰστροῦ) τὰ τε Ἰλλυρικά καὶ τὰ Θρακία καὶ ὅσα τοῦτοις ἀναμέμικται τῶν Κελτικῶν ἢ πινων ἄλλων μέχρι τῆς Ἑλλάδος. et 7, 3 p. 296: (τοῖς ἐντὸς Ἰστρον Θραξὶ ἀναμέμικται) καὶ τὰ Κελτικά, οἳ τε Βοῖοι καὶ Σκορδίσκοι καὶ Τανυρίσκοι.

τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ. Strabo 7, 5 p. 316 s.: τὰ Κεραῶνια ὄρη ἢ ἀρχὴ τοῦ στόματος τοῦ Ἰονίου κόλπου καὶ τοῦ Ἀδρίου. τὸ μὲν οὖν στόμα κοινὸν ἀμφῶν ἐστὶ, διαγίρει δὲ ὁ Ἰόνιος, διότι τοῦ πρώτου μέρους τῆς θαλάττης ταύτης ὄνομα τοῦτ' ἐστίν, ὁ δ' Ἀδρίας τῆς ἐντὸς μέχρι τοῦ μυχοῦ, νυνὶ δὲ καὶ τῆς συμπάσης.

μεγάλοι. Asyndeton paulo durius δὲ particula addita vel ea quae post γιλίας legitur huc transposita sustuleris. Sed in talibus Arrianus passim suus est. cf. ad 1, 2, 2.

7. ἔδωκε πίστεις. Ita Curt. 4, 1, 9: in ea se fidem et dare paratum et accipere. et 6, 11, 29: in haec fides et data est et accepta. Raphaelius. Cf. 3, 6, 7. Isocr. Trap. 11 p. 360: πίστεις τὰς μεγίστας δεδωκώς. Xenoph. Anab. 1, 2, 26: πίστεις ἔλαβε.

ἐλπίσας ὅτι. Perraro Attici post verba ἐλπίζεν, νομίζειν, δοκεῖν, φάναι, meram cogitantis persuasionem significantia, ὅτι particulam inferunt. V. Kr. Gr. § 65, 1 ann. 4. Paulo saepius οἱ κοινοί. Sic ἐλπίζεν ὅτι Dio Cass. 51, 10, νομίζειν ὅτι 54, 9. 71, 6, δοκεῖν ὅτι 54, 1, φάναι ὅτι Diod. 12, 39, Dion. Arch. 9, 57; pariter δόξα ὅτι App. b. c. 3, 93. 5, 142.

ὅτι μέγα ὄνομα τὸ αὐτοῦ. Germanice ad verbum haec reddere licet: dass als grosser Name der seinige. Itaque articulum ante ὄνομα addere dubitavi.

8. οἷα γάρ. Caussae his verbis enarrantur quibus moti tam arrogantur responderint. Raphaelius. Ceterum similiter οἷα δέ 2, 4, 7, quum scriptor ceteris locis δὴ addiderit. Cf. ad 1, 3, 4. Neque de mendo cogitandum est. Sic ipsum illud οἷα δέ apud Appian. Mithr. 78 et saepius; solum οἷα ih. 85: εἶδε τοὺς πολεμίους ὑπὸ τῆς διωξέως, οἷα νικῶντας, ἐς πολλὰ διεσκηδασμένους. 86: πλοῦτος διηρηπάξτε πολὺς, οἷα πόλεως νεοκατασκευοῦ φιλοτίμως συνψικισμένης.

ὁ οὐρανὸς αὐτοῖς ἐμπέσοι. Ter. Heaut. 4, 3, 41: quid si nunc coelum ruat.

ἐπειπών. Sic etiam 6, 13, 5 alii ὑπειπεῖν. Adde 7, 14, 6. Ὑπειπεῖν est praefari. V. Schaefer. ad Dem. II p. 98 et IV p. 52 et Kr. ad Thuc. 1, 35, 4.

C. 5.

1. Αὐτός. Sic Arrianus saepe hoc pronomine nulla adversandi notione praecipue de Alexandro utitur, ut sit nostrum Er paulo significantius pronunciatum. Cf. Gr. § 51, 5 an. 4.

Παιόνων. Haec gens late patebat; decem ejus populos ex Herod. 5, 15 s. et Thuc. 2, 96 cognovimus. Cf. Gattereri Comment. de Herodoti et Thuc. Thracia § 43 ss. Appian. Illyr. 14: οἱ Παιόνες εἰσιν ἔθνος μέγα παρὰ τὸν Ἰστρον ἐπιμικτες ἐξ Ἰαπόδων ἐπὶ Σαρδάνους, Παιόνες μὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λεγόμενοι καὶ Ῥωμαῖστί Παννόσιοι. Strabo 7, 5 p. 313: μέση (τοῦ Ἀδρίου καὶ τοῦ Πόντου) ἡ Παιονία καὶ αὐτὴ πᾶσα ὑψηλή. Horum non constat quinam hac aetate uni regi parentes, graves Macedonibus accolae, sub Ol. 106, 1 a Philippo subacti erant auctore Diod. 16, 22 cl. 2. 4 et Demosth. Ol. 1 § 23 p. 15: τὸν γε Παιόνα καὶ τὸν Ἰλλυριὸν καὶ ἀπλῶς τούτους ἅπαντας ἠγείσθαι χρὴ αὐτονομίους ἥδιον ἢν καὶ ἐλευθέρους ἢ δούλους εἶναι. Nunc Alexandrum expertum videmus quod Demosthenem praedixisse legitimus. Ceterum cf. Dion. C. 49, 36.

Βαρδύλειω. Βάρδουλις Illyriorum rex memoratur a Diod. 16, 4. Cf. Cic. off. 2, 11 ex Theopompo. Aliter nomen scribitur apud Plut. Pyrrh. 9: Βιρχένναν τὴν Βαρδύλλιος τοῦ Ἰλλυριῶν (βασιλέως). Plura suppeditabit Freinshem. Suppl. Curt. 1, 12, 12 s. et ind. s. v.

τῶν Ταυλαντίων. Thuc. 1, 24: Ἐπίδαμος (Dyrrhachium, Durazzo) ἐστὶ πόλις ἐν δεξιῇ ἐκπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον· προσοικοῦσι δ' αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυριζὸν ἔθνος. Appian. Illyr. 24: ἐπὶ Σαλαμάτας μετῆτι, γένος ἕτερον Ἰλλυριῶν, Ταυλαντίους ὄμορον. Cf. Mannert. T. 7 p. 387 s.

οἱ δὲ quidam vero, alii vero nunciorum, non iidem qui de Clitio et Glaucia nunciarant. *Raphelius.*

Ἀνταριάτας. Ἀνταριάς dicit Appian. Illyr. 4. Strabo 7, 5 p. 318: Βέσσοι δὲ ὑπὲρ τὸ πλεόν τοῦ ὄρους νέμονται τοῦ Αἴμου — συνάπτοντες τῇ τε Ῥοδόπῃ καὶ τοῖς Παιόσι καὶ τῶν Ἰλλυριδῶν τοῖς τε Ἀνταριάτας καὶ τοῖς Σαρδανίοις p. 313: ἐφ' ἑκάτερα δ' αὐτῆς (τῆς Παιονίας) ἐπὶ μὲν τὰ Θρακία ἡ Ῥοδόπη, ὄμορον ὑψηλὸν ὄρος μετὰ τὸν Αἴμον, ἐπὶ δὲ θάτερα πρὸς ἄρκτον τὰ Ἰλλυρικά, ἡ τε τῶν Ἀνταριάτων χώρα καὶ ἡ Σαρδανική. Cf. p. 315 s. et 317 s.: Ἀνταριάται τὸ μέγιστον καὶ ἀριστον τῶν Ἰλλυριῶν ἔθνος ἐπῆρξεν. — καταστρεφόμενοι δὲ ποτε οἱ Ἀνταριάται Τριβαλλοῦς, ἀπὸ Ἀργιῶνων μέχρι τοῦ Ἰστροῦ καθήκοντες ἡμερῶν πεντεκαίδεκα ὁδόν, ἐπῆρξαν καὶ τῶν ἄλλων Θρακῶν τε καὶ Ἰλλυριῶν. Cf. Mannert. l. 1. p. 317 ss. 500.

2. **Ἀάγγαρος.** Videtur idem nomen esse quod Livio 31, 28 dicitur Longanus [al. Longarus] Dardanorum rex. Mss. tres bis hoc loco Ἀάγγαρος, sed non etiam optimus. Immo non aliud videtur esse quod memorat Polyaeus. 4, 1, 1, ubi incipit Ἀργαῖος βασιλεὺς Μακεδόνων, Ταυλαντίων Τάλαρος. ubi Ms. Medicaeus primo loco habet Γάλαρος, in posteriore Ταύλαρος transpositis consonantibus A et Γ vel T, quem codex Cantabrigiensis bis praeferat Γάλαρος. *Gronovius.*

οἱ μὲν. Jam assentior Pflugkio ἐπι μὲν emendenti: idem aut ὅσοι suosit Sintenis p. 143.

ἀσπαζόμενος Ἀλέξανδρον δῆλος ἦν complexus amore Alexandrum palam fuerat. *Raphelius.*

τότε. Alterum hic incipit periodi membrum: quod quum interpres neglexerit, ex Graecis duabus periodis unam fecit Latinam. Illud enim δὲ non refertur ad μὲν, sed repetitum est ex superioribus Ἀάγγαρος δὲ. Sic Ind. 25, 5: ὁπότε δὲ — ἤδη δὲ. et 30, 9: τὰ δὲ ἐν ἐν τῆσι συναγοσί, ταῦτα δὲ. Particulam μὲν autem interdum usurpari, licet non sequatur δὲ, exemplis docuit Er. Schmidius ad Act. 3, 21. *Raphelius.* Parum apta contulit.

ὄσους. Hoc quo minus ad ὑπασπισιῶν referas, ut vulgo faciunt, prohibet τὲ particula. Sententia est: cum armigeris iisque quos —. Similiter ante ὄσοι datus reticetur 2, 19, 4. cf. Gr. § 51, 13 an. 5.

ἀμφ' αὐτόν. In uno libro ἐφ' αὐτόν se legisse tradit Gronovius ad 3, 23.

3. ἦγε καὶ ἔφερε τὴν χώραν αὐτῶν. Ἄγειν καὶ φέρειν proverbialis

sermonis figura est, pro eo quod est hostili mori populari et vastare, ab eo deducta quod homines et iumenta bello capta aguntur, sarcinae feruntur. Xenoph. de exped. Cyri 2, 6, 5: *καὶ μάχη τε ἐνίκησε καὶ ἀπὸ τούτου ἔφερε καὶ ἤγεν αὐτούς*. Hist. Gr. 3, 2, 2: *γέρων καὶ ἄγων τὴν Βιθυνίδα*. § 5: *ἤγον καὶ ἔκαιον τὴν Βιθυνίδα*. § 8: *φέρεσθαι καὶ ἄγεσθαι ὑπὸ Θυραίων*. Liv. Dec. 4 lib. 10: Ab hoc proelio Gracchus duxit ad depopulandam Celtiberiam legiones; et quum ferret passim cuncta atque ageret. Ubi observandum quod depopulari dixerat postea dicere ferre atque agere. Idem lib. 8 de Maced. bello: Tum deum fracta pertinacia est, ut ferri agique res suas viderunt. Vide Erasmi Adagia et Stephani Thes. Gr. in *ἀγω*. *Raphelius*.

4. ἀμφὶ τὰ αὐτῶν εἶχον suis rebus occupabantur, suarum rerum satagebant. Sic 4, 2, 5 ἀμφὶ ταῦτα εἶχε haec agebat. *Raphelius*. Cf. § 3 et Kr. ad Xen. An. 5, 2, 26.

5. τὸν Ἐρίγονα. Strabo 7, 7 p. 327: ὁ Ἐρίγων πολλὰ δεξάμενος ῥέματα ἐκ τῶν Ἰλλυρικῶν ὀρῶν καὶ Ἀνγκησιῶν καὶ Βρυγῶν καὶ Λευροσιπῶν καὶ πλείονων εἰς τὸν Ἀξιὸν ἐκδιῶσαι. Cf. Exc. l. 7, 8 p. 330. Liv. 39, 53: (Erigonus) ex Illyrico per Paeoniam fluens in Axium amnem editur. Id. 31, 39: ad Osphagum flumen posuerunt castra --- Erigonum incolae vocant. Strabo Exc. 7, 23 p. 331: οὗ ὁ νῦν ποταμὸς Ῥιγνία καλούμενος Ἐρίγων ἦν καλούμενος. Apud Athen. 2 p. 43 nunc Ἐριγῶνα edidit Schweighaeuserus eaque scriptura vera videtur. Hodie Bistritz. V. Mannert 7 p. 476.

Κύναν. Rectius fortasse Κόνναν. Athen. 13 p. 557, d: *γῆσι Σάτυρος ἐν τῷ περὶ τοῦ βίου αὐτοῦ (Φιλίππου) Ἀσδάταν Ἰλλυρίδα γῆμας ἔσχεν ἐξ αὐτῆς θυγατέρα Κύνναν*. Phot. 92 p. 70: *ἡ δὲ Κυνάνη Φίλιππον μὲν εἶχε πατέρα, ὃν καὶ Ἀλεξάνδρος, ἐκ δὲ μητρὸς Ἐθροδικῆς ἦν, γονὴ δὲ Ἀμύντου, ὃν ἐφθη Ἀλεξάνδρος ἀποκτεῖναι ὅποτε εἰς τὴν Ἀσίαν διέβαιναν*. Quae sine dubio eadem est. Cf. Perizon. ad Aelian. 13, 36 et Wesseling. ad Diod. 19, 52.

ἔς Πέλλιον πόλιν. Valde vacillat in Mstis hoc urbis nomen. Invenio enim praeter vulgatum quoque Πιλήιον gemino πόλιν πόλιν et Πέλλιον πόδα et Πελλίην ac Πήλιον πόλιν, quod retinet optimus: neque aliter habet in versione Facius. Etiam in Supplementis Curtianis Freinshemius probat Pellium, quod Dassaretii oppidum ex Livio 31, 40, quem margini apposuit 1, illic appellat: et merito dices, si inspexeris Ortelii eum praecedentis in hac sententia Thesaurum in eo vocabulo, ubi committit Livium, Arrianum et Stephanum, putatque tres illos eandem innuere urbem. Hoc unum maxime miror vel cur vel unde sibi vindicaverit Freinshemius, ut id oppidum dixerit Eordaico flumini imminens. Certe Arrianus id non dicit neque quisquam alius antiquorum. Et ex Arriani narratione apparet Alexandrum hactenus juxta ripam Erigonis profectum, illic ubi minimo distabant intervallo ab eo deflexisse ad flumen Eordaicum, qui est ipse Apsus: trans quem fluvium videtur sita fuisse urbs Pellium. Et utique potest quis castris alicubi positus sequenti die aggredi urbem aliquot stadia inde distantem. Et tale quid hic accidisse manifestum est ex hac ipsa narratione, ubi dicitur sequenti die nil aliud nisi oppidanos compulsos in urbem coactos relinquere circumjecta in agris castella ex quibus eos tunc ejecerit Alexander. *Gronovius*. Stephanus in v.: *ἔστι δὲ καὶ Πήλιον Ἰλλυρίας πόλις* [lege πόλις cum Holstenio], *ἧς μάλιστα Κουάδρατος, τὸ ἐθνικὸν Πηληνός*. Fortasse igitur etiam apud Arrianum *παροξυτόνως* scribendum est. Ceterum mireris Mannertum l. 1 p. 436.

ἔς Πέλλιον πόλιν ἐσιτέλλετο ad Pellium urbem contendebat. *Raphelius*.

τῷ Ἐορδαϊκῷ. Ἐορδοῦς memorant Herod. 7, 185 et Thuc. 2, 99, 4: *ἀνίστησαν οἱ Μακεδόνες καὶ ἐκ τῆς νῦν Ἐορδίας καλουμένης Ἐορδοῦς*. Per terram eorum ferebat via Egnatia, quae (ἀπὸ) Ἡυλῶνος, τόπου οὐκ ἔσσης ἐν τῇ οὐδ' εἴη τε Ἰλλυρίδα καὶ τὴν Μακεδονίαν, ἐκείθεν ἐστὶ παρὰ Βαρδούνηα διὰ

Ἡρακλείας καὶ Λυγκησιῶν καὶ Εὐρῶν εἰς Ἐδεσσαν καὶ Πέλλαν μέχρι Λαυδικείας. Strabo 7, 7 p. 323. Ab eodem p. 326 hoc ordine enumerantur *Λυγκησταί τε καὶ ἡ Λευριόπος καὶ ἡ τριπολίτις Πελαγονία καὶ Εὐρῶοι καὶ Ελίμεια*. Non procul ab Erigone amne Eordaeam incepisse atque ad Elimeam pertinuisse docent Arrian. 1, 7, 5 et Liv. 31, 39 s. Cf. 45, 53 et 45, 30: Quartam regionem Eordaei et Lyncestae et Pelagones incolunt: juncta his Atintania et Stymphalis et Elimiotis. Frigida haec omnis duraque cultu et aspera plaga est: cultorum quoque ingenia terrae similia habet. Ferociores eos et accolae barbari faciunt, nunc bello exercentes, nunc in pace miscentes ritus suos. cf. Polyb. 18, 6, 3. Itaque mirum non est ex his regionibus oriundos complures Alexandri custodes corporis fuisse. V. 6, 28, 4. Eordaicum annum in Eordaica terra quaerendum esse manifestum est.

6. τὰ κύκλω τῆς πόλεως ὄρη. Sic § 9: τὰ κύκλω ὄρη τοῦ πεδίου.

7. γενομένων. Subintelligitur *Ἀλέξανδρον καὶ τῶν πολέμιων. Γρονοπίου*. Sed neque repudiandum est *γενόμενοι* sc. *Ἀλέξανδρος καὶ οἱ πολέμοι*. Quod vero sequitur verbum *ἐξέλιπον* ad solos hostes refertur. *Raphelius. Γενομένων* legendum et *Μακεδόνων* subaudiendum esse admonuit Sintenis in censura praefat. T. 1 p. VII laudata p. 363. Nam Macedones soli appropinquabant, hostes loco non movebantur.

ἐς χεῖρας. Cf. interpr. Thuc. 5, 72, 3.

καίτοι καριτερὰ ὄντα. Sic horum temporum scriptores saepe *καίτοι* ea structura usurpant quae apud Atticos *καίπερ* particulae propria est. Sic aliquoties jam Strabo, veluti 1, 2 p. 37: *οὐδ' Ἀλκαῖος, καίτοι γῆσας ἀγίχθαι καὶ αὐτὸς εἰς Αἴγυπτον*. Adde 1, 3 p. 54. 2, 1 p. 70. 17, 1 p. 812. *Καίπερ* Arrianus cum finito tempore non dixit, cuius rationis exempla apud Atticos certe rarissima sunt. Cf. Kr. Gr. § 56, 13 an. 2

9. ὅσους. Ὅσος et οἶος relativa quodammodo adjectivorum vim adipiscuntur, ut ὅσος propemodum idem sit quod *ικανός*. V. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 2, 3, 13 ed. min. Nec aliter intelligendum puto Dionys Perieg. 1094 ss.: *κείνους τοι πολέων ἀποτίθενται ἔθνεα γωτῶν — Σατραπίδας θ' ὅσους τε παρὰ πινχί Παρνησίω*. Dubito an *εἶναι* subaudiendum sit 3, 29, 4: *εἰ μακρόθεν μειοῦεν ὅσα ἐς γεμύρωσιν τοῦ πόρου*. 6, 17, 3: *παραγγείλας παρασκευάζειν ὅσα ἐς υποδοχὴν τῆ στρατιᾶς*. et iis locis quibus ἄλλα additur 1, 22, 2. 2, 19, 1. 4, 28, 7. 6, 28, 1. coll. 7, 19, 4: *τῶν δὲ ἄλλων ὅσα ἐς ναυπηγίαν ἀπόρωσ ἔχειν τὴν γῆν ταύτην*. Cf. Kr. Gr. § 62, 1 an. 4.

τὰ κύκλω ὄρη τοῦ πεδίου montes urbi circumjecti. *Raphelius* in ind. Cf. Lex. Xen. in *κύκλος*.

11. οἱ ἐν τῇ πόλει κατειλημμένοι in urbe conclusi. In hac enim significatione intercludendi et cohibendi citat verbum *καταλαμβάνειν* Budaevus Comment. Gr. ling. p. 777 ex Aristot. Probl. Sect. 2 probl. 40: *τοῦ δὲ χειμῶνος πεπικνωμένων ἐκτὸς τῶν σωμάτων πολὺ κατειλημμένον τὸ τῆς γῆσως θερμὸν εἰς πνεῦμα οὐ διαλύει τὸ ὄχρον*. Et rursus: *ἀλλ' ἐντὸς κατειλημμένον τὸ θερμὸν καὶ μείνον διαλύει τὰ ἐν ἡμῖν ὄχρα*. Posset etiam fortasse deduci a *κατελλομαι*. *Raphelius*. Videlicet si *κατειλημμένοι* legatur.

12. τῇ μὲν πρὸς τοῦ π. ἁ., τῇ δὲ ὄρος ὕ. ἦν. Sic passim Graeci ex participio in finitum tempus transeunt, saepissime Herodotus, veluti 6, 19: *ἐκρήσθη ἐπίκουρον χρηστήριον, τὸ μὲν ἐς αὐτοὺς τοὺς Ἀργείους φέρον, τὴν δὲ παρηνθήκην ἔχρυσεν ἐς Μιλήσιους*. Cf. infra 3, 23, 5.

ἐπὶ τεσσάρων quaternis. Per *ἐπὶ* cum genitivo numeralia distributiva exprimuntur. Sic *ἐπὶ μίᾳς νεῶς ἐξέπλεον* singulae naves egrediebantur 2, 21, 9. *ἐπὶ τριῶν ἐς βάθος τεχθῆναι* Ind. 24, 6. Idem Arrianus in descriptione aciei contra Alanos init. *ἐπὶ δυοῖν τεταγμένους* binos collocatos. et Tact. c. 25: *εἰ ἐπὶ δέκα κατὰ μέτωπον τεταγμένοι εἰεν καὶ ἐπὶ πέντε εἰς τὸ βάθος*. Eodem sensu *ἐπὶ* quoque cum accusativo construitur Tact. c. 26: *ἡ ἐφ' ἑνα ἐπὶ μετώπου ἀβαθῆς τάξις*. Curtius de angustiis Cj-

liciae ait 3, 4, 12: Iter vix quaternos capiebat armatos. *Raphelius*. Cf. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 5, 2, 6.

ἀσπίδων. Ἀσπίς clypeus pro clypeato. Xenoph [Hell. 6, 4, 12]: οἱ δὲ Θηβαῖοι οὐκ ἔλαττον ἢ ἐπὶ πεντήκοντα ἀσπίδων συνεστραμμένοι ἦσαν. *Raphelius*. Cf. Kr. ann. ad Xen. Anab. 1, 7, 10.

C. 6.

σιγῇ — δεχομένους. Arrian. Tact. 31 p. 725: οὐδὲν ὡσαύτως ἀγαθὸν ἐν τε πορείαις καὶ ἐν μάχαις ὡς σιγὴ τοῦ παντός στρατεύματος. — οὕτω γὰρ οἱ μὲν ἡγεμόνες ὀξέως παραγγελοῦσαν αὐτά, ἢ δὲ στρατιὰ ὀξέως δέξεται τὰ ἐνδοδόμνα. Cf. Thuc. 2, 89, 7.

ὀξέως prompte. Kr. ad Thuc. 2, 11, 6. cf. infra 3, 9, 8.

ἀπὸ ξυνομήματος. De locutione v. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 2, 5, 32. Apud Romanos vexillo erecto signum concurrenti dabatur. V. Ammian. 27, 10, 9. 12 et interpr. ad Caes. b. g. 2, 20 ac Lips. de mil. Rom. 4, 12. Dionysius Arch. 6, 93 de ea re dixit τὰ σημεῖα ἤρθη τῆς μάχης. Eademque formula legitur ubi de Graecis rebus sermo est, veluti apud Thuc. 1, 49, 1. Proelio finito τὰ σημεῖα κατεπάσθη ib. 1, 63, 2. Nec aliter Macedones. Plut. Philop. 6: εἰροῦ δ' αὐτοῖς ἐφεδρῶν ἠσυχίαν ἔχειν ἄχρις ἂν ἀπὸ θατέρου κέρως ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀρθῆ γυνικίς ὑπὲρ σαρίσσης διατεταμένη. Cf. Lips. l. l. Neque vero tantum pugnae vel committendae vel finiendae signa ita data esse docet Xenoph. Cyrop. 7, 1, 23: ἤρε τοῖς κέρασι σημεῖον μηκέτι ἄνω πορεύεσθαι.

2. ἐσήμανεν. Sunt qui in aoristo jota subseribi velint, ἐσήμανεν, sed perperam. Quum enim aoristus a ex futuro α formetur, futurum autem σημανῶ τῷ ἴδιω destituatur, id quod ipsum non habet in aoristum transferre non potest. Ita Er. Schmid. ad Matth. 15, 37. *Raphelius*. Dedi eam formam qua Arrianus in Anabasi semper usus est, locis minimum decem.

ἐς προβολήν. Προβολή hic ea significatione dictum qua προβάλλεσθαι apud Xenoph. Anab. 1, 2, 17: προβαλλόμενοι τὰ ὄπλα ἐπήσαν, ubi cf. quae annotavi. Arrian. Tact. 43 p. 95: κοντοῦς τὰ μὲν πρώτα ὀρθοῦς ὡς ἐς προβολήν (mox faciendam) γέροντες ἐπελαύνουσαν. Adde Plut. Aem. Paul. 19. De hastis proprie etiam καθίναται dicitur. Arrian. Tact. 32 p. 73: τὰ παραγγέλματα δὲ ἔστω τοιάδε — ἄνω τὰ δόρατα, κάτω τὰ δόρατα. Cf. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 6, 3, 25.

ἐς τὸ δεξιὸν ἐγκλίνας. Arrian. Tact. 21 p. 54: κλίσις ἐστὶν ἢ κατ' ἀνδρα κινήσις. καὶ τῆς κλίσεως ἐπὶ δόρῳ μὲν καλεῖται ἢ ἐς δεξιὰ, ἵνα περὶ τὸ δόρον ἐστὶ τῷ ὀπλίτῃ, ἐπ' ἀσπίδα δὲ ἢ ἐπὶ τὰ λαῖα, ἵνα γέροι τὴν ἀσπίδα. καὶ εἰ μὲν ἀπλῆ κλίσις, ἐς τὰ πλάγια μόνον παράγει τὴν ὄψιν, εἰ δὲ διπλῆ γένοιτο, ἀποσιγῆμ τὴν ὄψιν ἐς τὸ κατόπιον τοῦ ὀπλίτου· τοῦτο δὲ ἤδη ἢ μεταβολὴ καλεῖται. Aelian. Tact. c. 24 addit: ὅπερ γίνεται εὐχρηστον πρὸς τὰς ἐκ τῶν πλαγιῶν ἐπιφανείας τῶν πολεμίων ὑπεκρεάσεως χάριν ἢ ἀντιπορείας καὶ ἐτέρων χρεῶν, Alexander nimirum id agbat ut hostibus ostenderet, undecunque aggredirentur, sibi nihil metuendum esse.


τῶν δοράτων τὴν σύγκλεισιν hastarum conclusionem, hastas concertas sive confertas. Quod quale fuerit in Macedonica phalango Aelianus exponit toto cap. 13. Eos nempe qui in prima acie stabant singulos senae hastae ita confertim tuebantur et quasi obsepiebant atque includebant, ut ea merito dicatur τῶν δοράτων σύγκλεισις. Operae pretium est ex ipso Aeliano haec accuratius cognoscere. *Raphelius*. Aelianum locum c. 14, Latine conversum addidit: sed praestat Graeca verba adscribere: ἢ Μακεδονικὴ γάλαξ τῶς πολεμίοις ἀνυπόστατος ἐθόκει διὰ τὴν ἐν ταῖς τάξεσι κατασκευὴν. ὁ γὰρ ἀνήρ ἵσταται σὺν τοῖς ὀπλοῖς κατὰ τὰς ἐναγωνίους πυκνώσεις ἐν πύξει δύο (ἐν τρισὶ ποσὶ Polyb. 18, 12)· τὸ δὲ τῶν σαρισῶν μέγεθος

ἔσι κατὰ μὲν τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν ἑκατάδεκα πηχῶν, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν δέκα τεσσάρων· τοῦτων δὲ δύο πῆχεις (τοὺς τέσσαρας, Polyb. et qui sarissas sedecim πήχειν fuisse tradit Arrian. tact. 12 p. 36. ubi cf. Blancardum) ἐγκαταρτίται τὸ μεταξὺ τῶν χειρῶν διάστημα [κατὰ τὸ κατόπιν σχῆμα addit Polyb.] τῆς προβολῆς, αἱ δὲ λοιπαὶ δέκα δύο [δέκα Polyb.] πῆχεις προσιπτοισὶ πρὸ τῶν σωματίων· ἐκ τούτων οἱ ἐν τῷ δευτέρῳ ζυγῷ πῆχεις δέκα, οἱ δὲ ἐν τῷ τρίτῳ ζυγῷ ὑπεραίρουσιν τοὺς πρωτοστάτας πῆχεις ἡ', οἱ δὲ ἐν τῷ δ' ἕξ, οἱ δὲ ἐν τῷ ε' πῆχεις δ' [δύο Polyb.], οἱ δὲ ἐν τῷ ε' β'. καὶ πάντες οἱ κατόπιν οὐκ ἔχουσι τὰς σαρίσσας τῶν τοῦ πρώτου ζυγοῦ ὑπερέχουσας. διὸ καὶ καθ' ἕναστων τῶν ἐν τῷ πρώτῳ ζυγῷ τεταγμένων σαρίσσαι ε', ἡ' καὶ ε' προβεβλημῆναι οἷαν εἰκὸς ὄψιν πολεμίοις περιέχουσι καὶ ἰσχυρὸν δὲ τοῦ ἀνδρός ε' ἡ' καὶ ε' [σαρίσσαις] περιεγραμμένον, ὅπερ ἔστι σκοπεῖν. καὶ οἱ μετὰ τὸν ε' ζυγόν, κἂν μὴ ταῖς σαρίσσαις ἐνεργῶσι, τῷ βάρει τῶν σωματίων ἐπιβρῶθοντες ἰσχυροτέρων ποιοῦσι τὴν δύναμιν καὶ τοῖς πρωτοστάταις ἀνέλπιστον γενεῖν. ἔνοι οὗ δὲ καὶ τὰ τῶν ὀπίσω ὀπλιτῶν δόρατα μακρότερα τῶν ἐμπροσθεν κατεσκευάσαν, ἵνα καὶ οἱ μέχρι τρίτου ζυγοῦ ἢ τετάρτου τεταγμένοι τὰς αἰχμὰς ἐξ ἴσου τοῖς ἀντιπαρατεταγμένοις ἐπιφέρωσιν. Polybius addit: ὅσοι πέμπτον ζυγὸν ὑπεραίρουσι ταῖς μὲν σαρίσσαις οὐδὲν οἰοί τ' εἰσὶ συμβαλέσθαι πρὸς τὸν κίνδυνον, διόπερ οὐδὲ ποιοῦνται κατ' ἀνδρα τὴν προβολήν· παρὰ δὲ τοὺς ὤμους τῶν προηγουμένων ἀνακινουμένης φέρουσι χάριν τοῦ τὸν κατὰ χορυφὴν τόπον ἀσφαλίζειν τῆς ἐκτάξεως, ἐργουσῶν τῇ πυκνώσει τῶν σαρισσῶν ὅσα τῶν βελῶν ὑπερτετῆ τῶν πρωτοστατῶν φερόμενα δύναται προσσιπτεῖν πρὸς τοὺς ἐγεσιώτας. Adde Curt. 3, 2, 13 ibique Freinshem.

καὶ αὐτὴν δέ. Particulae καὶ — δέ amplius et majus quid adiungunt. Neque αὐτὴν erat negligendum [interpreti Latino]. Sententia est: non hastas tantum inflexas modo dextrorsum, modo sinistrorsum [scilicet sic vulgo antecedentia intelligunt], sed ipsam etiam phalangem mox in dextrum magis, mox in sinistrum cornu ab Alexandro tractuctam. *Raphelius*. Immo παράγειν hic eodem modo accipiendum videtur quo 2, 8, 2, ut ad παράγειν jam non τὴν μάλαγγα, sed στρατιώτας cogitandum sit: er liess Soldaten rechts und links aufmarschiren, quod Xenoph. Anab. 3, 4, 14 dixit: τὰς δὲ (τῶν τάξεων) εἰς τὰ πλάγια παραγαγῶν. ubi cf. Kr. ann. Neque enim cogitandum est de παραγωγῇ quam proprie dicunt tactici, quae in itineribus locum habet. V. Arrian. Tact. p. 65 s. et Aelian. c. 36.

3. ἔμβολον ποιήσας τῆς μάλαγγος. Ἐμβολος proprie est cuneus qui partem imam habens latissimam paulatim arctius coit, ad ultimum fere fit acuminatus. Hoc loco est acies cuneata sive in cunei formam directa, cujus ea est descriptio ut tergum quam latissime extendatur, quo vero ordines quique propius a fronte absunt, hoc paucioribus constant militibus, donec ipsa frons equestris quidem cunei in unum, pedestris vero minimum in tres armatos desinat Aelian. 40. [39.] 47, ubi hoc exhibetur schema: ἔμβολος, πεζικὴ μάλαγξ, Cuneus, Phalanx peditum.

στόμα



In similem formam etiam classem a Romanis constitutam narrat Polyb. 1, 26 sub fin. *Raphelius*. Arrian. Tact. 16 p. 44: Ταῖς ἐμβολοειδέσι τάξεσι Σκύνθας κεχερῆσθαι μάλιστα ἀκούομεν καὶ Θράκας ἀπὸ Σκυνθῶν μαθόντας. Φίλιππος δὲ ὁ Μακεδῶν καὶ Μακεδόνας ταύτη τῇ τάξει χρῆσθαι ἐπέσηκσεν. ἀφ' ἑλμιμος δὲ καὶ αὐτῆ δοκεῖ ἡ τάξις, ὅτι ἐν κύκλῳ οἱ ἡγεμόνες τεταγμένοι εἰσὶ (quod cur utile sit docent loci ad Xenoph. Anab. 4, 8. 12 adscripti et Memor. 3, 1, 8)

καὶ τὸ μίτωπον ἐς ὄψιν ἀπολήγον εὐπετώσ πᾶσαν τάξιν πολεμίων διακόπτειν παρέχει καὶ τὰς ἐπιστροφάς τε καὶ ἀναστροφάς ὀξείας ποιῆσθαι διδάσκει. A Philippi inventum tradit Aelian. 39. Ceterum nostro loco quum oion ἔμβολον dicatur, ut ὡσπερ ἔμβολον 3, 14, 2, non ipsum ἔμβολον, sed tantum ἔμβολοειδὲς σχῆμα fuisse significatur.

4. ἐπαλαλάξαι. Cf. 5, 10, 3 et Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 1, 8, 18.

πρὸς τὰς ἀσπίδας. Pro vocula πρὸς unus ex Mss. habebat καί, sed optimus utramque ignorabat. Et sane sic Polyb. 15, 12: συμφορήσαντες τοῖς δόρασι τοὺς θυρεοὺς. et 11, 28: συνειρόγησαν ταῖς μαχαίραις τοὺς θυρεοὺς. Lucianus solet dicere τὰ εἶρη vel τὰ δόρατα κρούειν πρὸς τὰς ἀσπίδας. Diod. Sic. 1, 67: τοῖς κοντοῖς τὰς ἀσπίδας πατάσσειν. Gronovius. Licet voculam πρὸς codex optimus teste Gronovio ignoret, quin tamen ea satis deceat hanc loquendi formam dubitare per Xenophontem non licet de exped. Cyri 1, 8, 18: ταῖς ἀσπίσι πρὸς τὰ δόρατα ἐδοῦθησαν. Rapphelius. Πρὸς etiam Schneiderus restitutum voluit nec posse abesse manifestum est. De re cf. Diod. 17, 58: κατὰ τὰς τοῦ βασιλέως παραγγελίας ταῖς σαρῖσσαις πάντων τοιπόντων τὰς ἀσπίδας. Videlicet ut hostibus terrorem incuterent. Adde Plut. Eum. 14, Dion. C. 36, 32. 47, 43, Curt. 10, 6, 12. 7, 14, Polyb. 1, 34, 2 et interpr. ad Ammian. Marc. 14, 2, 17 cl. 25, 3, 10.

5. εἰνάς. Ne quis τινά necessario requiri dicat, quoniam οὐ πολλοὶ sequatur, meminisse oportet τινάς non esse nonnullos, sed aliquos. Plut. Phaed. p. 58, d: παρήσαν ἄνεις καὶ πολλοί, ubi cf. Heindorf. Similia infra 1, 7, 8.

παρ' ὃν αὐτῷ ἢ πάροδος ἐγίγνετο per [immo praeter] quem ipsi transitus erat, qua ipsi erat transeundum. Sic 1, 1, 6. Rapphelius.

ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐπὶ τοὺς ὕππους. Ἐπὶ τὸν ποταμόν verba quam inepta sint manifestum est. Orta videntur eo quod librarii oculi ad illa διαβαίνειν τὸν ποταμὸν aberraverint: quod mendorum genus frequentissimum.

τοῖς σωματοφύλαξι. Σωματοφύλακων (τῶν βασιλικῶν 1, 22, 4. 24, 1. 3, 17, 2), quos Curtius corporis custodes interpretatur. summam fuisse dignitatem, fidei summae praemium, docent nomina virorum quos hoc munere ornatos fuisse legimus, docent quae 6, 28, 3 ex Aristobolo traduntur: κατατάξαι δὲ καὶ Πενθέστιαν ἐς τοὺς σωματοφύλακας, ἤδη μὲν ἐγνωκότι σατραπίην καταστήσαι τῆς Περσίδος, ἐθέλοντι δὲ πρὸ τῆς σατραπείας μηδὲ ταύτης τῆς τιμῆς καὶ πίστεως ἀπείρατον εἶναι. Sic etiam alios σωματοφύλακας terris praefectos esse videmus, Balacrum Nicanoris filium 2, 12, 2, Menetem 3, 16, 9. Hinc paucos in eorum numerum receptos fuisse par est, octo quo tempore Alexander ex India revertit. V. 6, 28, 4. Ipsum nomen indicat eorum muneris fuisse quidquid ad regis salutem pertineret. Cf. infra 4, 13, 7, Curt. 8, 6, 21: excitatis custodibus corporis ad salutem regis pertinere quae adferret adfirmat. Itaque ad regiam vel tabernaculum regis praesto erant, operam navaturi si quid incideret. V. infra 4, 8, 9 et Curt. 4, 13, 19: Non tamen quisquam e custodibus corporis intrare tabernaculum audebat. cf. 8, 2, 11 et 9, 6, 4: mos erat principibus amicorum et custodibus corporis excubare ante praetorium quoties regi adversa valetudo incidisset. Exeuntem regem redeuntemque comitabantur. V. infra 7, 11, 2: οὐδὲ τις ἠκολούθησε τῷ βασιλεὶ ἀπαλλακτομένῳ ὅτι μὴ οἱ ἀμυγ' αὐτὸν ἑταῖροι τε καὶ σωματοφύλακες. Non minus stipabant in expeditionem proficiscentem procliantemque. cf. 3, 17, 2. 4, 3, 2. atque qua virtute pugnaverint eo intelligitur quod complures eorum occidisse legimus, Ptolemaeum alterum ad Halicarnassum 1, 22, 7, alterum ad Issum 2, 10, 7. Notandum tamen est σωματοφύλακας interdum latiore significatione pro φύλαξι s. δορυφόροις dici, ut 4, 8, 8 et apud Diodorum passim.

τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἑταίροις. ἑταῖροι, praecipue οἱ περὶ v. ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι proprie dicebantur qui regis gratia et amicitia dignati in sodalium ejus adsciti erant, hinc etiam φίλοι dicti, a Romanis scriptoribus sodales, amici, principes amicorum (Curt. 9, 6, 4) appellati, cohors quaedam regia, quorum et consilio et opera in rebus gravissimis utebatur. Ita ξύλλογον τῶν ἑταίρων, consilium amicorum advocatum videmus 2, 25, 2 cl. 16, 8 et Curt. 6, 8, 1. Comitabantur regem non modo in pugnis (cf. 2, 23, 5), sed etiam aliis temporibus (7, 11, 2. 16, 5. 24, 2). Horum fuerunt corporis custodes (7, 26, 3 cl. 2), principes ducum, alique non pauci qui vel virtute vel consuetudine regi accepti essent. Simile quid apud imperatores Romanos reperias. V. Ael. Spartian. in Adriani v. p. 61 ed. Lugd.: Optimos quosque de senatu in contubernium imperatoriae majestatis adscivit. p. 72: in consilio habuit non amicos suos aut comites solum. De discrimine eorum cf. ind. ad Ammian. in v. comitem.

ἡμίσεας pro ἡμίσις dicit Herodoti exemplo. V. Kr. Gr. v. II § 18, 6 an. 3. De Atticis fallunt grammatici veteres, corruptis scripturis falsi. Cf. Popp. ad Thuc. 8, 64.

6. καταλαβὼν Ἀλέξανδρος. Gronovius ita verti mavult: postquam eum collem Alexander ceperat, cum amicis et Agrianos et sagittarios, omnes ad duo millia, accessit, distinctione posita post γήλογον et dein σὺν τοῖς ἑταίροις τοὺς τε Ἀγριῶνας. Kephelius. Quod Gronovius quaerit: „quare magis cum amicis quam cum σωματογύλαξι, quos prorsus ante dixit cum ἑταίροις et ipso Alexandro impetum illuc fecisse?“ σωματογύλακες hic quamquam non memorati, tamen intelligi possunt, quum ipsi quoque τῶν ἑταίρων fuerint. v. ad § 5. Nec verum est quod idem Gronovius arbitratus est regiam amicorum cohortem nunquam simpliciter ἑταίρους dictos esse. V. 7, 11, 4. 15, 1 al. Itaque nihil obstat quo minus verba ea ratione jungamus quam ipse sermonis tenor exigit.

τὰς τάξεις τῶν Μακεδόνων i. e. τοὺς πεζεταίρους. Cf. 4, 23, 1. 6, 21, 3: τῶν πεζεταίρων καλουμένων τὰς τάξεις. 5, 22, 6: τὰς τῶν πεζεταίρων τάξεις. Adde 2, 23, 2. 6, 6, 1. Memorantur tamen etiam ψυλῶν τάξεις 6, 8, 2. Τῶν πεζεταίρων τάξεις sive γάλαγγας ad Granicum sex fuisse legitimus, Ferdiccae, Coeni, Crateri, Amyntae, Philippi, Meleagri 1, 14, 2; ad Issum pro Philippo Ptolemaeus nominatur 2, 8, 4. Crateri τάξεις quancquam non memorata, tamen intelligenda est. Aperte rursus sex ad Gaugamela iidem praefectorum nominibus recensentur 3, 11, 9 s., nisi quod pro Ptolemaeo, ad Issum occiso, qui ei successus erat Polysperchon nominatur. Quot militum apud Macedonas singulae τάξεις fuerint nusquam aperte traditum reperio; sed conjectura videtur probari posse. Λόχον sedecim militum fuisse ex 7, 23, 4 apparet. Cf. Aelian. Tact. 4: ὁ λόχος ἐστὶν ἀριθμὸς ἀνδρῶν ἀπὸ πινος ἡγουμένου καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ ὀπισθεν ἐπομένων μέχρι τοῦ τελευταίου. — ἔστω δὲ νῦν ἑκατὶδεκα ἀνδρῶν ὁ λόχος' ἑξυμέτρως γὰρ ἔχει πρὸς τε τὸ μήκος τῆς γάλαγγος καὶ ἐὰν διὰ τινος χρείας διπλασιασθήται, Cf. Arrian. Tact. 5 p. 18 ss. Duo autem et triginta λόχοι πεντακοσιάρχϊαν efficiebant, Arrian. Tact. 10 p. 30: τὰ δὲ δύο συντάγματα γίνεται ἀνδρῶν δώδεκα καὶ πεντακοσίων, λόχων δύο καὶ τριάκοντα, καὶ τούτων ὁ ἡγούμενος πεντακοσιάρχης. Ejusmodi cohortes apud Macedonas fuisse eo intelligitur quod πεντακοσιάρχη memorantur infra 7, 25, 6. Confirmat hoc ceteroquin fide parum digna narrans Curt. 5, 2, 3: (In Satrapene) novem qui fortissimi judicati essent singulis militum millibus praefuturi erant; chiliarchas vocabant: tum primum copiis in hunc numerum distributis; namque antea quingenariae cohortes erant. At χιλιάρχης jam infra 4, 22, 7 memoratur. Videntur autem Macedonum copiae omnes, certe gravis armaturae et equitatus, in eundem numerum distributae fuisse, ut quemadmodum τῶν ὑπασπιστῶν, sic etiam τῶν πεζεταίρων χιλιαρχία fuerint, sed horum, ut facilius discerni possent, πίξεις dicti sint. Comprobat

hoc locus quo duces omnino comprehenduntur 7, 25, 6: παραγγεῖλαι δὲ τοὺς μὲν στρατηγούς διατρίβειν κατὰ τὴν αὐλήν, χιλιάρχους δὲ καὶ πεντακοσιάρχους πρὸ τῶν θυρῶν. cf. Plut. Alex. 76: Τῶν δὲ ἡγεμόνων ἐκέλευε τοὺς μεγίστους διατρίβειν ἐν τῇ αὐλῇ, ταξίαρχους δὲ καὶ πεντακοσιάρχους ἔξω νυκτερεύειν. Accedit quod 1, 22, 4 Addaei τάξεις memoratur et § 7 idem Addaeus χιλιάρχης dicitur.

ἐπ' ἀσπίδα ad clypeum, i. e. ad sinistram, qua clypeum ferebant. Quod in equitibus etiam dicitur ἐφ' ἡνία, ad frena. Aelian. c. 19 sub fin. Vide et Arriani Tact. c. 30 init. p. 32. Ejus contrarium est ἐπὶ δόρυ, ad hastam, i. e. ad dextram. Aelian. c. 25. Freinshemius in Supplem. 1, 12, 30: in adversam ripam delati statim aciem instruerent, laevum cornu, quod a flumine hostibusque propius aberat, in speciem multitudinis quantum possent explicantes. *Raphelius*. Videlicet Freinshemius locum non intellexit. Nihil aliud jussit Alexander nisi ut cum longo agmine amnem vado transissent (ὅτι οὐχ οἶόν τι ἐν μετώπῳ διὰ τοῦ ποταμοῦ ἄγειν τὸν στρατόν 1, 13, 4), illico aciem instruerent eaque ab iis qui primi ad ulteriorem ripam pervenissent in sinistram protenderetur: schildwärts (links aufmarschierend) sich aufzustellen.

7. κατὰ τὰ ὄρη ἀντεπήεσαν versus montes prodierunt [immo: in montibus (ἐκατέρωθεν τῶν ὄρων) contra Macedonas progrediebantur], tanquam eos qui cum Alexandro ultimi discederent invasuri. Freinshemius: universa hostium multitudo iter ad montes adripuit, eo consilio ut transjecta gravi armatura extremum agmen in quo ipse rex transiturus erat adorirentur. *Raphelius*.

ὡς διὰ τοῦ ποταμοῦ ἐπιούσα quasi per flumen adveniens [immo invasura]. Optime in Supplem. 1, 12, 29 Freinshemius: simul phalaux sublato clamore, quasi iterum transmissio amne subsidio suis itura, metum incussit hosti. *Raphelius*.

ἐν τούτῳ interea, dum hostes fugiebant. *Raphelius*. Similem recentis agminis transitum enarrat Xenoph. Anab. 4, 3, 20 ss.

8. τὰς μηχανάς, καταπέλτας, λιθοβόλους, al. V. J. J. Rambach. ad Potteri Gr. Archaeol. T. 2 p. 207 ss. et scriptores ab eo laudatos.

ἐπισβάντας. ἐπισιάντας conjicit Sintenis p. 143: in medio amne consistere et sagittas conjicere. Sed ita vix satis aptum fuerit ἐπισιάνται; et simile videtur hoc στρατήγημα ei quo Xen. An. 4, 3, 28 usus est. Verba καὶ τούτους cum ἐπτοξεύειν jungo, quod ita ad ἐξικονίζεσθαι refertur.

9. κακῶς ἀλλιζομένους male, i. e. negligenter in castris degere. Freinshemius: nullo ordine in castris degere. *Raphelius*.

ἐς μῆκος. Longitudo aciei vocatur frons sive facies ejus. V. supra c. 2, 4. Eandem inutilem fuisse dicit, quia quo magis extenduntur cornua, hoc rariores fiunt ordines, totaque acies nimio spatio exhausta inutilis est ad sustinendum hostium impetum. Praeterea ne quidem a fronte, sed a latere eos Alexander aggressus est. Τάξεις autem hic intelligenda est non acies in armis stantium, sed in castris degentium ordo. Mox pro ἀποταγμαμένην Vulcanius et Blancardus habent ἀποταγμαμένην. *Raphelius*. Illud legas apud Dem. 18, 37, sed alia vi. Hic ego Vulcanii scripturam praefero.

ὅπῳ νύχτα ἔτι sub noctem jam, cum adhuc nox esset, luce nondum orta. Auget nonnihil sententiam τὸ ἔτι indicatque maturatum Alexandri transitum. Quo sensu ὅπῳ et ἔτι habet Arrianus 2, 22, 2: ὅπ' αὐτὴν τὴν βοήν καὶ τὸν ἐπίπλουον. 1, 6, 10: τοὺς μὲν ἔτι ἐν ταῖς ἐνδαῖς κατέκεινον. *Raphelius*. Thuc. 8, 101, 2: ἔτι πολλῆς νυκτός, cf. Plut. Cam. 41, Luc. 11, Dion. 35.

ἄμα οἱ. Minus Attice. Kr. Gr. § 51, 2 an. 4. Saepius sic Arrianus. cf. 4. 15, 3. 2, 8, 9 et ad 4, 12, 10.

Κοῖνον. Κοῖνον praefert Goettling de acc. p. 197.

10. οἱ δὲ —, hi vero et inexpectati irruentes et phalange adversus cornu (i. e. recta fronte adversus latus), ubi cum infirmissimis illis validissimo impetu conflicturi erant, alios quidem in lectis interficiebant, alios vero fugientes, quos celeriter capiebant. *Raphelius.*

γάλαγγι κατὰ κέρασ. Phalanx hoc loco dicitur acies quae recta fronte in hostem pergil, κέρασ autem hic non est proprie cornu, sed latus universi exercitus. Unde γάλαγγι κατὰ κέρασ ἐπιπίπτειν recta fronte obliquam hostis aciem invadere, antequam se convertere advenientesque adverso corpore excipere queat. Nam quum primum sese flectit acies et pro latere faciem incurrentibus obvertit, jam non amplius cornu, sed phalangis nomine appellatur. Sic infra 5, 16, 4. Et apud Polyb. 4, [2] 30 p. 164 l. 5 a fine: κατὰ κέρασ ἐμβαλεῖν, latus invadere, a latere adoriri. Item 5, 85 p. 594 l. 23. Integra haec loquendi forma. γάλαγγι κατὰ κέρασ reperitur apud Xenoph. Cyrop. 7, 1, 26, apud quem Cyrus a dextro latere cum equitibus transversos hostes aggressus quam primum manus cum iis conserebat. Pedites autem instructi celeriter subsequebantur et circumplectebantur hostes hinc inde, ut multo esset ipsorum conditio melior. γάλαγγι γὰρ κατὰ κέρασ προσβαλλων. Nam cum phalange sua cornu adoriebantur, i. e. ipsi adversi in obliquos ab utroque latere ferebantur. Ad sinistrum vero latus mille pedites totidemque equites post carruchas constituerat 6, 4, 31 ss., ad quos sub ipsum discriminis tempus adequitans Cyrus, ubi vero, inquit, animadverteritis me eos qui ad latus dextrum sunt adoriri, tunc et ipsi vobis oppositos invadite. Μαχίσθε δ', εἴη, πρὸς κέρασ, ὡπερ [ὡσπερ] ἀσθενέστερον στρατεύμα γίνονται, γάλαγγα δ' ἔχοντες, ὡσπερ ἰσχυρότεροι ἂν εἴητε. Pugnabitis enim adversus cornu (sive latus), quo loco imbecillior acies redditur, et in phalangem dispositi estis, ut firmiores sitis 7, 1, 22. Et ut hac occasione varias quae nunc forte occurrunt phalangis notiones congeramus, appellatur hoc nomine Primo universa acies quae in duas partes dividitur, quarum altera pars dimidiata dextrum cornu et caput, altera sinistrum cornu et cauda vocatur. Aelian. Tact. c. 7. [6: διακρίται δὲ ἡ γάλαγγι οὕτως εἰς μὲν ὀλοσχερῆ μέρη δύο, ἀπὸ τῆσ μετώπου διχοτομίας δι' ὅλον τοῦ βάθους. ἂν τὶ μὲν ἡμισυ δεξιὸν καλεῖται κέρασ καὶ μεγάλη, τὸ δὲ λοιπὸν εὐώνυμον λέγεται κέρασ καὶ οὐρά. αὐτῆ (l. αὐτῆ) δὲ ἡ διχοτομία τοῦ μήκους ὀμγαλὸς προσαγορεύεται καὶ στίμα καὶ ἀραρός. Fere eadem Arrian. Tact. 8 p. 25.] Secundo non Macedonum modo peditum stabile agmen, Curt. 3, 2, 13, sed Persarum quoque aliorumque pedestris acies, Arrian. 3, 14, 1. Xenoph. Cyrop. 7, 1, 6, quo Xenophontis loco cornua distinguuntur a phalange, uti et apud Polyb. 5, 82 p. 590 sub finem et c. 85 p. 594 l. 41 a fine: αἱ γάλαγγες ἀμφοτέρων τῶν κεράτων αὐταῖς ἐπιλωμένων ἔμμενον ἀκέραιοι κατὰ μέσον τὸ πεδίον. Phalanges amborum nudatae suis cornibus manebant integrae in medio campo. Tertio pars totius phalangis, Arrian. 3, 9, 6. 5, 20, 3. 21, 5. Quarto copiae singulis ducibus proprie attributae 4, 14, 2. 3. Quinto etiam ipsa cornua, Xenoph. Cyrop. 7, 1, 24: καὶ οὕτω δὲ προσήεσαν τρεῖσ γάλαγγι ἐπὶ τὸ Κόρον στρατεύμα, ἡ μὲν μία κατὰ πρόσωπον, τὴ δὲ δύο ἡ μὲν κατὰ τὸ δεξιὸν, ἡ δὲ κατὰ τὸ εὐώνυμον. Hoc modo tres phalanges adversus Cyri exercitum tendebant, una ex adverso, ex reliquis duabus ad dextrum latus altera, altera ad laevum. Erat autem ea quae ex adverso in hostem pergebat proprie dicta phalanx, reliquae duae phalanges quae dicuntur erant cornua, uti apparet ex 7, 1, 5 ss. Tribuitur vero iis phalangis nomen, quia recta in adversum hostem promovebantur. Sexto

denique δωδεκάτη γάλαγξ duodecima legio ab Arriano in descriptione aciei contra Alanos c. 3 dicitur, uti interpretatur Schefferus. Item c. 6 et 8. *Raphelius*. Quamvis laudabilis sit haec diligentia, tamen justo plures significationes proposuit. Plane ac perspicue, ut solent, Tactici, Aelian. c. 5 s. et Arrian. 7 p. 23 s.: ἐπειδὴν πολλοὶ ἐγεξῆς λόχοι ταχθῶσα συλλοχισμοὺς τὸ τοιοῦθ' ἐκαλεῖται, τὸ δὲ σύμπαν σύνταγμα τοῦ πλήθους [τὸ δὲ ὅλον σύστημα τοῦ πλήθους τῶν λόγων Aelian.] γάλαγξ ὀνομάζεται ἢς μῆκος μὲν τὸ πρῶτον ἂν εἴη ἐκ τῶν λοχαγῶν σύνταγμα, ὅπερ καὶ μέτωπον ἤδη τινὲς ὀνομάζουσιν, ἔσται δὲ ὁ πρόσωπον [καὶ παρατάξις addit Aelian.] καὶ ζυγὸν καὶ σίσμα δὲ [οἱ] ἄλλοι [καὶ ἠγεμόνας καὶ πρωτοστάτας addit idem] καὶ πρωτολοχίαν ἄλλοι. τὸ δὲ κατόπιν τοῦ μετώπου ἅπαν ὃ ἐστὶν ἐπὶ τοῖς οὐραγοῖς βάθος ὀνομάζεται. καὶ τὸ μὲν κατὰ μῆκος ἐπ' εὐθείας εἶναι τοῖς πρωτοστάταις ἢ τοῖς ἐπιστάταις συζυγεῖν καλοῦσι, στοιχεῖν δὲ τὸ κατὰ βάθος τῷ ἐπ' εὐθείας εἶναι τοῖς οὐραγοῖς καὶ λοχαγοῖς. Itaque in tota acie (γάλαγξι) multa ejusmodi συστήματα esse poterant, eaque quatenus per se constabant et suo quodque duci attributum erant, ipsa quoque γάλαγγες dicebantur. Sed dubitari possit utrum verba ἐπιπεσόντες γάλαγγι κατὰ κέρας cum Vulcanio et Raphelio interpretanda sint: recta fronte obliquam hostium aciem adorti, an vero: rectam frontem hostium ipsi longo agmine adorti. Verum priorem rationem praeter ea quae ipse Raphelius protulit confirmat Xenoph. Hell. 6, 5, 16: φοβούμενος μὴ ἐν ὄσῳ πρὸς ἐκείνους πορεύοιτο ἐκ τῆς πόλεως οἱ Μανυνεῖς ἐξελθόντες κατὰ κέρας καὶ ἐκ τῶν ὀπισθεν ἐπιπέσειεν αὐτῷ. Adde Thuc. 3, 78, 1, Polyb. 1, 40, 14 et Plut. Alex. 20. Schmiæderus γάλαγγι κατὰ κέρας conjungit: irruentes adversus latus phalangis.

τοὺς μὲν ἐτι — αἰροῦντες alios in lectis adhuc, alios in fuga, quos celeriter consequabantur, interficiebant. Ita plana et perspicua sunt omnia. Neque hic assentiendum puto Msto illi, quem tantopere laudat Gronovius, praeferenti ἀναιροῦντες, tollentes, interficientes. Nam cum participium per se sententiam non absolvat, sed omnino cum verbo κατέκτεινον sit conjungendum: nescio an satis Graecum sit ἀναιροῦντες κατέκτεινον, occidentes interficiebant; cum alterum κατέκτεινον αἰροῦντες tale sit quale mox sequitur c. 7, 1: ἀπέκτειναν ζυλλάβοντες. Ad haec εὐμαρῶς, facile, haud paulo melius convenire cum αἰροῦντες quam ἀναιροῦντες quemlibet arbitror qui considerare volet intellecturum. *Raphelius*. De ἐτι particula Kr. ad Thuc. 3, 112, 2.

αὐτοῦ in ipso illo loco, oppositum occisis vel captis in fuga. *Gronovius*.

11. μέχρι πρὸς. Raro sic Attici. V. Kr. ad Xen. An. 4, 5, 6. Saepius posteriores: μέχρι ἐπὶ App. praef. 2, 2, Mithr. 68, ἄχρι ἐπὶ Hisp. 8, 102, ἄχρι ὑπὸ Luc. d. m. 27, 4, ἔως ἐπὶ Diod. 12, 2.

ὄσοι δὲ καὶ ἀπέκτεινον quotquot vero tandem effugerunt. neque in fuga capti sunt. Quam emphasin habet ἀπὸ in ἀποπεύγειν. Xenoph. Anab. 1, 4, 8: οὔτε ἀποπεύγασιν ἔχω γὰρ τριήρεις ὥστε εἶλιν τὸ ἐκείνων πλοῖον. et noster 3, 8, 2. 4, 23, 5. *Raphelius*.

ἐς τὴν πόλιν. Pelium, cujus supra 5, 5 fit mentio, intelligi Freinshemius in Supplem. 1, 12, 35 ait, Gronovius negat: utri credendum? Equidem illum ut sequar inclinatur animus et articulo τὴν motus, certam plerumque et notam rem significante, et quod nihil huic sententiae obstare videam. *Raphelius*.

C. 7.

1. τινῶν — ἐκ τῆς πόλεως. Haec conjungenda sunt, quibusdam ex urbe, i. e. quibusdam civibus. Sic [οἱ ἐκ τῆς πόλεως] 1, 5, 10. [οἱ ἐκ τῆς Ἀλικαρνασσοῦ] 1, 20, 9. *Raphelius*.

τῶν τὴν Καδμείαν ἐχόντων qui erant ex illis qui Cadmeam, arcem Thebanorum obtinebant. *Raphelius*. Genitivus ex nomine proprio pendet. Kr. Gr. § 47, 9 an. 1. De re Plut. Demosth. 23: *Θηβαῖοι μὲν ἐπέθεντο τῇ γρουρᾷ καὶ πολλοὺς ἀνείλον, ὅπλα τοῦ Δημοσθένους αὐτοῖς παρασκευάσαντος*. Praesidio praefectus fuit Philotas (Diod. 17, 8), qui quod Wesselingio in Timolai et Amyntae locum videtur suffectus fuisse, Arrianus eos eandem dignitatem obtinuisse non dicit.

ἐλευθερίαν τε — καὶ — ἀπαλλαγῆναι. Kr. Gr. 59, 2 an. 3. De v. προλογεσθαι Kr. ad Thuc. 3, 68, 1. cf. Dio C. 41, 32. 46, 23. 31.

2. τῆς βαρύτητος τῶν Μακεδόνων. Rem illustrat Demades ὁ, τῆς δαδεκ. 13: *Θηβαῖοι μέγιστον εἶχον δεσμόν τὴν τῶν Μακεδόνων γρουρᾷ, ἐφ' ἧς οὐ μόνον τὰς χεῖρας, ἀλλὰ καὶ τὴν παρῆρσιαν ἀφῆρητο*.

ἤδη ποτέ tandem aliquando. *Raphelius*.

ἐς τὸ πλήθος. τῷ δήμῳ, τῷ πλήθει, τοῖς πολλοῖς πιθανώτατος Thuc. 3, 36, 5. 4, 21, 3. 6, 35, ἐν τοῖς πλήθεισιν Plat. Gorg. 457, a.

3. ἐν Ἰλλυριοῖς. Verius, opinor, ἐν Τριβαλλοῖς. Demades ὁ, τῆς δαδεκ. § 17: *Δημοσθένης καὶ Ἀκούργος τῷ μὲν λόγῳ παραιτούμενοι τοὺς Μακεδόνας ἐνίκων ἐν Τριβαλλοῖς, μόνον δ' οὐχ ὄρατον ἐπὶ τοῦ βήματος νεκρὸν τὸν Ἀλέξανδρον προέθηκον, ἐν τῷ δήμῳ δ' ἀλείψαντες λόγους εὐπρεπίου Θηβαίου τοὺς παρόντας φρυγᾶδων θυμοὺς ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐλευθερίας ἠκόνησαν*. Triballos Justinus quoque nominat 11, 2. Athenienses Thebanis arma ministrasse et auxilia decrevisse tradunt Diod. 17, 8 et Plut. Demosth. 23 cl. Alex. 11.

ὅπερ φιλεῖ ἐν τοῖς τοιοῖσδε. Plane ita 6, 26, 1: *καὶ τοὺς ἄλλους στρατιώτας, οἵτιπερ φιλεῖ ἐν τῷ τοιῷδε, κομητοῖς γέρειν τοὺς πόνους*. Addito verbo γίνεσθαι dixit 3, 11, 2. 5, 28, 3. *Ellendtius*. Kr. ad Thuc. 4, 125, 1.

τὰ καθ' ἡθονήν. Kr. ad Thuc. 2, 37, 2. 65, 6. 6, 17, 3.

4. ποιουμένῳ, ἡγοιμένῳ interpretamentum videtur etiam C. Sinteni ad Plut. Them. 10 p. 70. Ipsum γὰρλον ποιῆσθαι rursus legi 1, 25, 8 et 3, 24, 5 admonuit *Ellendtius*.

5. Ἐορδαίαν. V. ad 1, 5, 5.

Ἐλιμιῶτιν. Quamquam apud Ptolemaeum 3, 13 Ἐλυμα oppidum dicitur, plus tamen tribuendum duxi ceterorum scriptorum consensui. V. interpr. ad Thuc. 2, 99. Steph. Byz. in Ἐλλιμια — *Ἀλέξανδρος ἐν Εὐρώπῃ Ἐλιμιῶν γῆσι διὰ μακροῦ τὴν μὲν συλλαβὴν τὴν δ' ἐλίον [fortasse τὴν δὲ λι] διὰ βραχέος. Ἐλιμιῶτις tamen Diod. 17, 57, Ἐλιμιῶτια Strabo 9, 5 p. 434, Ἐλιμία Plut. Aem. 9*. Quamquam quum tantum non semper Ἐλιμια Elimeae scribatur, verius fuerit Ἐλιμιῶτις. De terra ipsa v. ann. ad 1, 5, 5 et Liv. 42, 53: in Elimeam ad Haliae mona fluvium processit.

Στυμφαίας. Στυμφαίους nominat Diod. 17, 57. ubi Wesselingius. In solo Thesprotico, inquit, mons erat Τύμμη, unde Στυμφαῖοι apud Stephanum: qua ex gente cum fuerit Polysperchon, propterea Πολυσπέρχων ὁ Τυμφαῖος Tzetzae in schol. ad Lycophron. Alexand. v. 802. Putares τῶν ὀνομαζομένων Τυμφαίων et hic praestare, nisi si viderentur Τυμφαίους et Στυμφαίους variante dialecto dixisse. Dat certe Τυμφαίαν ex Palmerii, non improbane Gronovio, conjectura Arrianus 1, 7; at in Indic. c. 18: *Ἄταλλον τὸν Ἀνδρομένεω, Στυμφαῖον*. Cf. ad 20, 28.

Παραναϊάς. Παραναῖοι ἔθνος Θεσπρωτικόν. Ῥιανὸς ἐν τετάρτῳ Θεσσαλικῶν.

σὺν δὲ Παραναίοις καὶ ἀμύμονας Ὀμφαλίτας. καλοῦνται δὲ ἀπὸ τοῦ παρὰ τὸν Ἄδον ποταμὸν οἰκοῦσθαι [l. οἰκῆσθαι] cf. ibi Holstenium.

Πελλίαν. In Mss. erat vel πόλιν vel Πελλίαναν vel Πελίαναν vel Πελλίαναν, quod erat in optimo. Pelinnan in Thessalia ex Stephano docuit

Salmasius in Solinianis [p. 607]. Gronovius. Quum apud Livium 36, 10, 13 s. Pellinaeum legatur, dubitavi veram scripturam, fortasse ab ipso Arriano non datam, Πέλιναν vel Πέλιναν, restituere. Nam „tam simplex quam duplex nummi praebent. v. Spanhem. de U. et P. N. Diss. 9 p. 602, Eckhel. D. N. T. 2 p. 146.“ Boeckh. ad Pind. Pyth. 10 p. 331. Steph. Byz. Πέλινα πόλις Θεσσαλίας ἐν τῇ Φθιώτιδι. At Strabo 9, 5 p. 438: ὁ Πηνειὸς — ἐν ἀριστερῇ ἀφίει Τρίκην τε καὶ Πελλινάιον καὶ Φαρκαδόνα γέρεται παρά τε Ἄτρακα καὶ Λάρισσαν. Idem p. 437 Ithomen sitam fuisse tradit μεταξὺ τισσάρων φρουρίων ὡσπερ ἐν τετραπλεύρῳ κειμένων, Τρίκῃς τε καὶ Μητροπόλεως καὶ Πελλινάιου καὶ Γόμφων.

ἐν Ὀγγηστῷ. Strabo 9, 2 p. 412: Ὀγγηστός δ' ἐστίν, ὅπου τὸ Ἀμικτιονικὸν συνήγεται ἐν τῇ Ἀλαρτίᾳ πρὸς τῇ Κοπαϊδί λίμνῃ. Pausan. 9, 26, 3: ἀπὸ τοῦ ὄρους τούτου (ubi Sphinx insederat) πέντε ἀπέχει καὶ δέκα σταδίου πόλεως ἑρέπια Ὀγγηστοῦ. Cf. Mülleri Orchom. p. 71. 482.

6. Ἀλέξανδρον τὸν Ἀεροπόου. Plutarch. lib. 1 de fort. Alex. [3]: πᾶσα δὲ ὑπόπλος ἢ Μακεδὼν πρὸς Ἀμύνταν ἀποβλέπουσα καὶ τοὺς Ἀερόπου παιδῆς. Quia populi pars magna sive rerum novarum cupidine sive Olympiadis exosa crudelitate variis in diversos studiis inclinabat, neque deessent qui Alexandro Aeroπι filio restituendum dicerent imperium: haud alienum videatur, si sub idem tempus eum cum exercitu fuerint suspicati. *Blancardus*

7. τὸ τοῦ Ἰολάου τέμενος. Pausan. 9, 23, 1: Θηβαίους πρὸ τῶν πυλῶν ἐστὶ τῶν Προϊτίδων καὶ τὸ Ἰολάου καλούμενον γυμνάσιον καὶ στάδιον κατὰ ταῦτα τῷ τε ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ τῷ Ἐπιδαυρίῳ γῆς χῶμα. ἐνιαυθὰ δείκνυνται καὶ ἕρῳ Ἰολάου. Prope Ismenum hanc portam fuisse apparet ex Aeschylō ἐπὶ ἔ. Θηβ. 360. Quae Müllerus Orchom. p. 486 tradit mihi non satis certa videntur. Ad gymnasia causa perspicua lubenter castra ponere solebant. V. Xenoph. Hell. 2, 2, 8, 5, 2, 25, Liv. 31. 24.

πρεσβεύσιντο. Conjeceris πρεσβεύσονται. Sed cf. 3, 19, 1: προσμένειν καὶ αὐτὸς ἐν Μήθοις, εἰ δὴ τι νεωτερισθεῖη.

8. ἐνδοσιμόν τι παρυσχεῖν ἐς ξύμβασιν aliquod compositionis invitamentum praebere. *Vulcanius*. Infra 4, 27, 6: οὐδὲν ξυμβατικὸν ἐνεδίδοσαν.

ἔστε ἐπι, ut 8, 3, 14, 3, 15, 1, 27, 6, 28, 3, 3, 23, 1, 4, 9, 4. al. cf. ad 1, 6, 11.

9. τῶν ψιλῶν καὶ τοξοτῶν. Nomi generis subjungitur species, forte quod plurimi essent sagittarii. V. 1, 1, 16. *Raphelius*. Similia notavi in ind. ad Xenoph. Anab. in γυμνήτες et ψιλοί. De ge. Gr. § 47, 15 an. 3.

ἀναστεῖλαι. Kr. ad Xen. An. 3, 4, 23.

τὰς πύλας. Müllero auctore Orchom. p. 486 αἱ Ὠγύγαι πύλαι intellegendae sunt.

ἐπ' Ἐλευθερίας. Pausan. 2 p. 295 sub fin.: ἐς Θήβας ἦγγο τὴν ἐπ' Ἐλευθερίῳ. *Raphelius*. Strabo 9, 2 p. 411 s.: Πλαταιαί, ἃς ἐνικῶς εἶπεν ὁ ποιητής, ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι εἰσι μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Θηβῶν κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν εἰς Ἀθήνας καὶ Μέγαρον ἐπὶ τῶν ὄρων τῶν τῆς Ἀτικῆς καὶ τῆς Μεγαρίδος. εἰσὶ γὰρ Ἐλευθεραὶ πλησίον, ἃς οἱ μὲν τῶν Πλαταιῶν, οἱ δὲ τῆς Βοιωτίας φασίν. Cf. Müller l. l. p. 488 s. Ceterum dubito an Ἐλευθέρας (Aeolica ratione παραξύτονον) restituendum sit. Cf. Kr. ad Thuc. 3, 24, 1 (2).

αὐτοῖς. Falsum esse quod A offert αὐτῶν docent proxima.

§ 10. ἐφρούρουσιν obsidebant. cf. 2, 1, 4, 4, 3, 4, 5, 2 et interpr. ad Thuc. 3, 17, 2.

ἀποτελεῖσαντες. Plut. Pelop. 13: ὁ Πελοπίδας εὐθὺς ἀπειχεῖτο τὴν ἀρχοπολίαν καὶ προσβολὰς ἐποιεῖτο πανταχόθεν, ἐξελείν σπουδάζων τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τὴν Καδμείαν ἑλευθερῶσαι.

τοῖς ἐγκατελιημμένοις, inclusis, obsessis. V. 1, 5, 12. *Raphelius*.

τοὺς σφᾶς ipsos, nempe Thebanos. Gronovio videtur legendum βλάπτειν τι σφᾶς. *Raphelius*. Articulum absurdum esse nemo non videt.

τοῖς Θηβαίοις διὰ φιλίας ἐλθεῖν. Xenoph. Cyrop. [Anab.] 3. 2. 8: εἰ μὲν οὖν βουλευόμεθα πάλιν αὐτοῖς διὰ φιλίας ἵεναι, quodsi ergo rursum amice cum iis agere consilium est. *Raphelius*.

11. εὐρέσθαι. V. Kr. ann. ad Xenoph. An. 2, 1, 8.

ἄλλως τε καὶ praesertim vero. *Raphelius*.

βοιωταρχοῦντες. Βοιωταρχεῖν imperatorem sive praetorem esse Boeotorum. Sic Epaminondam Pausanias narrat capitis accusatum. διότι ἐβοιωτάρχησεν ἐξήκοντος ἤδη τοῦ χρόνου 9, 14, 4. Gesserat vero is quatuor mensibus diutius imperium quam populus jusserat, cum in Peloponnesum exercitum duxisset adversus Lacedaemonios. Cujusmodi Boeotarchos septem fuisse ex eodem colligi posse videtur 9, 13, 3 [cl. Diod. 15, 52. 53]. Scholiastes tamen Thucydidis undecim numero fuisse ait. *Raphelius*. Ille enim ad Thuc. 2, 2, 1: Βοιωταρχοῦντες: οἱ τῶν Βοιωτῶν ἄρχοντες. ἦσαν γὰρ οἱ πάντες ἑνδεκα. quem numerum ex ipso Thucydide duxit, qui 4, 91, 1: τῶν ἄλλων Βοιωταρχῶν, οἱ εἰσιν ἑνδεκα. ubi οἱ non ad τῶν ἄλλων Βοιωταρχῶν, sed ad solum Βοιωταρχῶν referendum esse praesens εἰσιν ostendit, ut omnino undecim, non duodecim Boeotarchae fuerint, quod recte docuit Boeckh. in Corp. Inscr. T. 1 p. 729. Thebanorum fere tantum duos fuisse docet l. 1. 4, 91, 2: Παγώνδας ὁ Αἰολάδου Βοιωταρχῶν ἐκ Θηβῶν μετ' Ἀριανθίδου τοῦ Ἀνοσιμαχίδου. cf. 2, 2, Plut. Pelop. 14. 24 s. Plura de hoc magistratu v. apud Klütz. de foed. Boeot. p. 78 ss. et Boeckh. l. l. p. 726 ss. Munus quando capessiverint docet Plut. Pelop. 24: χειμῶνος μὲν ἦσαν αἱ περὶ τροπᾶς ἀχμαί, μηνὸς δὲ τοῦ τελευταίου φθινοῦτος ὀλίγα περιῆσαν ἡμέραι καὶ τὴν ἀρχὴν ἐδεῖ παραλαμβάνειν ἑτέροισ ἐυθὺς ἰσταμένου τοῦ πρώτου μηνός (ὃν Βουκάτιον ὀνομάζουσι c. 25, fere in Gamelionem Atticorum mensem incidentem). Proinde exsulium qui Boeotarchae erant, non legitimo tempore creatos fuisse videas, quippe vix ante veris exitum reversos. Itaque superiores magistratus ut Macedonibus faventes Thebani magistratu se abdicare coegerant.

C. S.

1. προτεταγμένος τῆς προφυλακῆς. Προτάπεισθαι est quasi praesertim, praestitui, praeponi; unde προτεταγμένος qui in fronte sive prima acie collocatur. Vertendum igitur: Perdicas cum suis copiis constitutus priore loco custodiae castrorum, sive custodiae castrensium. Neque enim Perdicas cum suis copiis dici potest praesidii castrensium praefectus. Cohaerent autem ista: Περδικκας σὺν τῇ αὐτοῦ τάξει, quae male divulsit Vulcanius. Nempe inter excubitores prius stetit Perdicas cum suis, cui Amyntas συντεταγμένος fuisse dicitur 2. Sic 1, 28, 4 et 1, 14, 1: προϊέχθησαν δὲ αὐτῷ τοῦ μὲν δεξιῶ Φιλώτας, Philotam priore loco dextrorsum constituit, et mox: Ἀμύντας δὲ Φιλώτα ἐπιτάχθη, Amyntam Philotae subjunxit. Contraria ergo sunt προϊάσσεσθαι et ἐπιτάσσεσθαι. *Raphelius*.

2. ἰδὼν Ἀλέξανδρος. Exinius ille codex post secundam vocem interponit καὶ διέτας. Gronovius. Quae tamen salva sententia abesse possunt. *Raphelius*. Et debent, scilicet addita ab eo qui non intellexit finale enunciatum ad verba ἐπήγε καὶ τὴν ἄλλην στρατιάν referendum esse.

3. τὰ δὲ ἀγῆματα. Intelligi possunt agema peditum et agema equitum. Sed vellem τὸ δὲ ἀγῆμαί τε propter § 4 et quia nunquam hoc plurali Arrianus utitur. *Schmiederus*. Posterius quidem verum non esse docet

locus 7, 29, 4. Attamen Schmiederi conjecturam comprobavit Sintenis in cens. p. 364, quoniam de equestri agemate hic sermo esse non possit. Sed meminisse oportet ἄγῃμα non de solis Macedonibus dici potuisse. Plut. Aemil. 18: πρῶτοι δ' οἱ Θραῖκες ἐχώρουν —. παρὰ δὲ τοὺς Θραῖκας οἱ Παίονες παρεῖβαλλον — ἐπὶ δὲ τοῦτοις ἄγῃμα τρίτον οἱ λογάδες. Itaque statuere licet unum ἄγῃμα fuisse Phocensium et Boeotorum, quos proelio interfuisse § 8 narratur. Quid quod ipse Arrianus hoc indicare videtur verbis τὸ ἄγῃμα τὸ τῶν Μακεδόνων § 4, quibus, siquidem accurate loquutus est, aliud aliorum ἄγῃμα affuisse significavit. V. Plat. Lach. p. 191, b: τὸ μὲν ἱππικὸν τὸ ἐκείνων οὕτω μάχεται, τὸ δὲ ὀπλιτικὸν τὸ τῶν Ἑλλήνων ὡς ἐγὼ λέγω. Lex apud Demosth. 18, 120 p. 267: ὅσους στεφανοῖσι τινες τῶν δῆμων τὰς ἀναγορεύσεις τῶν στεγάνων ποιῶσθαι ἐν αὐτοῖς ἐκάστους τοῖς ἰδίοις δῆμοις, εἴην μὴ τινὰς ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων ἢ ἡ βουλὴ στεφανοῖ. Videlicet hac ratione utriusque verbo contrarium quid cogitatur, nostro loco v. c. τοὺς φιλοὺς τοὺς τῶν Θρακῶν. Sententia eadem dixisset τὸ τῶν Μακεδόνων ἄγῃμα, solum aliorum ἄγῃμα contrarium cogitandum esse significans. V. psephisma apud Demosth. 18, 186 p. 290: οὐκ ἀλλότριον ἡγεῖται εἶναι ὁ Ἀθηναίων δῆμος τὸν Θηβαίων δῆμον —. ἀντιμνησκαται δὲ καὶ τὰς τῶν προγόνων τῶν ἑαυτοῦ εἰς τοὺς τῶν Θηβαίων προγόνους εὐεργεσίας. Proprie partitivus est genitivus quum dico τῶν Μακεδόνων τὸ ἄγῃμα vel τὸ ἄγῃμα τῶν Μακεδόνων, magis gravi eo verbo quod prius ponitur. cf. Dem. 2, 10 p. 20.

4. ἀναχωροῦσιν. Tertiam pluralis accipit Ellendtius cl. 1, 2, 6, 4, 2, 2, 11, 5, 6, quibus tamen locis ἔστε μὲν cum imperfecti indicativo legitur atque indicativus praeteriti opponitur. Hic autem oppositum est ἐπιστροφῶντων. Itaque ἀναχωροῦσιν participium puto et ἔστε μὲν ἐπὶ τὸ Ἡάκλειον cum ἔπροντο conjungo.

τοὺς ὑπασπιστάς τοὺς βασιλικούς. Hi a ceteris armigeris discernuntur 5, 13, 4: πρῶτους μὲν τοὺς ὑπασπιστάς τοὺς βασιλικούς, ὧν ἡγεῖτο Σέλευκος, ἐπέταξε τῇ ἵππῳ ἐπὶ δὲ τοῦτοις τὸ ἄγῃμα τὸ βασιλικόν ἐχομένους δὲ τούτων τοὺς ἄλλους ὑπασπιστάς. Memorantur 3, 13, 6 et 4, 24, 10: τῶν ὑπασπιστῶν τῶν βασιλικῶν τὸ τρίτον μέρος. Dignitate τῷ ἄγῃματι τῷ βασιλικῷ videntur proximum locum tenuisse, ut ex eo collegeris quod ἄγῃμα passim ceteris ὑπασπιστάς opponitur. V. ad 1, 1, 11. Nihil contra probat quod 5, 13, 4 primi memorantur. Nam omnino armigeri dispositi erant ὡς ἐκάστους αἱ ἡγεμονίαι ξυνέβαινον, de quibus v. ad 1, 14, 6.

5. κὰν τοῦτω Ἀλέξανδρος. Pravos auctores sequuti narrationem corruerunt Diod. 17, 11 ss. et Polyæn. 4, 3, 12.

ἐς τοσοῦδε adeo. 4, 28, 2. *Raphelius* in ind. Adde 6, 15, 6: ἐς τοσοῦδε ἐσπονθασμένους ὥστε —.

Ἐφθῆσαν συγκλιεῖσιν. Eadem structura 1, 19, 11. 3, 18, 10. 6, 15, 6. Tacit. 42, quos locos Ellendtius annotavit. Plerumque Arrianus quoque participio usus est. Cf. Gr. § 56, 5 an. 5.

ἀλλὰ — γάρ. Sic Arrianus sexcenties pro sola ἀλλὰ particula.

γευγόντων, τῶν Θηβαίων, ne quis τῶν γευγόντων requirat.

προφυλακάς. Exhauserant Thebani urbanum praesidium iis copiis quas extra urbem collocatas habebant in vallo arcis circumdato. Quas et initio hujus capituli προφυλακῆν tanquam procubias vocat. *Raphelius*.

6. παρελθόντες. Alii παρελθόντων. Quae hic narratur sine accuratiori urbis Thebarum et arcis Cadmeae cognitione vix satis possunt intelligi. Illud vero ὑπερβάντες nequaquam tanquam supervacaneum negligendum est. Confer 2, 23, 6, ubi per summum murum Alexander ad regiam contendisse dicitur, quod ibi facilius videretur descensus in urbem. *Raphelius*.

Ἄμγεῖον. Morus ad Hist. Gr. Xenoph. 5, 4, 8 legendum censet Ἄμγεῖον, quia nomen γῆρι sit Ἄμγιον. *Schmiederus*. Sed vide ne vere statuat Lobeckius ad Phryn. p. 371 et Paroll. p. 28, talia ad commoditatem loquentium

decurtata esse. De loco ipso Schneiderus ad Xenoph. l. 1: „Brodaeus monumentum sepulchrale Amphionis interpretatur, de quo Pausan. 9, 17. Aeschylus S. c. Theb. 513: πέμπταισι προσταχθέντα βοῤῥείαις πύλαις τύμβον κατ' αὐτὸν διοινοῦς Ἀμφίονος. — Extra moenia σμυνὰ Ἀμφίονος μνήματα collocat Euripides Suppl. 663, ubi Musgrave posuit fuisse ante portam Proetidem.“ Ceterum Schmiederus κατὰ τὸ Ἀμφίον verba vel hic vel § 7 alieno loco esse censet. Mihi non satis liquet.

σὺν τοῖς κατέχουσιν cum iis qui obtinebant sive occupabant. *Raphelius*.

ἐς τὴν ἄλλην πόλιν. Pausan. 9, 5, 1: Κάσμος τὴν πόλιν τὴν καλουμένην ἐν καὶ ἐς ἡμᾶς Καδμείαν ὠκισεν. ἀξηθείσης δὲ ὕστερον τῆς πόλεως οὕτω τὴν Καδμείαν ἀκρόπολιν συνέβη τῶν κάτω γενέσθαι Θηβῶν. et § 3: (Ἀμφίων καὶ Ζῆθος) ὡς ἐβασίλευσαν, τὴν πόλιν τὴν κάτω προσώκισαν τῇ Καδμείᾳ. Idem Corinth. p. 96 l. 8: ἀποκρίνων τὴν κάτω πόλιν ἀπὸ τῆς Καδμείας. Et hanc τὴν κάτω πόλιν Arrianus τὴν ἄλλην appellat. *Raphelius*.

7. διεκπεσόντες διὰ τῆς πόλεως pervadentes per urbem. Sic 3, 13, 6. *Raphelius*. Cf. ad 1, 1, 8.

ἐξέπιπτον egrediebantur, procurrebant. Nihil est quod Gronovius scriptum fuisse suspicatur ἐξίππεον, verbum lexicographis ignotum, cum alterum illud exstet 4, 23, 4. 5, 23, 5 et 6. *Raphelius*.

8. οὐχ οὕτω τι non tam. cf. 5, 21, 3. Paulo aliter 4, 8, 5. De re cf. Diod. 17, 13.

τοὺς μὲν [ἄλλους]. Pro ἄλλους Pflugkius εὐόλους emendat. Mihi πολλούς in mentem venerat. Sed fortasse pro τοὺς μὲν aliquis ἄλλους μὲν adscripserat.

οὐθενὶ κόσμῳ. Kr. ad Thuc. 2, 52, 1.

οὓς δέ. Similiter τὰς μὲν — εἰς ἃς δέ 6, 17, 1. Gr. § 50, 1 an. 5.

ἐς ἄλκῃν τετραμμένους. Kr. ad Thuc. 2, 84, 2.

πρὸς ἱεροῖς ἱκετεύοντας in locis sacris supplices. Ita citantur ex Plutarchi Solone haec: πρὸς ἱεροῖς ζῶντα κακῶς λέγειν ἐκώλυσε saceris in locis in vivum invehī vetuit. *Raphelius*. Thuc. 2, 47, 3: πρὸς ἱεροῖς ἱκέτευσαν. De re Plut. Alex. 11: οἱ δ' ἀποθανόντες ὑπὲρ ἑξακισχιλίου ἦσαν. Eundem numerum tradit Diod. 17, 14, Aeliano V. H. 13, 7 restituit Perizonius. Πολυάνθριον eorum prope portas vidit Pausan. 9, 10, 1. Macedonum Diod. 17, 14 cecidisse tradit πλείους τῶν πεντακοσίων.

C. 9.

1. πάθος τοῦτο Ἑλληνικόν. i. e. τοῦτο ἦν πάθος Ἑλληνικόν ὄπερ. Thuc. 7, 87, 5: ξυνέβη τε ἔργον τοῦτο Ἑλληνικὸν τῶν κατὰ τῶν πόλεμον τόνδε μίγιστον. cf. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 4, 1, 20 et Gr. § 61, 7.

παραλόγῳ. cf. ad § 5.

2. τὰ μὲν γὰρ περὶ Συκελίαν. De hoc bello Siculo sive Syracusano Thucydides l. 6 et 7, et de clade quidem Atheniensium sub finem l. 7. *Raphelius*. Gestae sunt hae res ab Ol. 91, 1 ad 91, 4 in. a. C. n. usque ab a. 415 ad 413. Ceterum huic μὲν respondet Θηβαίους δέ § 6.

πλήθει τῶν ἀπολομένων. Kr. ad Dion. p. 309.

τὸν στρατὸν [καὶ] τὸν πολύν. Possis etiam emendare τὸν στρατὸν καὶ τὸν στόλον.

ἐς ὕστερον. V. Gr. § 66, an. 4.

τῷ πολέμῳ ἀντισεῖν. Sic ἀντίσειν τῇ πολιορκίᾳ 1, 23, 1. τῷ δάμει 6, 25, 3.

μεγάλω βασιλεῖ. Magnus rex a Graecis dicitur rex Persarum. Xenophon locis innumeris. *Raphelius*.

3. ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς. Latine dixeris: in caprae fluminibus. Locus hic erat e regione Lampsaci, quindecim circiter stadia ab Hellesponto distans, uti memoriae proditum est a Xenophonte, qui hanc Atheniensium cladem descripsit Hist. Gr. 2, 1, 21 ss. Et oppidum et navale prope illud appellatum fuisse Aegos flumen vide in Nota Cellarii ad Cornel. Nep. 6, 1, 4. Et Casaubonus Comment. ad Polyb. 1, 6 ait: in Thracia Chersoneso urbs fuit eo nomine et fluvius. *Raphelius*. Profecto πόλις dicitur a Steph. Byz. et Tzetz. Chil. 2, 894. Sed adversatur Xenophon § 25: τοὺς Ἀθηναίους ἐν αἰγιαλῷ ὀρμουῦντας καὶ πρὸς οὐδεμίᾳ πόλει, τὰ δ' ἐπιτίθεται ἐκ Σηστοῦ μετίντας πεντεκαίδεκα σταδίου ἀπὸ τῶν νεῶν. Incidit proelium in Ol. 93, 4 in., a. C. n. 405.

οὐδὲν ἄλλο sc. παθοῦσα. *Raphelius*, Gr. § 62, 3 an. 7. Οὐ μὴ post οὐδὲν ἄλλο apud Atticos vix reperias.

μακρῶν τειχῶν. Thuc. 2, 13, 6: τὰ μακρὰ τεῖχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ πεσσαράκοντα σταδίων. [cf. Kr. l. Hist. Philol. Studien p. 167 ss.] Haec vero omnia non est dubium quin ex Xenophonte suo hauserit Arrianus. Ita enim ille Hist. Gr. 2, 2, 20: ἐπιούδοιο εἰρήνην ἐφ' ᾧ τὰ τε μακρὰ τεῖχη καὶ τὸν Πειραιᾶ καθελόντας καὶ τὰς ναῦς πλὴν δώδεκα παραδόντας καὶ τοὺς φυγάδας καταξάντας τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φίλον νομίζοντας Λακεδαιμονίους ἐπεσθαι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ὅποι ἀν ἡγώνται. *Raphelius*.

νεῶν τῶν πολλῶν παραδόσει navium plerarumque traditione. Xenoph. l. c, τὰς ναῦς πλὴν δώδεκα παραδόντας, sc. victoribus Lacedaemoniis eorumque sociis. *Raphelius*.

στερήσει τῆς ἀρχῆς ἐς ταπεινότητα ἀφικομένη ademptio imperii ad humilitatem pervenerat, sive in humilem abjectumque statum redacta erat. Imperium autem illud intelligendum est quod ante eam cladem Athenienses in universam Graeciam obtinuerant, quodque ipsis non aliqua ex parte imminutum, ut interpretatur Vulcanius, sed universum omnino ablatum fuit. Quo enim die longi muri diruebantur, eum diem libertati Graeciae initium dedisse putabant, νομίζοντες ἐκείνην τὴν ἡμέραν τῇ Ἑλλάδι ἀρχὴν τῆς ἐλευθερίας. Xenoph. Hist. Gr. 2, 2, 23 et orat. de Agesilao 1, 37: ἐπεὶ οἱ Ἀθηναῖοι τῆς ἀρχῆς ἔληξαν. *Raphelius*.

τὸ τε σχῆμα τὸ πάτριον. Xenoph. Hist. Gr. 2, 2, 19: ἀντέλεγον Κορινθιοὶ καὶ Θηβαῖοι μάλιστα, πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι τῶν Ἑλλήνων μὴ σπένδεσθαι Ἀθηναίους, ἀλλ' ἐξαιεῖν. Λακεδαιμόνιοι δὲ οὐκ ἔμασαν πόλιν Ἑλληνίδα ἀνδραποδεῖν μέγα ἀγαθὸν ἐν ταῖς μεγίστοις κινδύνοις γενομένην τῇ Ἑλλάδι. *Raphelius*. Pro Latinis, ut alibi, Graeca dedi, hic quidem emendata. Σχῆμα est πολιτεία, ut Thuc. 6, 89, 5.

τὴν πάλαι. Conjecturam suam confirmaturus Gronovius laudat 1, 12, 2, 17, 4, 2, 3, 2, 14, 2, 3, 18, 12, 26, 1, 5, 19, 3. Gravius est quod ἀνέλαβεν requiritur.

τὰ τε μακρὰ τεῖχη ἐκτείχισαι. Quando et a quibus hi muri sint restituti idem Xenophon enarrat Hist. Gr. 4, 8, 9, 12. *Raphelius*. Facta res per Cononem Ol. 96, 4. Accuratiores v. in l. meo Hist. Philol. Stud. p. 235 ss.

τῆς θαλάσσης αὐθις ἐπικρατῆσαι. Xenoph. Hist. Gr. 5, 1, 13, 7, 1, 3 ss. *Raphelius*.

παρ' ὀλίγον. Kr. ad Thuc. 4, 106, 3.

ἐκ τῶν ἐσχάτων κινδύνων. De his videatur idem Xenophon Hist. Gr. 6, 5, 49 ss. *Raphelius*. Significantur res gestae Ol. 102, 4, a. C. n. 369/8.

4. κατὰ τὰ Λεῶντρα. Hanc pugnam scripserunt Xenoph. Hist. Gr. 6, 4, 1 ss. et Diodorus Siculus 15, 55 s. Praeter opinionem autem illa clades Lacedaemoniis accidit, quod plures a paucioribus superarent et quod ante

illum diem fuissent invicti teste Pausan. Arcad. p. 471. *Raphelius*. Facta est pugna Hecatombaeonis die quinto Ol. 102, 2, a. C. n. 371.

Μαντινειαυ. Xenoph. Hist. Gr. l. 7 extremo. Videntur autem et hujus praelii alium eventum certo sibi polliciti fuisse Lacedaemonii, propterea quod paucis ante diebus dux eorum Archidamus memorabili victoria, cum vix centum haberet milites, Epaminondam Spartae imminentem profligaverat. Xenoph. 7, 5, 12. *Raphelius*. Facta est pugna duodecimo Scirophorionis die Ol. 104, 2, a. C. n. 362.

τῷ πλήθει τῶν γε ἀπολομένων. Xenoph. Hist. Gr. 6, 4, 15: ὄρωντες μὲν τῶν συμπάντων Λακεδαιμονίων τεθνεώτας ἔγγυς χιλίους, ὄρωντες δ' αὐτῶν Σπαρτιατῶν ὄντων τῶν ἐκεῖ ἑπτακοσίων τεθνηκότας περὶ τετρακοσίους. cf. Schneiderum ad h. l. Ceterum *τέ (γε)* particulam deletam malim.

ξὺν Ἐπαμεινώνδῃ. i. e. Epaminonda duce. *Raphelius*.

Ἀρκάδων. Stabant quidem alii Arcades a partibus Lacedaemoniorum, Xenoph. 7, 5, 14. 18. nonnulli tamen cum Thebanis atque Boeotis faciebant § 5, orta nimirum discordia inter Arcadicas urbes, de qua idem Xenoph. 7, 5, 1 ss. Unde et postea in praelio ad Mantineam commisso Arcadas sibi adjunctos habuit Thebanorum dux Epaminondas 7, 5, 20. *Raphelius*.

προσβολῇ πρὸς τὴν Σπάρτην. Non est vertendum: pugna ad Spartam, sed impetus in eam factus, de quo ita Xenophon Hist. Gr. 7, 5, 11: ἐπεὶ ἐγένετο Ἐπαμεινώνδας ἐν τῇ πόλει τῶν Σπαρτιατῶν, ὅπου μὲν ἔμελλον ἐν τε ἰσοπέδῳ μαχεῖσθαι καὶ ἀπὸ τῶν οἰκιῶν βληθῆσθαι, οὐκ εἰς ἧμὲν ταύτην, οὐδὲ ὅπου γε μὴδὲν πλέον μαχεῖσθαι τῶν ὀλίγων πολλοὶ ὄντες· ἐνθα δὲ πλεονεκίῳν ἀνένομιζε, τοῦτο λαβῶν τὴν χωρίον κατέβαινε καὶ οὐκ ἀνέβαινε ἐκ τὴν πόλιν. Polyb. 9, 8, 5: προσμιξίας δὲ περὶ τρίτην ὥραν τῇ πόλει παραδῶξως καὶ καταλαβὼν τὴν Σπάρτην ἐρημον τῶν βοηθησόντων μέχρι μὲν τῆς ἀγορᾶς ἐβιάσατο καὶ κατέσχε τῆς πόλεως τοὺς ἐπὶ τῶν ποταμῶν ἰστραμμένους τόπους. *Raphelius*.

τοὺς ξυμμετασχόντας. Hi erant pars Arcadum, Achaci, Elei, Athenienses. Xenoph. Hist. Gr. 7, 5, 18. *Raphelius*.

5. *ἄλωσις*. Ἄλωσιν vocat, cum Plataeam Lacedaemonii non vi occuparint, sed in deditionem acceperint, ipsis Plataeensibus eam tradentibus, quod obsidionem diutius ferre non possent, extrema jam fame premente. Thuc. 3, 52. Posset quidem etiam excidium intelligi. Anno enim post deditionem factam Plataea a fundamentis diruta fuit 3, 38. Sed praestat verbum hoc de quavis occupatione accipere sive ea vi sive sponte fiat. Sic mox. *Raphelius*. Deditum est oppidum Ol. 88, 2, a. C. n. 427.

τῇ συμκρότητι. Ducenti Plataeenses et viginti quinque Athenienses capti sunt et interfecti, foeminis venundatis. Thuc. 3, 68. Tot enim in obsessa urbe remanserant, cum totidem fere, nempe ducenti et viginti [duodecim] circiter noctu aufugissent, hostium muris, quibus inclusi tenebantur, partim furto partim vi superatis. Thuc. 3, 20. *Raphelius*. Ceterum quatuorquam *συμκρότης* fortasse paucitatem significare potest, non tam singulis quam tota copia spectata, tamen vereor ne Arrianus, *τῇ συμκρότητι καὶ ὀλίγων ἐγκαταληθέντων* scripserit.

οἱ πολλοί. Hi dimidia fere Plataeensium pars ducenti duodecim fuerunt. Pluribus enim egressis quidam, priusquam transgredierentur, in urbem refugerant. Thuc. 3, 24. *Raphelius*.

Μήλου. Thuc. l. 5 extr. Insula est Melos cum oppido. Plin. H. N. 4, 11. *Raphelius*. Capta est hieme Ol. 91, 1, a. C. n. 4165.

Σκιώνης. Thuc. 5, 32, 1. *Raphelius*. Capta est Ol. 89, 3/4, a. C. n. 421.

ἄλωσις. Nominativus hic absolute ponitur pro: quod ad illam occupationem attinet. Ad eundem fere modum et Xenophon nominativo solo ulitur de exped. Cyri 1, 9, 29: καὶ οὗτος δὲ ὅν ᾤετο πιστόν οἱ εἶναι,

ταχὺ αὐτὸν εὔρει Κέρω γλαίπερον ἢ ἑαντῷ. Cujusmodi loquendi formas jam annotavimus ad Luc. 21, 6. *Raphelius*. Xenophontis locum male adhibitum esse manifestum est. Verum tamen nominativus nostro loco similibusque non est sollicitandus, quippe qui quodammodo ἐπιγραφεῖς vice fungatur. C. Sintenis comparat Aeschyl. *Ε. ε. Θηβ.* 664: ἀνδροῖν δ' ὁμαίμοιν θάνατος ὡδ' αὐτοκτόνος, οὐκ ἔστι γῆρας τοῦδε τοῦ μιάσματος. Cf. Gr. § 45, 2 an. 1.

νησιωτικά τε πολίσματα ἦν. Atheniensibus enim Pallenae isthmum occupantibus Scionaei in Chersoneso habitantes οὐδὲν ἄλλο ἢ νησιῶται, meri jam insulani erant (Thuc. 4, 120, 3), scilicet quibus nullum ex continentis auxilium ferri poterat. Itaque quod Thucydides certa tunc conditione scripserat, id absolute postea adseveravit Arrianus: quamvis saepe insulae et peninsulae nomen promiscue accipiant Geographi. Unde et ipse Thucydides postea non semel de Scionaeis tanquam in insula sitis loquitur. *Hollstenius* ad Steph. Byz. in Σκιώνη.

τοῖς δρᾶσασιν. Athenienses hi fuerunt. *Raphelius*.

αἰσχύνην μᾶλλον τι προσέβαλεν. Isocr. Paneg. 100 p. 61: τὸν τε Μηλιῶν ἀνδραποδισμόν καὶ τὸν Σκιωναίων ὀλεθρον ἐν τούτοις τοῖς λόγοις ἡμῖν προφέρουσαν. ubi cf. interpr.

τὸν παράλογον. Schol. Luciani Abdic. 6: παράλογον λέγουσιν ἀρσενικῶς οἱ τ' ἄλλοι καὶ μάλιστα Θουκυδίδης τὸ παράδοξον καὶ ὃ οὐκ ἂν τις προσδοκῆσαι [i. προσδοκῆσαι], οἷον τοῦ πολέμου τὸν παράλογον καὶ ὅτι ἐγένετο πολὺς παράλογος. Est hic usus Thucydidis proprius (v. Kr. Commentatt. de Thuc. p. 267) cumque imitati sunt Arrianus, Appianus (Mithr. 93). Plutarchus (Ant. 45), Dio C. 37, 10. 42, 18. 48, 29 al. Ceteris locis quibus in hac Anabasi legitur, genitivus aut dativus comparet, v. 1, 9, 4. 16, 2. 2, 26, 3. 3, 10, 3. 4, 4, 19, 4.

6. δὲ ὀλίγον, ταχέως. Kr. ad Thuc. 4 93, 1.

ὁμοφυλῶν tribulibus sc. Plataeensibus aliisque Boeotis, qui eandem regionem incolebant, Phocensibusque finitimis. *Raphelius*. Phocenses hic significari non possunt.

παλαιὰς ἐχθρας ἐπεξιόντων. Diod. 1, 77: ἐπεξιέναι τὴν ἀνομίαν. *Ellendtius*. Cf. Kr. ad Thuc. 3, 82, 8.

ἀννηέχθη. cf. 3, 3, 4. 4, 9, 5. Polyb. 10, 9, 2: εἰς τοὺς θεοὺς καὶ τὴν τύχην ἀναγέρονται τὸ γεγονός κατόρθωμα.

7. προδοσίας τῶν Ἑλλήνων. Quod ipsis probrum obijciunt Plataeenses apud Thuc. 3, 56, 2: ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, ὅτε πᾶσι δουλείαν ἐπέμερον ὁ βάρβαρος, οἷδε μετ' αὐτοῦ ἦσαν. *Raphelius*.

ὡς — δίξην ἐκτίσαντας Θεβαίους tanquam poenam pendentibus Thebanis. Attice accusativi cum ὡς consequentiam designant. *Raphelius*. Cf. Gr. § 56, 9 an. 10.

Πλαταιέων. De hac re Thuc. l. 2 init. *Raphelius*.

ἐν ταῖς σπονδαῖς cum pax adhuc esset, ut ait Thucydides interpres l. c. Xenoph. Anab. l. 3 init.: ἀπιόντων τῶν Ἑλλήνων σὺν Τισσαγέρει ἐν ταῖς σπονδαῖς. *Raphelius*. Significantur σπονδαί αἱ τριακοντούταις factae Ol. 83, 3, a. C. n. 445.

ἀνδραποδισμοῦ. Alio haec quam illa κατάληψις tempore facta est. V. quae dicta sunt ad § 5. *Raphelius*. Videtur res facta esse Ol. 101, 3, a. C. n. 374. V. Clinton. ad h. a.

τῶν παραδόντων σφᾶς αὐτοὺς Λακεδαιμονίοις. Ita ipsi Plataeenses in oratione ad Lacedaemonios: πανόμενοι λέγομεν ἤδη ὅτι οὐ Θεβαίους παρίδομεν τὴν πόλιν (εἰλόμεθα γὰρ ἂν πρό γε τούτου τῷ αἰσχίστῳ ὀλέθρῳ λιμῷ τελευτήσαι), ὑμῖν δὲ πιστεύσαντες προσήλθομεν. Thuc. 3, 59, 3. *Raphelius*. Ceterum αὐτοὺς restitui. Sic παρίδσαν σφᾶς αὐτοὺς 3, 23, 4. 4,

17, 6. ἐνέδοσαν σφᾶς αὐτοὺς 4, 19, 4. 27, 5. cf. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 6, 4, 5.

διὰ Θηβαίους σφαγῆς. Lacedaemonii Plataea potiti remissius in deditos animadvertissent, ni Thebani, quorum opera magni in eo bello aestimabatur, obstitissent. Exstat eorum plena inhumanitatis oratio, qua inducti Lacedaemonii durius statuerunt in Plataeenses, apud Thuc. 3, 61 — 67. *Raphelius*.

οἱ Ἕλληνες παραταξάμενοι. Apud Plataeas Pausania duce Mardonius satrapes regius, natione Medus, regis gener, in primis omnium Persarum et manu fortis et consilii plenus cum ducentis millibus peditum, quos viritum legerat, et viginti millibus equitum haud ita magna manu Graecia fugatus est. Cornel. Nepos in Pausan. c. 1 et Herod. 9, 31. *Raphelius*.

ἀπώσαντο. Augmento ὠθεῖν raro apud Atticos, saepius apud posteriores scriptores caret. cf. ann. ad Thuc. 2, 84, 2.

καὶ ὅτι — ἀπώλλων. Καί particula hic quoque diversae conformationis enunciatum superiori ὡς ἐκτίσαντας adjungitur. V. Gr. § 59, 2 an. 4.

τῇ ψήφῳ ἀπώλλων suffragio perdebant, i. e. delendam censebant. Cui tamen immanitati refragata est mitior Lacedaemoniorum sententia. Xenoph. Hist. Gr. 2, 2, 19. *Raphelius*. Verba v. ad § 3 adscripta.

γνώμη προυτέθη. Cum sententias dicendi potestatem faciunt, dicuntur λόγον vel γνώμης προυθέναι. *Schoemannus* de Comitii Atheni. p. 104. Sed γνώμην προυθέναι proprie videtur fuisse proponere rem de qua sententiae ferantur. Demosth. de falsa leg. 65 p. 361: τὴν ἐναντίαν ποιεῖ Θηβαίους ψήφον ἔθεντο οὗτοι (οἱ Φωκεῖς) περὶ ἡμῶν ὑπὲρ ἀνδραποδισμοῦ προτεθείσαν. De eadem re quam Arrianus enarrat Diod. 17, 14 προτεθείσης βουλῆς.

8. ἐπεὶ καὶ quandoquidem etiam. Ostenditur enim unde conjectura petatur divinitus hanc immisam fuisse cladem. De his prodigiis et Pausan. Boeot. 553 l. 8. *Raphelius*. Adde Diod. 17, 10.

ἐπισημῆναι. Hic intransitive dictum, ut 2, 3, 8. cf. ad Thuc. 2, 8, 2. aliter 7, 30, 2.

μνήμη αὐτὰ — recordatio ea retulit ad eam opinionem ut existimarent illa prodigia ostensa olim fuisse de iis quae tunc occidissent. Hoc est in memoriam redeuntes veterum prodigiorum, ea ad istos rerum eventus referebant, quos iis praenunciatos fuisse judicabant. *Raphelius*.

ἐκ πάλαι vel, si mavis, ἐκπαλαι apud Atticos frustra quaeras. V. Lobeck. ad Phryn. p. 45 ss.

9. ἐπέτρεψεν. Diod. 17, 14: τοὺς δὲ συνέδρους τῶν Ἑλλήνων συναγαγὼν ἐπέτρεψε τῷ κοινῷ συνεδρίῳ πῶς χρηστέον τῇ πόλει τῶν Θηβαίων. Parum accurate de omnibus Graecis loquitur. Mox idem: ἐψηγίσαντο τὴν μὲν πόλιν κατασκάψαι, τοὺς δ' αἰχμαλώτους ἀποδόσθαι, τοὺς δὲ γυναῖδας τῶν Θηβαίων ἀγωγίμους ὑπάρχειν ἐξ ἀπάσης τῆς Ἑλλάδος καὶ μηδένα ὑποδέχεσθαι Θηβαίον. Plut. Alex. 11: ἡ δὲ πόλις ἦλθε καὶ διαρπασθεῖσα κατεσκάφη, τὸ μὲν δλον προσδοκῆσαντος αὐτοῦ τοὺς Ἕλληνας ἐκπλεγέντας πάθει τηλικούτῳ καὶ πῆξαντας ἀτρεμήσειν, ἄλλως δὲ καλλωπισαμένου χαρίζεσθαι τοῖς τῶν συμμάχων ἐγκλήμασι καὶ γὰρ Φωκεῖς καὶ Πλαταιεῖς τῶν Θηβαίων κατηγορήσαν. Copiosius Justin. 11, 3 et 4.

κατασκάψαι ἐς ἔδαφος. Eadem formula eandem rem tradit Polyb. 5, 10, 6. Ad libiarum cantum urbem eversam esse dicit Tzet. Chil. 7, 139. Scriptorum de hac clade lamentationes v. apud Phot. 250 p. 446 s.

ὄση μὴ ἕρᾳ ἀυτέης. Polyb. l. l.: τῆς γε πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας οὐκ

ὠλιγόωρησε περὶ τὴν κατέληξιν τῆς πόλεως, ἀλλὰ πλείστην ἐποιήσατο πρόνοιαν ὑπὲρ τοῦ μηδ' ἀκούσιον ἀμάρτημα γενέσθαι περὶ τὰ ἱερὰ καὶ καθόλου τὰ τεμένη. Ὅση αὐτῆς dicitur ut πολλὴ τῆς γῆς. Gr. § 47, 28 an. 9.

πλὴν τῶν ἱερῶν —. Paulo aliter Plutarch. l. 1.: ὑπεξελόμενος δὲ τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς ξένους τῶν Μακεδόνων ἅπαντας καὶ τοὺς ἀπὸ Πινδάρου γεγονότας καὶ τοὺς ὑπεναντιωθέντας τοῖς ψηφισαμένοις τὴν ἀπόστασιν ἀπέδοτο τοὺς ἄλλους περὶ τρισμυρίους γενομένους. Eundem numerum tradit Aelian. 13, 7, qui, ut Arrianus, Macedonum hospites exceptos fuisse non dicit.

πρόξενοι. Πρόξενον interpretantur publicum hospitem, qui peregrinos excipit non suo peculiariter, sed totius civitatis nomine. *Raphelius*. Πρόξενοι, ut quae a Grammaticis traduntur universa complectar, homines dicebantur privati quibus in patria urbe degentibus honorificum hospitii jus cum alia civitate publicitate intercedebat: his id muneris erat praecipue injunctum ut sedulo prospicerent ne quid publica istius civitatis res a suis civibus caperet detrimenti, legatos illinc venientes hospitio exciperent, ad populum deducerent, utque iis bene esset procurarent. *Valckenaer* Animadv. ad Ammon. 3, 10 p. 201. Cf. Schol. ad Luciani Phal. alt. 1. Quam honorificum hoc munus fuerit docet Isocr. π. ἀνωθ. § 166. Ceterum προξένους Μακεδόνων non singulorum, sed civitatum Macedoniae significari apertum est.

10. καὶ τὴν Πινδάρου — τῇ Πινδάρου. Haec verba laudat Schol. Pind. p. 6 Boeckh.: ἔκγονους τοῦ Π. φησὶν Ἀθῶνιανὸς ὁ ἱστορικὸς ἐν τῇ πρώτῃ διαβάσει Ἀλεξάνδρου ἀπαθεῖς ἐμίλαξεν αἰδοῦ τῇ τοῦ Πινδάρου. Ex quibus ἀπαθεῖς additum non improbaverim.

Ὁρχόμενον τε καὶ Πλαταιάς. V. Clinton Fast. Hell. p. 397 ann. x et b.

ἔγνωσαν decreverunt. *Raphelius*.

C. 10.

1. Ἀρχάδες μὲν —. Diod. 17, 3: Ἀρχάδες δὲ οὐτε Φυλίππῳ συνεώρησαν τὴν ἡγεμονίαν μόνοι τῶν Ἑλλήνων [Lacedaemoniorum oblitus est] οὐτ' Ἀλεξάνδρῳ προσέγγον' τῶν δ' ἄλλων Πελοποννησίων Ἀρχαίῳ μὲν καὶ Ἡλείῳ καὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ τινες ἕτεροι πρὸς τὴν αὐτονομίαν ὤρωμησαν. Arcadas ad Isthmum venisse tradit Dinarch. c. Demosth. 18 p. 92. cf. Aesch. in Ctes. 240 p. 88.

τυχεῖν ἐδέοντο. Sic § 6 et c. 27, 3. 29, 5. Fortasse huc pertinet quod Diod. 17, 3 tradit, exsules ab Actolis restitutos fuisse.

2. μυστηρίων τῶν μεγάλων. Haec novem dierum fuerent a quinto decimo ad vicesimum tertium Boedromionis diem pertinentia. V. Corsin. F. A. II p. 378 ss.

ἔσκευαγώγουν. Verbum in hac re proprium. V. Demosth. 18, 36 p. 237, Aeschines or. 2, 139 p. 46 et 3, 80 p. 63: ὑμεῖς δὲ ἐκ τῶν ἀγρῶν φοβηθέντες ἔσκευαγώγησατε. Alii dicunt ἀνασκευαίεσθαι. V. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 5, 10, 8 ed. maj. Videlicet metuebant Athenienses ne Alexander statim in Atticam invaderet. Minus recte Plut. Alex. 13: τὴν τῶν μυστηρίων ἑορτὴν ἐν χειροῖν ἔχοντες ὑπὸ πένθους ἀψῆκαν καὶ τοῖς καταιγυροῦσιν ἐπὶ τὴν πόλιν ἀπάντων μετιδίδοσαν τῶν φιλανθρώπων.

3. Δημάδου γράψαντος. Γράψαι est ad populum ferre rogationem, et deinde quod populus sciverit scribere, sive univrsae hujusmodi rei quae populo deliberanda proponitur praesesse. *Raphelius*.

τοὺς ἐπιτηθειοτάτους Ἀλεξάνδρου. Fuit tamen eorum Demosthenes. Aeschin. c. Ctes. 161 p. 76: ἤδη δ' ἐψηφισμένων θετιτικῶν ἐπι-

στρατεύειν ἐπὶ τὴν ἡμιτέραν πόλιν καὶ τοῦ νεανίσκου [Ἀλεξάνδρου] τὸ πρῶτον παροξυνθέντος εἰκότως, ἐπειδὴ περὶ Θήβας ἦν τὸ στρατόπεδον, πρὸς βουλήν ὑφ' ἑμῶν χειροτονηθεὶς ἀποδράς ἐκ μέσου τοῦ Κιθαιρώναος ἤκεν ὑποστρέψας. Unde hauserunt Plut. Dem. 23 et Diod. 17, 4, qui tamen ei temporari adscripsit quo Alexander a Graecis dux creatus est. V. ο. 1, 2. Cf. Aristid. Panath. p. 183 ibique sch.

ἔξ Ἰλλυριῶν. De hac expeditione supra 1, 4. *Raphelius*.

χαίρειν gratulari. cf. 7, 19, 1.

οὐκ ἐν καιρῷ. Recte locum interpretatus est Vulcanius: qui — publicam ei Atheniensium laetitiam, quamvis non tempestive, significarent. Itaque illud ἐν καιρῷ, ut Sintenis quoque admonuit in censura p. 363, ipsius scriptoris iudicium enunciat, sine dubio cum ἀπαγγελούντας conjungendum.

4. ἐπιστολὴν δὲ γράψας. Legatos ab Alexandro missos esse dicunt Diod. 17, 15 et Plut. Dem. 23.

τοὺς ἀμφὶ Δημοσθένην. Notum loquendi genus οἱ ἀμφὶ Δημοσθένην Demosthenes. *Raphelius*. De re Plut. l. 1: ὁ Ἀλέξανδρος ἐξήτει πέμπων τῶν δημογωγῶν δέκα μὲν, ὡς Ἰδομενεὺς καὶ Ἀοῦρις εἰρήκασιν, ὀκτώ δ', ὡς οἱ πλείστοι καὶ δοκιμώτατοι τῶν συγγραγέων, τοὺς δὲ Δημοσθένην, Πολύενκτον, Ἐγιαλίτην, Ἀνκοῦργον, Μοιροκλία, Λάμωνα, Καλλισθένην, Χαρίδημον. Hyperidem, quem non memorat, post pugnam ad Crannonem exposcit Antipater auctore Psudoplut. in vita ejus, ut hic falso nominatum esse suspicari possis. Diotimum et Damonem fortasse librarii confuderunt. Callisthenem ignoro.

5. τῇ πόλει γενομένης, quae clades urbi Athenis inciderat. Accepta enim illa ad Chaeroneam plaga ingentes omnibus Graecis importatae sunt calamitates. Pausan. Att. p. 45 in *Raphelius*

τῶν ὕστερον — ἐς Φίλιππον. V. ad 1, 1, 3.

τῆς τε ἀποστάσεως. Τέ particulam delendam fuisse recte admonuit Sintenis in censura p. 144.

ἀπέφαινεν dicebat, praedicabat, affirmabat. *Raphelius*.

τοὺς αὐτῶν Θηβαίων νεωτερίσαντος. Genitivus partitivus raro sic interponitur. Similiter tamen Xenoph. Hell. 3, 4, 1: τοὺς τῶν πολιτῶν εἰσαγαγόντας εἰς τὴν ἀκρόπολιν αὐτοῦς. Appian. Mithr. 110: ὁ τῶν παίδων αὐτῷ τιμωρίας. Cf. Kr. ind. Thuc. s. Gen. d.

6. πρὸς βεβύονται δὲ αὐθις. Plut. Phoc. 17: τὸ μὲν οὖν πρῶτον ψήγισμα λέγεται Ἀλεξάνδρον ὡς ἔλαβε θῆραι καὶ φνεῖν ἀποστραγέντα τοὺς πρέσβεις· τὸ δὲ δεῦτερον ἐδέξατο κομισθὲν ὑπὸ Φωκίωναο.

αἰδοῦσι τῆς πόλεως. Plut. ib.: (Φωκίων) οὕτω μετέβαλε καὶ κατεπράϊνεν αὐτὸν ὥστ' εἰτεῖν ὅπως προσέξουσι τὸν νοθὴν Ἀθηναῖοι τοῖς πράγμασι, ὡς εἴ τι γένοιτο περὶ αὐτόν, ἐκείνοις ἄρχην προσῆκον. Eadem tradit Alex. 13.

τυχόν fortasse, ex similitudine locutionum ἔξόν, θεόν, al. Sic jam Xenoph. Anab. 5, 9, 20 ubi v. ann. Cf. infra 2, 6, 6. 3, 26, 4. 5, 5, 3.

Χαρίδημον. De hoc vide plura apud Curt. 3, 2, 10 ss. *Raphelius*. Cf. Dinarch. 1, 32 ibique C. E. A. Schmidt.

C. 11.

1. τῷ τε Λιί. Similiter Diod. 17, 16. θυσίας μεγαλοπρεπεῖς τοῖς θεοῖς συνετέλεσεν ἐν Λίῳ τῆς Μακεδονίας καὶ σκημικοὺς ἀγῶνας Λιί καὶ Μούσαις,

οὗς Ἀρχέλαος ὁ προβασιλεύσας πρῶτος κατέδειξε. τὴν δὲ πανήγυρον ἐφ' ἡμέρας ἑννέα συνετέλεσαν, ἐκάστη τῶν Μουσῶν ἐπώνυμον ἡμέραν ἀναθεύξας κ. τ. λ.

τὰ Ὀλύμπια. De his Demosth. 19, 192 s. p. 401: ἐπειδὴ ἔλεν Ὀλυμπον Φίλιππος, Ὀλύμπια ἔποιε, εἰς δὲ τὴν θεοσίαν ταύτην καὶ τὴν πανήγυριν πάντες τοὺς τεχνίτας συνήγαγεν, ἑσπῶν δ' αὐτοὺς καὶ σιγανῶν τοὺς νενηκῶτας κ. τ. λ., Cf. Clinton. Fastis Hell. ad a. 347, 2. De appositionis genere v. Gr. § 57, 7.

2. ἀγάλμα. Plut. Alex. 14: ἄλλα τε δοκεῖ σημεῖα παρὰ τοῦ δαιμονίου γενέσθαι καὶ τὸ περὶ Λεϊβήθρα τοῦ Ὀργείως ξόανον, ἣν δὲ κυπαριπινῶν, ἰδρῶτα πολὺν ὑπὸ τὰς ἡμίρας ἐκείνας ἀήτηε.

ἰδρῶσαι. Ὅταν μέλλῃ τι συμβαίνειν χαλεπόν, εἴωθε τὰ ἀγάλματα ἰδρῶν. Schol. ad Apollon. Argon. 4, 1285 laudatus a Wesselingio ad Diod. 17, 10. Inde Plut. 1. 1.: φοβουμένον δὲ πάντων τὸ σημεῖον Ἀρίστανδρος ἐκέλευε θαρβύνειν ὡς αἰδύμοις καὶ περιβόητους κατεργασόμενον πράξεις, αὐτὸν δὲ ἰδρῶτα καὶ πόνον ὕμνοισι ποιηταῖς καὶ μουσικοῖς παρέξουσιν.

ἔπειθεῖραζον. Kr. ad Thuc. 2, 75, 1. cf. Plut. Cam. 18 et Dio C. 39, 11. 41, 9.

ποιηταῖς ἐπῶν τε καὶ μελῶν. Ἔπος est carmen heroicum, μέλος autem lyricum. Xenoph. Mem. 1, 4, 3: ἐπὶ μὲν ἐπῶν ποιήσει Ὀμηρον ἔγωγε μάλαστα τεθαύμακα. Galen. in fine de usu part.: παρὰ τοῖς μελικοῖς ποιηταῖς, οὗς ἐνοιοι λυρικοὺς ὀνομάζουσιν. Raphaelius.

ἀμφὶ ᾧδῆν ἔχουσι i. e. musicam exercentibus. Raphaelius. Gr. § 68, 30 an. 3.

3. ἐφ' Ἑλλησπόντου ad H. Gronovius. Cujus significationis plurima exempla collecta sunt in indice. Raphaelius.

ὁ δὲ πολλῶν πλείους τῶν τρισημυρίων non multo plures quam triginta millia. Raphaelius. Plut. Alex. 15 ex codicibus emendatus: τῆς δὲ στρατῆς τὸ πλῆθος οἱ μὲν τὸ ἐλάχιστον λέγοντες τρισμυρίους πεζοὺς καὶ πεντακισχιλίους ἵππεῖς, οἱ δὲ πλείστον, πεζοὺς μὲν τετρακισμυρίους καὶ τρισχιλίους, ἵππεῖς δὲ τετρακισχιλίους ἀναγράφουσιν. Accuratus idem de Alex. fort. 1, 3: τοῖς τρισμυρίοις — πεζοῖς καὶ τετρακισχιλίους ἵππεῦσι πιστεύσας· τοσοῦτοι γὰρ ἦσαν, ὡς Ἀριστοβούλος φησὶ· ὡς δὲ Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς, τρισμυρίοι πεζοὶ, πεντακισχιλιοὶ δὲ ἵππεῖς· ὡς δ' Ἀναξίμενης, τετρακισμυρίοι πεζοὶ καὶ τρισχιλιοὶ, πεντακισχιλιοὶ δὲ καὶ πεντακόσιοι ἵππεῖς. Callisthenes auctore Polybio 12, 19, 1 s. tradiderat Alexandrum in Asiam transisse πεζῶν μὲν ἔχοντα τέσσαρας μυριάδας, ἵππεῖς δὲ τετρακισχιλίους καὶ πεντακισχιλίους· μέλλοντι δ' εἰς Κιλικίαν ἐμβαλεῖν ἄλλοις εἰσεῖν ἐκ Μακεδονίας πεζοὺς μὲν πεντακισχιλίους, ἵππεῖς δὲ ὀκτακισχιλίους. Justin 11, 6: In exercitu ejus fuere pedulum XXX duo millia, equitum quatuor millia quingenti, naves centum LXXXII. Accuratus Diod. 17, 17 et Wesselingii emendationibus: numero ab Alexandro inito εὐρέθησαν πεζοὶ Μακεδόνες μὲν μύριοι καὶ δισχιλιοὶ, σύμμαχοι δὲ ἑπτακισχιλιοὶ, μισθοφόροι δὲ πεντακισχιλιοὶ, καὶ τούτων ἀπάντων Παρμενίων εἶχε τὴν ἡγεμονίαν. Ὀδρῶσαι δὲ καὶ Τριβαλλοὶ καὶ Ἰλλυριοὶ συνηκολούθουν πεντακισχιλιοὶ, τοσοῦτων δὲ καὶ τῶν Ἀγριανῶν καλουμένων χίλιοι [v. tamen ann. ad 1, 1, 11], ὥστε τοὺς ἀπαντας εἶναι πεζοὺς τρισμυρίους. ἵππεῖς δ' ὑπάρχον Μακεδόνες μὲν χίλιοι καὶ πεντακόσιοι Φιλώτων τοῦ Παρμενίωνος ἡγουμένον, Θηταλοὶ δὲ χίλιοι καὶ πεντακόσιοι, ὧν ἠγεῖτο Κάλλας ὁ Ἀρπάλου, τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων οἱ πάντες ἑξακόσιοι, ὧν ἠγεῖτο Ἐρίγμος, Θράκες δὲ πρόδρομοι καὶ Παιόνες ἑννακόσιοι, Κάσσανδρον ἔχοντες ἡγεμόνα, ὥστε σύμπαντας ὑπάρχειν ἵππεῖς τετρακισχιλίους καὶ πεντακισχιλίους. Cf. c. 8, ubi quod fere totidem copis contra Thebas pugnasse tradit: illuc transtulisse videtur quod ad Asiaticam expeditionem referendum erat.

τὴν Κερκινῆτιν. Hunc lacum praeter Arrianum nemo videtur nominasse. Non eandem esse Thucydidis (1, 58, 2. 4, 103, 1) Βοίβην Ἰμμηνην ait

Mannert. 7 p. 471. Nam peregrinatores in hoc itinere duos lacus longos reperisse. Sed mirum est quod Stephanus tradit: ἐν Μακεδονίᾳ λίμνη Βοϊβή. Immo Βοϊβή Thessaliae erat eique vicinum fuisse Cercinium oppidum docet Liv. 31, 41. Quid? si ex ejusmodi confusione Arrianus suam Κερκινίτην λίμνην hauserit? Ceterum sunt qui eam hodie Tacino dici arbitrentur, ex qua Strymon effluit.

τοῦ Στρυμόνος ποταμοῦ. ὅς ἐκ τοῦ Σκομίον ὄρους [de quo cf. ann. ad 1, 1, 5] διὰ Γραιίων καὶ Λαιίων ἔει. Thuc. 2, 96, 3. Strabo exc. l. 7, 18 p. 331: οὗ ὁ Στρυμών ποταμὸς ἀρχειται ἐκ τῶν περὶ τὴν Ῥοδόπην Ἀγραίων. Plin. 4, 10 [17]: Macedoniae terminus amnis Strymon ortus in Haemo. Memorandum in septem lacus eum fundi priusquam dirigat cursum. Mela 2, 2: ubi non longe a mari lacum fecit majore quam venerat alveo erumpit. Ad ostium sita erat Eion, de qua v. ann. ad 1, 1, 5. Hodie amnis dicitur Stromza.

4. παρήμειβεν. Cf. 1, 12, 6 et Ind. 37, 8 et 40, 8. Apud Atticos hoc sic me legere non memini; nec saepe apud posteriores. Luc. v. hist. 1, 28: ἄλλας χώρας παρημειψάμεν. Am. 7: τὴν ἰσθμὸν ἀμείψαντες. Herodi. 6, 7, 6: Ἴσθμὸν Παλονας παραμείβων. Medio saepius sic utitur Herodotus; semel Xenophon Cyr. 5, 4, 50; ἔξαμείβεν Ages. 2, 1.

τὸ Πάγγαιον ὄρος. Eodem itinere Xerxes in Graeciam proficiscens παραμείβετο τεύχεα τὰ Πιύρων — ἐκ δεξιῆς χειρὸς τὸ Πάγγαιον ὄρος ἀπέργων, ἔδον μέγα τε καὶ ἰσχυρὸν — ἐς δ' ἀπίκετο ἐπὶ ποταμὸν τε Στρυμόνα καὶ πόλιν Ἥλιον. Herod. 7, 112 s. cf. Thuc. 2, 99, 2, Strabo exc. l. 7, 17 p. 331 et interpr. ad Xenoph. Hell. 5, 2, 17 (12).

τὴν ὡς ἐπ' Ἀβδηρα. τὴν sc. ὄδον, ellipsis, ὡς ἐπ' versus, pleonasmus. Raphaelius.

Ἀβδηρα. Herodoto, Thucydidi aliisque Graecis plurale, contra Latinis plerumque singulare, ad Nesti ostium (Herod. 7, 126), urbs Graeca (7, 109), a Clazomeniis condita et a Teiis Cyri tempore restituta (1, 168), imperii Odrysarum occidentalis terminus (Thuc. 2, 97, 1). Gatterer de Herod. et Thuc. Thracia § 19. Quod Herodotus dicit l. 1. ὁ δὲ δι' Ἀβδήρων ἕϊων ποταμὸς Νέσιος, interpretandum esse: per agrum Abderitanum fluens, docent Liv. 45, 29 et Strabo Exc. 7, 22 p. 331: ὅτι μετὰ τὸν Νέσιον ποταμὸν πρὸς ἀνατολάς Ἀβδηρα.

Μαρώνειαν. Sic Xerxes διαβάς τοῦ Αἰσίου ποταμοῦ τὸ ἕϊεθρον ἀπεξηραμένον πόλιν Ἑλληνίδας τὰςδε παραμείβετο, Μαρώνειαν, Αἰκίαν, Ἀβδηρα. Her. 7, 109. Cf. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 7, 3, 16.

τὸν Ἐβρον. Ἀργυρορρῦτας Ἐβρος Eur. Herc. f, 386. Schol. ad Theocr. 7, 112: Ἀλκαῖος [ἄσπον] Ἐβρος κάλλιστος ποταμῶν Διοκλῆς δὲ καταφέρεσθαι αὐτὸν ἀπὸ Ῥοδόπης καὶ ἐξερεύεσθαι κατὰ πόλιν Αἰνον. Sch. ad Ar. Av. 774: ποταμὸς Θρακίης τὰ δειμάτα ἔχων ἐκ Ῥοδόπης τοῦ Θρακικοῦ ὄρους. Aliter Thuc. ad 1, 1, 5 l. A celsis Odrysarum montibus fluere tradit Ammian. 27, 4, 10 cl. 18, 6 5. Herod. 7, 59: ὁ δὲ Δορικός ἐστὶ τῆς Θρηκίης αἰγιαλὸς τε καὶ πεδίων μέγα διὰ δὲ αὐτοῦ ἕϊει ποταμὸς μέγας Ἐβρος. Id. 4, 90: [ἐκδιδοὶ δὲ] ἐς θάλασσαν τὴν παρ' Αἰνῶ πόλι. Hodie Mariza.

5. διὰ τῆς Παιτικῆς. Paetos Thraciae gentem memorat Herod. 7, 110.

τὸν Μέλανα. Herod. 7, 58: [Ἐίρξης τὸν Μέλανα] ποταμὸν διαβάς, ἐπ' οὗ καὶ ὁ κόλπος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην ἔχει, ἦτε πρὸς ἐσπέρην, Αἰνὸν τε πόλιν Αἰολίδα καὶ Στεντορίδα λίμνην παρεξιών, ἐς δ' ἀπίκετο ἐς Δορίσκον. Plin. 4, 18: A Dorisco incurvatur ora ad Macron Tichos centum viginti duorum mill. pass. Circa quem locum fluvius Melas, a quo sinus appellatur. Fluvium hodie Shere Su, sinum dici Sarium (Busen von Saros) testatur Mannert. 7 p. 198.

Ἰησιόν. Steph. Byz.: Ἰησιός, πόλις πρὸς τῇ Προποντιδί [quam Scylace

quoque auctore usque ad hoc oppidum pertinere refert Mannert 7 p. 492]. λέγεται δὲ ἀρσενικῶς παρ' Ἐφορῶν· οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐν τῇ Σησιῶ γασίν. Apud Xenophonem tamen et ὁ et ἡ Σηστός legitur. Strabo 13, 1 p. 591: Σηστός δὲ ἀρίστη τῶν ἐν Χερρόνησῳ πόλεων. — γησί δὲ Θεόπομπος βραχέϊαν μὲν εἰρεκῆ δέ, καὶ σκέλει διπλήθρω συνάπτειν πρὸς τὸν λιμένα καὶ διὰ ταῦτ' οὖν καὶ διὰ τὸν ἕρην κυρίαν εἶναι τῶν παρόδων. Ideo Athenienses Ol. 92, 1 καθίσταντο γροῦριον καὶ γυλακῆν τοῦ παντὸς Ἑλλησπόντου. Thuc. c. 8, 62, 2. Hodie eodem loco sita est Jalowa vicus auctore Mannerto.

Ἐλαιούντια. Strabo Exc. I. 7 p. 331, 27: ὅτι ἡ πόλις ὁ Ἐλεοῦς ἀρσενικῶς λέγεται. Mela 2, 2: Eleus finit Hellespontum. Plin. 4, 18: in extrema Chersonesi fronte, quae vocatur Aeolium, oppidum Eleaus.

ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Πρωτεσιλάου. Herod. 9, 116: ἐν γὰρ Ἐλαιούντια τῆς Χερσονήσου ἐστὶ Πρωτεσίλειω τάφος τε καὶ τέμενος περὶ αὐτῶν. Τὸ ἱερὸν τοῦ Πρωτεσιλάου dicit Thuc. 8, 102, 3. Mela 2, 2: Protesilai ossa consecrata delubro. Plin. 4, 18: turris et delubrum Protesilai. Strabo 13, 1 p. 595: κατὰ δὲ τὴν Σιγείαδα ἄκραν ἐσὶν ἐν τῇ Χερρόνησῳ τὸ Πρωτεσίλειον καὶ ἡ Ἐλεούσσα.

Πρωτεσίλλκος πρῶτος. De hoc ita Homerus Il. β, 701:

τὸν δ' ἔκτανε Δάρδανος ἀνὴρ

νῆος ἀποθρῶσκοντα πολὺ πρῶτιστον Ἀχαιῶν. *Raphelius.*

ἔς Ἴλιον στρατευσάντων qui adversus Ilium militarunt sive expeditionem susceperunt. Sic Ind. 5, 8. *Raphelius.* Ipsum hoc ἔς Ἴ. ἐστράτευσαν Thuc. 1, 12, 2; sed ἔς est ad. Gr. § 68, 21 an. 3.

ὁ νοῦς — γενέσθαι. Infinitivus ex eo est explicandus quod voluntatis notio in νοῦς inest. Appian. Mithr. 87: τὸ ἐνθῦμημα ἦν ἐν μέσῳ Λούκουλλον ἀμφοῖν γενέσθαι. Gr. § 50, 6 an. 6.

οἱ — ἡ Πρωτεσιλάω. Gr. § 51, 2 an. 4. Pind. N. 1, 61: ὁ δὲ οἱ φράζε καὶ παντὶ στρατῷ. Appian. Mithr. 87: ἡ οἱ συμμαχησαὶ ἡ ἀμφοτέροις ἐκοτῆραι τοῦ ἀγῶνος. cf. ib. 52. Similiter οὗ Soph. OT. 1257, 2 Pind. O. 9, 14, Plat. Symp. 223, b et Rep. 617, e: ἕκαστον ἀναίρεισθαι, πλὴν οὐ' ἔ δὲ οὐκ ἔαν.

6. ἐκ Σηστοῦ ἐς Ἄβυδον. Strabo 13, 1 p. 591: ἡ Ἄβυδος καὶ ἡ Σηστός διέχουσαν ἀλλήλων τριάκοντά που σταδίους ἐκ λιμένος εἰς λιμένα· τὸ δὲ ζεύγμά ἐστι μικρὸν ἀπὸ τῶν πόλεων παραλλάξαντι ἐξ Ἄβυδου μὲν ὡς ἐπὶ τὴν Προποντίδα, ἐκ δὲ Σηστοῦ εἰς τὸνναντίον. Inde explicari potest quod Xenophon tradit Hell. 4, 8, 5: διαβάς εἰς Σηστόν, κατανικηρὸν ὄντα Ἄβυδον καὶ ἀπέχοντα οὐ πλείον ὀκτώ σταδίων. et Herod. 7, 34: ἐστὶ δὲ ἐπτά στάδιοι ἐξ Ἀβέδου ἐς τὴν ἄπαντιον. cf. 4, 85: τὸν Ἑλλησπόντον ἔοντα στενωπῆτι μὲν ἐπτά σταδίους, μῆκος δὲ τετρακοσίους. Ipseque Strabo paulo ante: ἐνταῦθα [ad Abydum] δ' ἐστὶ τὸ ἐπταστάδιον, ὅπερ ἔξευξε Ζεῦξης, τὸ διορίζον τὴν Εὐρώπην καὶ τὴν Ἀσίαν. et 2, 5 p. 124: τὸ ἐπταστάδιον τὸ κατὰ Σηστόν καὶ Ἄβυδον, δ' οὐ τὸ Αἰγαίον καὶ ὁ Ἑλλησπόντος ἐκδιδῶσι πρὸς ἄκραν εἰς ἄλλο πέλαγος, ὃ καλοῦσι Προποντίδα. Cf. Agath. 15, 12. Corruptus videtur Polyb. 16, 29, 9. Ad Pripaum urbem Alexandrum transcendisse nescio qua re in errorem inducti tradunt Plin. 4, 24 et Solin. 12.

Ἄβυδον. Strabo 13, 1 p. 590 s.: Ἄβυδος δὲ Μιλησίων ἐστὶ κτίσμα, ἐπιτρέψαντος Γύγου τοῦ Ἀνδῶν βασιλέως· — ἐπικείται δὲ τῷ στόματι τῆς Προποντίδος καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου, διέχει δὲ τὸ ἴσον Αἰμψακῶν καὶ Ἴλλου, σταδίους περὶ ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατόν. Ruinae ejus hodie spectantur prope Aidos vicum, in vicinia Dardanellarum Asiaticarum. Aliis auctoribus eodem loco nunc sita est Nagara vicus. cf. Kruse Ueber Herodots Ausmessung des Pontus Eux., Bosphorus, Hellespontus und der Propontis p. 72.

ἑκατόν καὶ ἐξήκοντα. Naves centum LXXXII memorat Justin. 11, 6. Apud Diod. 17, 17: μακραῖς ναυσὶν ἐξήκοντα καταπλεύσας πρὸς τὴν Τρωάδα χῶρον vereor ne ἑκατόν exciderit.

στρογγύλοισι. Supra c 3, 3. *Raphelius.*

τὸν Ἀχαιῶν λιμένα. Strabo p. 595: μετὰ δὲ τὸ Ῥολταῖόν ἐστι τὸ Σίγειον, καισπασμένη πόλις, καὶ τὸ ναυστάθμιον καὶ ὁ Ἀχαιῶν λιμὴν καὶ τὸ Ἀχαιῶν στρατόπεδον καὶ ἡ Σιομαλίμην καλουμένην καὶ αἱ τοῦ Σκαμάνδρου ἐκβολαί. — ἐστὶ δὲ τὸ μῆκος τῆς παραλίας ταύτης ἀπὸ τοῦ Ῥοπιέου μέχρι Σιγείου καὶ τοῦ Ἀχιλλέως μνήματος εὐθροπλοούντων ἐξήκοντα σταδίων ὑποπέπτωκε δὲ τῷ Ἴλιῳ πᾶσα, τῷ μὲν νῦν κατὰ τὸν Ἀχαιῶν λιμένα, ὅσον δώδεκα σταδίους διέχουσα, τῷ δὲ προτέρῳ τριάκοντα ἄλλοις σταδίοις ἀνωτέρῳ πρὸς τῷ κατὰ τὴν Ἴδην μέρος. cf. 13, 1 p. 598. 3 p. 622. Plin. 5, 93: in promontorio quondam Sigeum oppidum. Dein portus Achaeorum in quem influit Xanthus Simoenti junctus stagnumque prius faciens Palaescamander. cf. Pompon. Mela 1, 18.

καὶ αὐτόν τε et ipsummet. *Raphelius.* Videlicet quum vulgo post διαβέλλειν colo interstinctum esset, non vidit hoc τὲ et καὶ ante ἐπιδηῆ cohaerere.

σφάξαντα. cf. 6, 19, 5.

7. πρῶτον — ἐκβῆναι. Justin. 11, 5: Cum delati in continentem essent, primus Alexander jaculum velut in hostilem teram jecit, armatusque de navi tripudianti similis prosiluit, atque ita hostias caedit, precatus ne se regem illae terrae invitae accipiant. Adde Diod. 17, 17 ibique Wesseling.

ὄθεν τε ἐστάλη ἐκ τῆς Εὐρώπης. Quibus diis istae in Europa arae fuerint sacrae non additur. Nam Διὸς ἀποβατηρίου quidem ara eo loco ex quo naves conscenderunt, constitui non potuit, cum ἀποβαίνειν sit e navi excedere. Non recte ergo Vulcanius Jovi descensori aram tribuit in Europa. De illis vero in Europa positis aris ita Justinus 11, 7, 4: duodecim aras deorum in belli vota statuit. Videsis Gronovium. *Raphelius.*

Ἴλιον. Strabo 13, 1 p. 598: ἐστὶ γὰρ τὸ ναυστάθμιον πρὸς Σιγείῳ πλησίον δὲ καὶ ὁ Σκαμάνδρος ἐκδίδωσι διέχων τοῦ Ἴλιου σταδίους εἴκοσι. cf. ad § 6 Ἄβδος. p. 593: τὴν δὲ τῶν Ἰλιέων πόλιν τὴν νῦν τῶς κώμην εἶναι φασὶ τὸ ἱερὸν ἔχουσαν τῆς Ἀθηνᾶς μικρὸν καὶ εὐτελεῖς. Ἀλέξανδρον δὲ ἀναβάνατα μετὰ τὴν ἐπὶ Γρανικῷ νίκην ἀναθημασί τε κοσμησάσαι τὸ ἱερὸν καὶ προσαιγοῦντάσαι πόλιν καὶ οἰκοδομίαις ἀναλαβεῖν προστάξαι τοῖς ἐπιμηληταῖς ἐλευθέραν τε χρῆναι καὶ ἄγορον κ. τ. λ. Vetus Ilium Strabo p. 593 tradit conditum fuisse σχεδὸν τι τριάκοντα σταδίοις ἀνωτέρῳ πρὸς ἑω καὶ πρὸς τὴν Ἰαργανίαν κατὰ τὴν νῦν καλουμένην Ἰλιέων κώμην. cf. p. 599. Οὐδὲν δ' ἔχνος σώζεται τῆς ἀρχαίας πόλεως.

τῶν ἱερῶν τινα ὄπλων. cf. 6, 9, 3. Adde Stob. 7, 52.

8. Διὸς τοῦ Ἐρκείου. Ἐρκος dicitur aulam ambiens murus. Unde Jovem Hercium appellarunt, quod ipsi ibi sacrificia fiebant tanquam ejus loci praesidii et a quo conservarentur omnes qui intra idem ἔρκος habitarent; quemadmodum ἐν τῇ κατ' οἶκον ἐστία sacrificabantur Jovὶ ἑγεστίῳ. Steph. in Thes. *Raphelius.*

τῷ Νεοπτολέμῳ γένει. Neoptolemus, Achilles filius, Priamum in ipsis Palatii focis occiderat. *Raphelius.* Bene interpres: Priami iram adversus Neoptolemi progeniem. Il. α, 283: Αἰοσοῦ Ἀχιλλῆν μεθέμην χόλον. de quo v. Porson ad Eur. Or. 663. *Schaeferus* ad Eur. Phoen. 948.

ὁ δὲ ἔξ αὐτόν καθῆκεν. Curt. 4, 6, 29 et Vellejus 1, 6, 5: Caranus vir generis regii, sextus decimus ab Hercule, profectus Argis regnum Macedoniae occupavit. A quo magnus Alexander cum fuerit septimus decimus, jure materni generis Achille auctore, paterni Hercule gloriatus est. *Raphelius.*

C. 12.

1. Ἴλιον. Troja proprie regionis, Ilium vero urbis in ea nobilissimae nomen. Remotum est a portu Ilium MCCCC passus. Plin. 5, 30 [33]. Hinc verbum ἀνίειν adscendere. Vulgaris enim loquendi consuetudo quae a mari ad interiora regionis recedunt, ea superiora vocat. *Raphelius*.

Μενοΐτιος τε ὁ κυβερνήτης. Cum de hoc Menoetio nihil constet nisi quod gubernator fuerit, liceat conjecturis uti et dicere eum vel gubernatorem i. e. rectorem fuisse urbis Ilii, quo sensu Plato citatur hoc verbum adhibuisse; vel, quod verosimilius, navi vel uni vel pluribus praefectum fuisse ab universis Trojanis, in quorum urbe principe hic ab ipso honos habitus fuit Alexandro. Ut proinde hic quidem fuerit ἐπιχώριος indigena, uti Chares Graecus; cuius utriusque generis etiam nonnulli alii idem fecisse dicuntur. *Raphelius*. In praecedentibus sermo est de diis et heroibus quibus Alexander sacra fecerat Ilii. De eadem re pergit in sequentibus. Cur ergo alieno loco interjecta sunt ista de coronatione Alexandri? Deinde hoc loco mentio facta est hominis ignoti, Menoetii gubernatoris, praeter consuetudinem Arriani sine ulla nota, vel cuius fuerit nationis vel qualis gubernator, utrum forte urbis et regionis Trojanae an navium. Nec verosimile est Charetem, quem modo sibi tradi ab Atheniensibus poposcerat, nunc ultro ad eum venturum, qui eum coronaret, quum in seqq. occurrat idem cum imperio aliquo a Persis contra Alexandrum accepto. V. 3, 2, 6 et Curt. 4, 5, 22. Deinde Alexandrum incredibile est vix Asiam ingressum jam coronari ab indigenis, horum nondum victorem. Uncis locum [ἀνίοντα — ἐπιχώριος] includendum curavi lanquam interplicatum ab aliquo, donec meliora prostabunt. *Schmiederus*. Quum Patrocli patri Menoetio nomen fuerit, hic Menoetius nominis gratia videtur electus fuisse qui Alexandrum coronaret. Coronatio autem ipsa saepe honoris, non victoriae causa fiebat. Charetem vero suspicari licet non eundem fuisse qui ad Darium confugerat. Ceterum verba satis bene cohaerent cum sequentibus, quum in his quoque de coronatione sermo sit.

στεγάνω. Dem. 22, 75 et 24, 183: στέγανος ἄπας, κἄν μικρὸς ἦ, τὴν ἴσην φιλοτιμίαν ἔχει τῷ μεγάλῳ.

Ἡφαιστίωνα — ἐστεγάνωσεν. Haec Sintenis in Ephem. Hal. Jun. 1847 p. 1096 in eum locum unde huc transtuli restituenda et exigua codicis C scripturae mutatione ὅτι (v. διότι) καὶ αὐτὸς τὸν legendum esse putat, sententia, ut mihi videtur, mirabili. Eandem mutationem (ὅτι καὶ αὐτὸς τὸν) Dübner suaserat, ita tamen ut ipse quoque verba Ἡφαιστίωνα — ἐστεγάνωσεν transposita esse vellet.

τοῦ Πατρόκλου τὸν τάγον. Strabo 13, 1 p. 596: τοῦ μὲν Ἀχιλλέως καὶ ἠρόν ἐστι καὶ μνήμα πρὸς τῷ Σιγείῳ, Πατρόκλου δὲ καὶ Ἀντιλόχου μνήματα, καὶ ἐναγίζουσι οἱ Ἕλληες πᾶσι καὶ τούτοις καὶ τῷ Αἴαντι. cf. Plin. 5, 33.

τὸν Ἀχιλλέως ἄρα τάγον ἐστεγάνωσε. Aelian. V. Π. 12, 7: Ἀλέξανδρος τὸν Ἀχιλλέως τάγον ἐστεγάνωσε καὶ Ἡφαιστίων τὸν τοῦ Πατρόκλου, ἀντιπόμενος ὅτι καὶ αὐτὸς ἦν ἐρώμενος τοῦ Ἀλεξάνδρου, ὡσπερ Ἀχιλλέως ὁ Πατρόκλος. Plut. Alex. 13: τὴν δ' Ἀχιλλέως στήλην ἀλευράμενος λίπα καὶ μετὰ τῶν ἐταίρων συναναθραμῶν γυνός, ὡσπερ ἔθος ἐστίν, ἐστεγάνωσε, μακαρίζεις αὐτὸν ὅτι καὶ ζῶν φίλον πιστοῦ καὶ τελευτήσας μεγάλου κήρκος ἔτευγεν. Cic. p. Archia 10, 24: (Alexander) eum in Sigeo ad Achillis tumulum adstilisset: o fortunate, inquit, adolescens, qui tuae virtutis Homerum praekonem inveneris.

2. εὐθαιμονιστέος felix praedicandus erat. Vulcanii [felix censendus] visus est detrahit aliquantulum de sententia. *Raphelius*.

Ἀλεξάνδρῳ — ξυνέβη. Alexander [Alexandro] non pro

reliqua felicitate locus hic sive pars haec deficiens accidit, i. e. quod haec una res ipsi defuit, id vero non respondet reliquae ipsius felicitati. Qua vero in parte fortuna ipsum destituerit, verba subsequenta declarant, quae propterea interpres Latinus divellere ab his non debuisset, utpote quibus explanatur quale sit τὸ χωρίον τοῦτο ἐκλιπείς, nempe quod non digne satis ipsius res gestae sint scriptis celebratae. *Raphelius*. Minus commode Arrianus hic imitatus est Thuc. 1, 97, 2: τοῖς προ ἐμοῦ ἄπασιν ἐκλιπείς τοῦτο ἦν τὸ χωρίον. quorum verborum diversa sententia est: superiores scriptores omnes hunc locum, haec tempora neglexerunt, minus tractaverunt.

οὐδὲ ἐξηγήθη — Ἀλεξάνδρω ἐπεικότες. Si rejicis quae verba unci inclusi, omnia bene cohaerent et Arrianus ipse difficiliora verba: τὸ χωρίον τοῦτο ἐκλιπείς ἐνέβη explicat inde a verbis ὥστε πολὺ μείον et in seqq. Primus scholiastes adjecit verba οὐδὲ ἐξηγήθη ἐς ἀνθρώπους τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα ἐπαξίως, recte nostrum explicans, qui in praefatione de Alexandro scripserat οὐδ' ἔστιν ὑπὲρ οὗτου πλεονες ἀνέγραψαν. Si ab Arriano profecta essent ista verba, legeretur οὐδὲ γάρ, ut sint verba parentheses. Sed de his, si cui Arriani videbuntur, non multum pugnabo. Sequentia vero praeter omne dubium aliena sunt. Principium statim: οὐτ' οὖν non igitur alterius manum indicat, consequentiam incipientis, quae absurda est. Unde enim habet Alexandrum nec soluta oratione nec carminibus celebratum esse, Arriano ipso in praefatione contrarium dicente? Defuerunt insignes rerum gestarum praecones. — Variantem lectionem non invenio. *Schmiederus*. Haec verba scholion non redolent. Et illis quidem verbis de quibus Schmiederus se non pugnaturum esse profitetur aegre careas, quum permulti Alexandri res scripserint, neminem tamen ἐπαξίως hanc provinciam administrasse addendum esset. Non magis offensioni esse debebat οὐτ' οὖν, quod etiam 6, 26, 4. 7, 5, 2 legi Ellendtius annotavit. Similiter Plato Legg. 7 p. 803: τὸ δ' ἦν ἐν πολέμῳ μὲν ἄρα οὐτ' οὖν παιδιὰ περὶ νῦν οὐτ' αὖ παιδεία ποτὲ ἡμῖν ἀξιόλογος. Eodem modo in iisdem libris μήτ' οὖν — μήτε 6 p. 778. 7 p. 792. 8 p. 847. μήτ' οὖν — μηδ' αὖ 11 p. 913 in. et 949 et contra οὐδὲ — οὐτ' οὖν δὴ Plato Legg. 6 p. 775. Plura dabit J. A. Hartung Lehre v. d. Partikeln d. Gr. Spr. 2 p. 12, mire rem explicans. Videlicet in ejusmodi locis οὖν particula quandam confirmandi vim habet. Attamen quum Arrianus simpliciter dicere non potuerit neminem καταλογάδην Alexandri res scripsisse, nisi quid excidit, statuendum videtur vel illud ἐπαξίως hic repetendum esse vel colo quod ante οὐτ' οὖν ponitur deleto καταλογάδην vocem non ad ἐποίησεν sed ad ἐξηγήθη referendam esse.

καταλογάδην. Bekker Anecd. p. 840: „περὶς λέξεως“ τῆς καταλογάδην, τοῦτ' ἔστι τῆς μὴ ὑπὸ μέτρον. Isocr. 2, 7: πολλὰ τῶν μετὰ μέτρον ποιημάτων καὶ τῶν καταλογάδην συγγραμμάτων.

Ἰέρων. Syracusanorum rex fuit, in quem exstant quatuor Pindari Odae, quod bis equo celete lotiesque curru victoriam esset adeptus, Olymp. Od. 1, Pyth. Od. 1, 2 et 3. *Raphelius*. Syracusis regnavit ab Ol. 75, 3, a. C. n. 478 ad Ol. 78, 2, a. C. n. 467.

Γέλων. Frater hic fuit Hieronis, cujus laudes quis cecinerit ignoro. Pindarus quidem de eo silet. Caeterum dissensionem quae inter Theronem, Gelonem et Hieronem viguit, enarrat Joh. Benedictus Comment. in Pindari Olymp. Od. 2 p. 43. *Raphelius*. Gelo Gelae regnavit ab Ol. 72, 2, a. C. n. 491; Syracusis ab Ol. 73, 4, a. C. n. 485.

Θήρων. Theron hic Agrigentinarum tyrannus eundem Pindarus natus est praeconem Olymp. Od. 2 et 3. *Raphelius*. Mortuus est Ol. 77, 1 ἄρξας εἴη δέκα καὶ ἕξ. Diod. 11, 53.

3. ὁπότε quandoquidem. Gr. § 69, 47.

τῶν μυριάων decem millium, nempe Graecorum, Xenoph. hujus expeditionis 5, 3, 3. Nam praeter hos et alias copias Cyrus habebat 1, 2, 1. *Raphelius*.

Κλεάρχου. Hic interfecto Cyro imperium in Graecos ipsorum voluntate obtinebat 2, 2, 5. *Raphelius.*

καὶ τῶν ἄμα αὐτῷ ἀλόγτων παθήματα. Horum nomina et interitum memorat Xenophon 2, 5, 31, qui non proelio vel aperta vi, sed simulata capti amicitia, cum ad Tissaphernem, praetorem regum, venissent, contra fidem datam ab ipso comprehensi deductique ad regem trucidati sunt. 2, 6, 1. *Raphelius.*

ἦν Ζενοφῶν. De exped. Cyri 5, 10, 10. *Raphelius.*

Ζενοφῶντος ἔνεκα. Vide quanti a Graecis habitus quamque in omnium manibus fuerit Xenophon, ut ejus scripta plus valuerint ad famae celebritatem quam Alexandri victoriae. Et habent omnino isti libri de Cyri expeditione multam delectationem. Nam praeter summam orationis suavitatem, quae omnibus ejus scriptis est communis, quem non praecipue moveant Cyri, singularis viri, interitus Graecorumque fides atque fortitudo? Cujus studium in legendo non erectum retineant ancipites illi varique casus, quibus in itinere conflitati sunt iidem Graeci domum revertentes. *Raphelius.*

4. *καίτοιγε* et quidem, sive cum tamen, et tamen. *Raphelius.*

οὔτε ξὺν ἄλλῳ ἰστράτευσεν. Haec lecta Xenophontis historia rectius intelliguntur. Comparatur nempe Alexander cum illis decem millibus Graecorum, qui a Cyro mercede conduci ductu imperioque ipsius militabant. In quo longe illis praestitit Alexander, qui non apud alium stipendia meruit, sed suis auspiciis bellum gessit. Vertendum igitur: neque cum alio militavit, eo sensu quo Alexander Thalestrin Amazonum reginam interrogat an cum ipso militare vellet. Curt. 6, 5, 31. Sic infra de mercenariis militibus idem loquendi genus dicitur c. 16, 6: *ἔθαινε δὲ καὶ τοὺς μισθοφόρους Ἕλληνας οὐ ξὺν τοῖς πολεμίοις στρατεύοντες ἀπέθανον.* Eodem modo Xenoph. Anab. 1, 2, 2: *τοὺς ἠγυῖδας ἐκέλευσε σὺν αὐτῷ στρατεύεσθαι.* *Raphelius.*

οὔτε φεύγων μέγαν βασιλέα neque fugiens magnum regem Persarum, Artaxerxem, fratrem Cyri minoris, uti decem millia Graecorum, qui cum Cyro contra Artaxerxem steterant, Cyroque victo et interfecto in patriam se ex hostico recipere conabantur. Quem reditum fugae nomine appellat Arrianus, non quod ex acie fugerint, in qua ipsi quidem hostem his vicerant, Xenoph. 1, 8, 19. 10, 10 s., cum Cyrus et reliquis ejus exercitus infelicius pugnassent; sed quod sensim, ut sit in fuga non effusa, recesserint et insidias regis prudenter vitantes et vim, si inferretur, fortiter propulsaturi. Nam cum Dario [Cyro] caeso in mediis hostibus destituti essent neque tamen arma tradere vellent, quod se victos esse negarent, 2, 1, 9, factum est ipsorum cum virtute tum consilio ut eos rex neque aperto Marte aggredi auderet neque fraude in potestatem redigere posset suam. *Raphelius.* Regem fugere videbantur quod regis copiis aliquamdiu insequentibus ex ejus terris evadebant.

τοὺς τῇ καθόδῳ τῇ ἐπὶ τὴν θάλατταν ἐμποδῶν γιγνομένους ἐκράτησαν eos qui descensui ad mare impedimento erant vicat. Quod iidem Graeci fecerunt. Horum enim domum reditioni impedimento erant plerique populi per quorum regiones iter ipsis in patriam erat faciendum, quos tamen omnes superarunt, via armis facta. De quo reditu Xenophon copiosissime totis libris quatuor extremis [immo tertio et quarto]. Meminit ejusdem et infra Arrianus 2, 7, 8 s. *Raphelius.*

εἰς ἀνήρ. Thuc. 1, 80, 2: *ἐξήρουνται ὄλω ὅσος οὐκ ἐν ἄλλῳ ἐν γέ χωρίῳ Ἑλληνικῷ ἔσαν.* Similiter cum superlativo jungitur. V. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 1, 9, 12.

τηλικαῦτα — κατὰ — μέγεθος. Sic Polyb. 1, 39 p. 56 l. 14: *περιεπέσον χιμῶνι τηλοῦτόν τὸ μέγεθος.* *Raphelius.*

5. τὸ μὲν ὄνομα. Haec de nostro scriptore accurate persequitur celeberrimus Fabricius Bibl. Gr. l. 4 c. 8 p. 269 adductis ubique testimoniis. Nos ipsius tantum verba apponemus. Epicteto non incommode jungetur discipulus ejus celeberrimus, Flavius Arrianus, Nicomediensis Bithynus, propter eruditionem Atheniensi et Romana civitate donatus dignitatibusque auctus est. Adriano Caesari, admiratori Epicteti, charus, ab eo praefectus provinciae armatae, Cappadociae, et Xenophontis prisca non minus industria rerum gerendarum quam studio sapientiae, scriptis et nomine ipso aemulus bellavit contra Alanos et Massagetas, evectus etiam ad honores urbis senatorios ipsumque consulatum et in patria sacerdotio Cereris et Proserpinae functus. *Raphaelius.*

οὐδὲ τὸ γένος. Quum Gronovius articulum, quem C et D omittunt, addiderit, retinendum duxi, quod eum aliquoties lectore non admonito quaedam e codicibus emendasse viderem. Necessarium tamen non esse satis notum est. V. Sintenim ad Plut. Them. 6 p. 43.

ἀλλ' ἐκείνο ἀναγράφω —. Vertendum: sed illud scribo, mihi et patriam et genus et dignitates haec studia esse et jam a juventute fuisse. Hoc est quantum alii ob patriam, genus dignitatesve gloriantur et fatua adulatione sese ipsi prosequuntur; non minus ego, quamquam istis omnibus me conditio mea satis ornaverit, me amo non propter illa fortuita partim, partim futilia, sed propter sola studia mea, praeque iis omnia alia ista et contemno et contempsi semper. Ita Gronovius, cui assentior; dictumque hoc similiter arbitror ac illud Jobi 22, 25: et erit omnipotens aurum tuum et argentum viresque tibi. Vel si quis de puella ignobili et deformi, divite tamen dicat ei et genus et formam esse pecuniam, secundum tritum versiculum, vel contra de paupercula venusta dotem ei esse formam. Nisi quod ista ornamenta omnia et patriae et generis et honorum non defuerint Arriano, quibus tamen ipse adeo se ad gloriam uti nolle ait, ut, quasi nihil eorum habeat, omnem in litterarum studiis laudem suam ponat. Dodwellum quidem video de aetate peripli maris Euxini § 8 ex his Arriani verbis colligere propter eruditionem ipsi jus civitatis Romanae et Atheniensis una cum dignitatibus contigisse. Verum cum praeter patriam et honores etiam generis sui mentionem faciat, nullis autem id quidem litteris effici possit ut quis nobiliori quam est genere natus sit; nisi forte Arrianum etiam adoptatum propter doctrinam a nobili quodam homine dicas gentique alicui Romanae adscriptum, de quo tamen mihi quidem nihil constat: sequi malo Gronovii sententiam, si alterutra sola sequenda est. Sin utramque, quantum licet, conjungere placet, non inepte forsitan totus hic locus ita exponeretur: Quamquam non ignobilem nactus sum patriam, potior mihi tamen patria sunt litterae, in quibus totus habito, quarumque commendatione et Romanam et Atheniensem adeptus sum civitatem. Et licet nec genus mihi sit obscurum, majori tamen mihi laudi duco doctrinae gloriae quam generis splendorem. Denique etiam quos honores gessi, eos neque tanti facio quanti studia mea neque illos me sine his consequi potuisse agnosco. *Raphaelius.*

καὶ ἐπὶ τῷδε οὐκ ἀπαξιῶ. Liberum, credo, erit ut aliis, ita et mihi meam sententiam de loco tam difficili expromere, quem equidem ita intelligo: Et propterea non indignum me iudico primariis rebus in lingua Graeca, siquidem et Alexander primas tenet in armis. Ut τῶν πρώτων sit generis neutrius et τὰ πρώτα ἐν τῇ φωνῇ τῇ Ἑλλάδι sint res ante alias memorabiles et dignae quae Graeco sermone scribantur. Eae vero sunt res Alexandri, utpote et maximae et a Graeco gestae. Graeca enim lingua Graecorum omnino facta maxime celebrari par est. Esse autem illa πρώτα ἐν τῇ φωνῇ τῇ Ἑλλάδι res gestas Alexandri particulae istae εἴπερ οὖν καὶ declarant, quae prorsus eundem usum praestant infra 7, 20,

1: οὐκ οὖν ἀπαξιούειν καὶ αὐτὸν τρίτον ἂν νομισθῆναι πρὸς Ἀράβων θεόν, οὐ φαυλότερα ἔργα Διονύσου ἀποδειξάμενον, εἶπερ οὖν καὶ Ἀράβων κρατήσας ἐπιτρέψειεν αὐτοῖς, καθάπερ Ἴνδοῖς, πολιτεύειν κατὰ τὰ σφῶν νόμιμα. Hic quae sint illa οὐ φαυλότερα ἔργα non minora facinora adhibitis iisdem particulis ostenditur, εἶπερ οὖν καὶ, nempe quod devictos Arabas liberos esse siverit. Id ergo dicit Arrianus: Cum in studiis ego mea ponam et a juventute posuerim omnia, propterea non indignum me censeo qui de his rebus scribam, quae maximae sunt in lingua Graeca dignaeque ut ab homine hujus linguae peritissimo exponantur. Omnes enim bellica gloria superavit Alexander. Gronovius aliter: Imo, inquit, ille dicit, quia ab juventute semper mihi curae fuerunt litterae, ideo non dedignor me inter primos (scilicet qui hodie vivunt et ea utuntur) in ejus linguae usu, sicut Alexander in usu armorum. Haec ille. Uter rectius lectoris esto judicium. *Raphelius*. Propterea (quia a juventute literis deditus fui et tantam jam gloriam nactus sum) non indignum me iudico qui, siquidem Alexander iis qui primi in armis fuere accensendus est, primis in literis vel principibus Graecorum scriptoribus accensear, i. e. ego tam vere sum in primis graecis scriptoribus quam Alexander in primis imperatoribus. — Si alii aliter locum explicare studebant, ortum id ex cupidine gloriationis Arrianum crinine absolvendi, qui labor irritus. Cf. finis libri septimi et St. Croix p. 25. *Schmiederus*. Οὐκ ἀπαξιούειν ἑαυτὸν τῶν πρώτων ἀνδρῶν vereor ut Graece dicere licuerit. Sed etiamsi τῶν πρώτων pro neutro accipiendum est, tamen sententia possit esse ea quam Schmiederus voluit; sed potest etiam significari quod *Raphelius* statuit, eamque revera scriptoris mentem esse ex eo apparet quod non καθάπερ οὖν, sed εἶπερ οὖν dixit. Merito igitur arrogantiae crimen propulsabimus, quae nulla est in verbis 7, 30, 3: ὠρμήθηεν οὐδ' αὐτὸς ἀνευ θεοῦ ἐς τήνδε τὴν ξυγγραφήν. Nam in his ego potius Stoicam quandam modestiam agnosco. Sed ita alterum τῶν, quamquam suspicari licet a Gronovio ex codicibus sumptum esse, vix ferri poterit.

6. Ἀρίσβην. Steph. Byz.: Ἀρίσβη πόλις τῆς Τρωάδος, Μιτυληναίων ἄποικος, — κεῖται μεταξὺ Περκώτης καὶ Ἀβύδου. Strabo 13, 1 p. 590: οὕτω δ' ἀφανῆ τὰ χωρία ταῦτά ἐστιν ὥστε οὐδ' ὁμολογοῦσι περὶ αὐτῶν οἱ ἱστοροῦντες, πλὴν ὅτι περὶ Ἀβυδὸν ἐστὶ καὶ Λάμψακον καὶ Πάριον καὶ ὅτι ἡ Παλαιπερκώτη μετανομάσθη ὁ τόπος.

ἐς Περκώτην. sc. ἦκε, ad Percoten venit. *Raphelius*. Steph.: Περκώτη καὶ Παλαιπερκώτη πόλις Τρωάδος, ὁ πολίτης Περκώσιος. Cf. interpr. ad Herod. 5, 117.

τῇ δὲ ἄλλῃ sequenti autem die. *Raphelius*.

Λάμψακον. V. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 7, 8, 1.

πρὸς τῷ Πρακτίῳ. [Strabo 13, 1 p. 590: οὗτοι δὲ οὗτοι μεταξὺ Ἀβύδου καὶ Λαμψάκου.] Non jam statuitur ab Arriano Alexander ultra Lampsacum recta progrediens per littora, sed quum hanc urbem praterisset, relicto mari, prope quod huc usque tenuerat, deflectens in mediterranea videtur occurrisse Practio, qui fluvius est inter Abydum et Lampsacum exeat in mare, ita tamen errat, ut flexus ejus proficiscentibus ultra Lampsacum versus Colonas sit transeundus. *Gronovius*. Idem admonet Idaeorum montium pedem pertinere Zeleam usque Cyziceni agri ex Strab. 13 p. 583.

ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν τὴν μεταξὺ τοῦ Ἐ. τε καὶ τοῦ Ἐ. π. influit in mare quod est inter Hellespontum et Euxinum pontum, id est in Propontida. *Raphelius*.

Ἐρμωτον. Pro illo Ἐρμωτον, quod nauci non est, repono Γέργηθον. Sane situs inter Practium fluvium et Colonas exacte congruit. *Holstenius* ad Steph. Byz. in Γεργίῳ cl. Strab. 13, 1 p. 589: ἐν δὲ τῇ Λαμψακηνῇ τόπος ἐδάμπελος Γεργίθιον ἦν δὲ καὶ πόλις Γεργίθα. Vide omnia annon exigant Μέρμιτον. Stephanus Μερμησσόν appellat πόλιν Τρωικήν, Μερμησσόν vero πόλιν περὶ Λάμψακον; quae haud dubie quum sit eadem, ab Stephano

apud diversos auctores diversimode scripta pro diversa ac duplici fuit habita; verum tamen fuisse *Μερωησσόν* statuit Valesius [ad Excerpta Nicolai Damasceni p. 69]. *Γρονόσιος*.

Κολωνάς. Strabo l. 1.: *Μιλησίων δ' [ἀποικοί] εἰς καὶ Κολωναὶ αἱ ἐπὶ τῆς Ἀστυάχου ἐν τῇ μεσογαίᾳ τῆς Ἀσσυριακῆς*.

7. τῶν [τό]τε *ἑταίρων*. Mss. omnes, inter quos etiam optimus ille, τῶν τε *ἑταίρων* erasis duabus litteris; quin imo sic et Veneta et Basileensis editio. *Γρονόσιος*. *Τότε* Vulc.

τὴν Ἴλην τὴν ἐξ Ἀπολλωνίας. *Ἴλη ἢ ἐξ Ἀπολλωνίας* est turma ex Apolloniatis conscripta. *Γρονόσιος*. Apolloniae nomen quibus fuerit viginti quattuor urbes enumerat Steph. Byz. Hic sine dubio ea significatur quae Olyntho vicina fuit. Xenoph. Hell. 5, 2, 11: (*Ἀκανθος καὶ Ἀπολλωνία*) *μέγιστα τῶν περὶ Ὀλυνθον πόλεων*. Alia videtur fuisse quam Strabo Exc. 7, 16 p. 331 inter Galepsum et Nesti ostium collocat.

τῶν προδρομῶν καλουμένων. *Πρόδρομοι* (ἑπτεῖς) 1, 14, 6. 2, 9, 2. 3, 8, 1. 12, 3 itidem speculandi causa praemissi 3, 7, 7. Praecursores memorat Liv. 26, 17, praecursatores Ammian. 16, 12, 8. cf. Salmasium de mil. Rom. c. 13.

Πριάπον πόλιν. Apud Arrianum falso legimus *Πριάμου πόλιν* pro *Πριάπου*. *Ἐπώνυμος γάρ ἐστι τοῦ Πριάπου τοῦ τιμωμένου παρ' αὐτῆς* (al. *αὐτοῖς*) ait Strabo 13 p. 587. *Freinshemius*. Ita [*Πριάμου πόλιν*] Gronovius ex Msstis; pro quo alii *Πριάμου πόλιν*, Blancardus vero legendum putat *Πριάπου*. *Raphelius*. Accusativum requiri vidit Gronovius, male *Πριάμου* defendens. Loci situm docet Strabo 13, 1 p. 587: *τοῦ δὲ Αἰσίηπου καὶ τοῦ Πριάπου μεταξὺ ὁ Γρανικός θεῖ*. — *Πριάπος δ' ἐστὶ πόλις ἐπὶ Θαλάττῃ καὶ λιμὴν· κίσμα δ' οἱ μὲν Μιλησίων γασί, — οἱ δὲ Κυζικηνῶν*. — *σφόδρα εὐάμπελός ἐστιν ἡ χώρα καὶ αὕτη καὶ ἡ ἐφεξῆς ὄμορος ἢ τε τῶν Παριανῶν καὶ ἡ τῶν Ἀσσυριακῶν*. Mannert 6, 3 p. 522: a Pario ex tab. Peut. 15 mill. distabat. Hodie eodem situ Karaboa vicus.

8. *Σπιθριδάτης*. Emendavi *Σπιθριδάτης*, cum editum esset *Μιθριδάτης*. Id *ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα* constabit. *Blancardus*. Hanc restitutionem hactenus juvat codex optimus ut exhibeat *Πιθριδάτης*. *Gronovius*. *Arsamenem*, *Arситеm*, *Rheomithrem*, *Spithrobatem* nominat Diod. 17, 19. *Spithridati* *Rhoesacem* praetorem addit Plut. Alex. 16. Infra 2, 11, 8 etiam *Ἀπύσης τῶν ἐπὶ Γρανικῷ ἡγήσαμένων τοῦ ἱππικοῦ* memoratur, quem Diod. 17, 21 adeo in hac pugna occisum esse tradit.

τῆς πρὸς Ἑλλησπόντιω Φρυγίας. *Ἀρσίτου σατραπίου τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντιω Φρυγίας* meminit etiam Pausan. 1, 29, 7. *τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντου Φρυγίαν* dixerunt Polyb. 22, 5, 14. 27, 10, Strabo 12, 3 p. 543. 4 p. 563 (ubi paulo ante *ἡ Ἑλλησποντικῆ Φρυγία*). 566, *ἡ περὶ Ἑλλησποντον* Xen. Cyr. 7, 4, 8. Apud Xenophontem Cyr. 2, 1, 5 pro *Φρυγίας τῆς παρ' Ἑλλησποντον*, quod rursus legitur ib. 4, 2, 30 et 8, 6, 7, aliquot libri *πρὸς Ἑλλησπόντιω* habent. De re Strabo 12, 8 p. 571: *Φρυγία ἢ μὲν καλεῖται μεγάλη, ἣς Μίδας ἐβασίλευσε καὶ ἣς μέρος οἱ Γαλάται κατέσχον· ἢ δὲ μικρά, ἢ ἐφ' Ἑλλησπόντιω καὶ ἡ περὶ τὸν Ὀλυμπον, ἢ καὶ ἐπίχτιος λεγομένη*. Id. 2, 5 p. 129: *ἡ ἐντὸς Ἄλως χώρα λεγομένη περιέχουσα μὲν πρὸς τῷ Πόντῳ καὶ τῇ Προποντιδῇ Παφλαγόνιας τε καὶ Βιθυνούς καὶ Μυσούς καὶ τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντιω λεγομένην Φρυγίαν, ἣς ἐστὶ καὶ Τρωάς*.

Ζελεία. Strabo 13, 1 p. 587: *ἡ Ζελεία ἐν τῇ παρωρεῖᾳ τῇ ὑσάτῃ τῆς Ἰδῆς ἐστιν, ἀπέχουσα Κυζικίου μὲν σταδίων ἐνενηκόντια καὶ ἑκατόν, τῆς δ' ἐγγυτάτῳ Θαλάσσης, καθ' ἣν ἐκδιδῶσιν Αἰσίητος, ὅσον ὀγδοήκοντα*. Cf. Mannert. 6, 3 p. 524 ss.

9. *Μέμνων*. Diod. 17, 18: *διαβεβημένος ἐπὶ συνέσει στρατηγικῇ*. cf. c. 7. Plura de eo volenti dabit idem 16, 52, ubi cf. Wesseling.

διὰ κινδύνου λέναι. *Κίνδυνος* pro praelio infra 2, 7, 9 et κινδύ-

νεύειν pro dimicare 1, 15, 2. 20, 1. 2, 25, 2. Haud dissimiliter Xenoph. de exped. Cyri 3, 2, 8: διὰ παντός πολέμου ἀποτίς ἔναι omnij genere belli eos persequi. V. supra 1, 7, 10. *Raphelius*.

περὶόντας — καὶ — παρόντος. De accusativo et genitivo conjunctis v. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 1, 10, 6. cf. infra ad 4, 1, 5.

προϊόντας δέ sed progredientibus. Δέ pro ἀλλά post negationem. Meminit hujus consilii et Curtius 3, 4, 3. Vult eos Memnon progredi quousque tuto possent omnibusque vastatis retro concedere. Cf. Gronov. *Raphelius*. Verius dixisset auctor ὑποχωροῦντας, ut paulum retro cederent corruptis omnibus et facta ingenti solitudine. Verum tamen potuerunt adhuc post intellectum Alexandri transitum in Asiam multa progressi ante se vastare, ut omne hoc iter quod huc usque peregit Alexander. *Gronovius*. Ita intelligi possit cur maxime huic consilio adversatus sit harum regionum satrapes Arsites. Verum tamen quum etiam qui recedunt progrediantur, non dubito quin Arrianus προίεναι hic pro ὑποχωρεῖν dixerit cl. Xenoph. Anab. 1, 4, 18: (τὰ πλοῖα) τότε Ἀβροκόμας προίεν κατέκασεν. et 1, 6, 1: ἐπιεῦθεν προϊόντων ἐγαίνετο ἔγνη ἔπιων. — οὔτοι προϊόντες ἔκαιον καὶ χιλὸν καὶ εἴ τι ἄλλο χρήσιμον ἦν. Ceterum postea auctore Curtio 4, 9, 8 eodem consilio Darius Mazaeo mandavit ut regionem quam Alexander esset aditurus popularetur atque ureret. Adde Ammian. 24, 7, 7: hostes ut inedia nos cruciarent, herbas cum adultis segetibus incenderunt: et conflagratione procedere vetiti stativis castris, dum flammae senescerent, tenebamur.

10. ἔπὸ οἱ. Sic 5, 21, 3, παρὰ οἱ 5, 20, 7. 7, 12, 2, ἀπὸ οὗ 7, 7, 4. 12, 3, ἔπὸ οὗ Appian. b. c. 3, 43, ἀντὶ οὗ 3, 80. Talia ne apud posteriores quidem scriptores omnes reperias; Atticorum apud poetas, veluti παρ' οἱ Eur. El. 924, quibus annumeres μετὰ οὗ Plat. rep. 393 e. Cf. Gr. 51, 2 an. 4.

προσθέσθαι Xenoph. de exped. Cyri 1, 6, 10: ταύτη δὲ τῆ γνώμη καὶ τοὺς ἄλλους προσθέσθαι, ad hanc sententiam et ceteros accessisse. *Raphelius*. Cf. Dion. Arch. 7, 57. 8, 90. 10, 52.

τῆς ἐκ βασιλείως τιμῆς ἔνεκα regii honoris continuandi causa. *Vulcanius*. Honoris a rege tributi causa. Plus enim in uno Memnone spei habebat Darius quam in ceteris omnibus. Curt. 3, 2, 1. Unde et imperium ipsi inferioris Asiae totiusque classis concesserat, infra 1, 20, 3. 2, 2, 1. Eundemque solum Alexander ob industriam et rei bellicae peritiam verebatur. Curt. 3, 1, 21. *Raphelius*. Huic interpretationi favere dixeris 3, 26, 1 cl. 7, 10, 3. Sed sententia requirit ut potius de honore diutius retinendo augendoque cogitemus.

C. 13.

1. τὸν Γρανικόν. Strabo 13, 1 p. 587: τῶν δὲ Αἰοήπου καὶ τοῦ Πριάπου μεταξύ ὁ Γρανικός δὲ τὰ πολλὰ δι' Ἀδριατίας πεδίου, ἐφ' ᾧ Ἀλέξανδρος τοῖς Δαρτίου σατραπίας ἀνὰ κράτος ἐνίκησε συμβαλὼν καὶ πᾶσαν τὴν ἐντὸς τοῦ Ταύρου καὶ τοῦ Εὐφράτου παρέλαβεν. De fontibus ejus cf. p. 602. In mare influit 27 mill. a Priapo ex tab. Peut. V. Mannert. p. 523.

διπλῆν μὲν τῆν φάλαγγα. Ita infra 3, 14, 5. De duplicatione phalangis vide Aelian. Tact. 29. Διφαλαγγίαν hanc nominat Polyb. 2, 66: ἐπέσιση δὲ διφαλαγγίαν ἐπάλληλον τῶν Μακεδόνων· ἐποίησεν δὲ τοῦτο διὰ στενότητι τῶν τόπων, phalangem Macedonum duplicem, cujus pars altera alteram sequebatur, pone hos locat: propter locorum angustias id facere coactus. Et 12, 11: ἄγειν διφαλαγγίαν ἢ

περαγαλαγγίαν copias ducere divisos in duo vel etiam quatuor agmina, quae se aliud post aliud sequantur. *Raphelius*.

ἐπιτάξας ἔπεισθαι extrema subsequi iubet. *Vulcanius*. Cf. Gr. 55, 3 ann. 20. Paulo aliter 2, 8, 4.

τοὺς σαρισσοφόρους. Curt. 4, 15, 13: Areten ducem hastatorum quos sarissophoros vocant. Infra 4, 4, 6 τῶν σαρισσοφόρων ἴλας τέσσαρας memorat. Areten τοῖς προδρομοῖς ἱππεύσει praefectum fuisse legimus 3, 13, 3, ut hi iidem fuisse videantur.

2. καὶ οἱ. Rectius opinor, καὶ οἱ et ei.

τὴν στρατιάν — μαχομένους. v. Kr. ind. ad Thuc. in Congruenz. Cf. 14, 5. 29, 5.

3. βασιλεῦ. Recte suspicatur Ellendius ᾧ particulam excidisse, quam Arrianus nusquam ante βασιλεῦ et Ἀλέξανδρε vocativos omisisse reperiatur. Similiter tamen Herodotus quum ᾧ βασιλεῦ dicere soleat, 8, 102: βασιλεῦ, χαλεπὸν μὲν ἐσσι συμβουλευομένῳ τυχὴν τὰ ἄρματα εἶπασαν.

τὰς στοάς ἐν αἷς τὰ βέλη αὐτοῖς ἀπέχειτο. Xenoph. Hell. 5, 4, 8: τοῖτους μὲν ταχὺ τῶν ἐκ τῆς στοᾶς ὅπλων καθελόντες ὥπλισαν. Plut. Pel. 12: τοὺς προσόντας ὥπλιζον ἀγαιροῦντες ἀπὸ τῶν στοῶν τὰ περιζέμενα σῦλα. Polyb. 5, 8, 9: τῶν ὅπλων τῶν ἐν ταῖς στοαῖς ἀνακειμένων τὰ μὲν πολυτελῆ καθαιροῦντες ἀπεκόμιζον, τινὰ δ' ὑπῆλλαιον. Itaque στοάς nomine etiam armamentarium significatum esse suspicari licebit, appellatione, ut videtur, a forma aedificii ducta. Cf. Schol. Aristoph. Eccl. 14: στοάς. τὰ ταμῖα ἐν οἷς ὁ σίτος στοάς λέγονται· καὶ γὰρ παραμῆχη. Thuc. 8, 90, 6.

3. τῶν δὲ καὶ προσήψατο ἢ φλόξ—quasdam vero etiam comprehendit flamma et ex porticibus et ex turri plurima illata, vento etiam nonnihil illuc ferente. Nempe tectis muro vicinis Persae ipsi subjecerant ignem, quasdam vero domus a moenibus remotiores flamma sponte sua invasit, porticibus turrique late fundentibus incendium, vento etiam adjuvante. Οἱ δὲ autem pro quibusdam dici notissimum est. Sic 1. 5, 1. 2, 1, 2 et Matth. 18, 17, ad quem locum exempla ex Xenophonte adscripsimus. *Rapheliius*.

αὐτῶν δὲ οἱ μὲν. Persae nimirum et mercenarii, uti mox Arrianus ipse explanat § 5. *Rapheliius*.

ἐς τὴν ἄκραν τὴν ἐν τῇ νήσῳ. Gronovius legendum conjicit ἐς τὴν Ἀρχόννησον citatque in eam rem Strabonem 14, 2 p. 656, qui Arconnesum non procul ab Halicarnasso sitam narrat. *Rapheliius*. Strabo l. l.: ἔχει δ' ἀκρόπολιν ἢ Ἀλικαρνασσός· πρόκειται δ' αὐτῆς ἡ Ἀρχόννησος.

Σαλμακίδα. Arcis hoc Halicarnasseae nomen fuit, inditum a fonte qui ibi est vulgatissimae famae. Vitruv. 2, 8 cit. Freinsh. Suppl. 2, 10, 21. *Rapheliius*. Strabo l. l.: ἡ Σαλμακίς κρήνη διαβεβλημένη οὐκ οἶδ' ὅπόθεν ὡς μαλακίζουσα τοὺς πόντους ἀπ' αὐτῆς.

οὕτω καλουμένην. Sic passim posteriorum aetatum scriptores οὕτω adverbium addunt ubi priores solis participiis καλούμενος, λεγόμενος, ὀνομαζόμενος usi essent. Minus tamen huc pertinet 7, 23, 3. Aptiora requirit dabit Schaeferus Melett. critt. p. 14. Itaque non erat quod Schmiederus conjiceret οὕτω καλουμένην ἀπὸ τῆς πηγῆς τῆς Σαλμακίδος ἐν ταύτῃ ἢ ἄκρῳ vel simile quid Arrianum scripsisse.

4. *καίτοι* — *γιγνόμενον*. Hoc enunciatum ad sequentia referendum est. Atticus scriptor potius dixisset *καίπερ ὄντος*.

ἀμφὶ μέσας πονύχτας. *Πού* encliticum ferme, circiter. *Raphaelius*.

ὁ δὲ saepius sic in apodosi legas apud Herodotum; Attici fere hac ratione abstinere. Cf. Kr. ad Thuc. 2, 65, 3.

ἔτι ἐμπιπράντας qui etiam nunc incendebant. *Raphaelius*.

5. *ἔως*. Praeter hunc locum semper obtinet apud Arrianum forma Attica *ἔως*. *Ellendtius*. Propterea correxi, quamquam non ignoro *τοὺς κοινούς* passim Ionica forma uti.

ἔξελόντι οἱ τὴν πόλιν ἤδη πᾶσαν postquam expugnasset ipse urbem jam totam. Nondum enim everterat. *Raphaelius*. Infinitivi subjectum est τὸ πρῶγμα, ne quis *μὴ ἔξελειν* excidisse suspicetur. Cf. 1, 18, 6. Soph. OT. 983: *ταῦθ' ὅτω παρ' οὐδέν ἐσι ἔρῃσια τὸν βίον γέρει*. Eur. Or. 569: *παρ' οὐδέν αὐταῖς ἦν ἄν ὀλλόναι πόσους*.

7. *κατὰ νόμον τῶν Καρῶν ξυνώκει*. Vertendum erat: Carum tamen lege eliam maritus erat, non vero uxor. *Ξυνοικεῖν* enim de maritis dicitur. V. 1 Petri 3, 7. Rectius Blancardi editio: Carum tamen lege eandem et uxorem sibi conjunxit. *Raphaelius*. De re v. Strab. 14, 2 p. 656: *Ἐκατόμνω τῷ Καρῶν βασιλεῖ ἦσαν νιοὶ τρεῖς, Μαύσωλος καὶ Ἰδριεὺς καὶ Πιξώδαρος, καὶ θυγατρὶς δύο, ὣν τῇ πρεσβυτέρῃ Ἀρtemισίᾳ Μαύσωλος συνώκησεν ὁ πρεσβύτατος τῶν ἀδελφῶν, ὁ δὲ δεύτερος Ἰδριεὺς Ἄδα τῇ ἐτίμῃ ἀδελφῇ. Ἰβασίλειε δὲ Μαύσωλος, τελευτῶν δ' ἄτεχνος τὴν ἀρχὴν κατέλιπε τῇ γυναίκι, ὅγ' ἦς αὐτῷ κατοικεῖν ὁ λεγθεὶς τάχος. γῆσίει δ' ἀποθανούσης διὰ πένθος τοῦ ἀνδρός Ἰδριεὺς ἤρξε καὶ τοῦτον ἡ γυνὴ διεδέξατο νόσφ τελευτήσαντα· ἐξέβαλε δὲ ταύτην Πιξώδαρος, ὁ λοιπὸς τῶν Ἐκατόμνου παίδων. Mausolus mortuus est Ol. 106, 4 auctore Diod. 16, 36. Artemisia decessit Ol. 107, 2. v. eundem 16, 45. Idrius mortem obiit Ol. 109, 1. v. eundem 16, 69. Adam Ol. 109, 4 regno ejectam esse tradit idem 16, 74. Plura de Cariae regulis v. apud Clinton. Fastis Hell. c. 14 et Pflugk. de Theop. p. 23 ss.*

νενομισμένον. V. ad 1, 29, 2.

καὶ γυναῖκας ἄρχειν ἀνδρῶν. Eundem verborum ordinem et in Latino retinendum puto reddendumque: ut feminae imperent viros. Neque sine causa originem hujus moris rerum gestarum narrationi immiscet Arrianus. Nam cum plerisque populis tum vero Romano, sub cujus ditione fuit Arrianus, adeo ignominiosum habebatur viros feminae imperio subdi, ut quibus femina dominetur, eos non modo a libertate, sed etiam a servitute degenerare judicaverint. Tac. An. 12, 40, 6 et Germ. 45, 11. *Raphaelius*. Cf. Tac. A. 2, 3: socialis more externo in matrimonium regnumque. Schmiederus conferri jubet Freinshem. ad h. l. et Curt. 3, 11, 24.

Πιξώδαρος. Numi habent *Πιξώδαρος*. V. Thesaur. Brandenb. t. 3 p. 17. Spanhem. de numism. diss. 8 p. 529. *Ellendtius*. Sic in senario apud Athen. 11 p. 472: *ὁ γλαδὴ Πιξώδαρον*, cf. editores ad Plut. Alex. 10. Ejus filiam aliquot ante annis Alexander in matrimonium ducere voluerat. V. Plut. Alex. 10.

8. *Ὁροντοβάτης*. Intelligendum est Orontobatem defuncto socero Pexodaro regnum Cariae tenuisse. Idque adeo ex optimo codice producit Gronovius, qui ita habet: *αὐτὸς δὲ κατέχε τὰ πρόγγραμα. τελευτήσαντος δὲ Πιξωδάρου* (sic enim ille) *Ὁροντοβάτης τὴν Καρῶν* —. *Raphaelius*. Strabo l. l. *Περσείας δὲ [Πιξώδαρος] μεταπεμπεται σαυράπην ἐπὶ κοινῶν τῆς ἀρχῆς ἀπελθόντος δ' ἐκ τοῦ ζῆν καὶ τοῦτον κατέχεν ὁ σαυράπης τὴν Ἀλικαρνασσόν· ἐπειθόντος δὲ Ἀλεξάνδρου πολιορκίαν ὑπέμεινε, ἔχων Ἄδων γυναῖκα, ἧς θυγάτηρ ἦν Πιξωδάρου ἐξ Ἀμφίδος, Καππαδοζίας γυναικός.*

Ἰλινδα. Tribus mill. geogr. a Stratonicea in orientem et meridiem versam sitam fuisse ex Ptolemaeo tradit Mannert 6, 3 p. 288.

ἐν τοῖς ὄχρωτάτων. Idem hoc esse puto ac si scripsisset: *ἐν τοῖς μάλισια ὄχρον*, munitum imprimis. V, 7, 13, 6. Sic Plato ep. 10: *ἀκούω Δίωνος ἐν τοῖς μάλισια εἰταῖρον εἶναι σε*, audio te Dionis amicum imprimis esse. *Raphelius*. V. Gr. § 49, 10 an. 6.

ἀπήντα. Strabo p. 657: *ἡ δὲ τοῦ Ἐκατόμου θυγάτηρ Ἄδα, ἣν ὁ Πιξώδαρος ἐξέβαλεν, ἱκετεύει τὸν Ἀλέξανδρον καὶ πείθει κατὰγειν αὐτὴν εἰς τὴν ἀφαιρεθείσαν βασιλείαν, ὑποσχόμενη ἐπὶ τὰ ἀγεστώτα συμπράξαι αὐτῷ· τοὺς γὰρ ἔχοντας οἰκίους ὑπάρχων αὐτῇ παρεδίδου δὲ καὶ τὰ Ἰλινδα, ἐν οἷς διέτριβεν αὐτῇ· ἐπαινέσας δὲ καὶ βασιλίωσαν ἀναδείξας ἀλούσης τῆς πόλεως πλὴν τῆς ἀκρας, διττῇ δ' ἦν ἐκείνη, πολιορκεῖν ἔδωκεν. ἑάλω δὲ ὀλίγῳ ὕστερον καὶ ἡ ἀκρα πρὸς ὄργην ἦδη καὶ ἀπέχθειαν τῆς πολιορκίας γενομένης.*

παῖδά οἱ τιθεμένη Ἀλέξανδρον. Plut. Alex. 22: *Ἄδαν ἐποιήσατο μητέρα καὶ Καρίας βασίλισσαν ἀπέδειξεν.*

αὐτῇ ipsi. Sic eadem collocatione *αὐτὸν* 1, 25, 2.

ἄρχειν ἀπάσης ἔδωκε. Sic etiam Plut. l. l. nec dissentit Diodorus 17, 24. Itaque quod Plin. 5, 29 tradit: Sex oppida contributa ei (Halicarnasso) sunt a magno Alexandro, Theangela, Sibde, Medmassa, Euranium, Pedasum, Telmissum, ea Mannert l. l. injuria statuit non Halicarnasso, sed Adae donata esse. Quippe Adae regnum aliquanto latius patebat. Halicarnassiis autem, jam non infestus ex quo expugnati erant, sex ignobilia oppida *συντελεῖν* voluit, ut urbis opes rursus auferentur.

C. 21.

2. *ἐπαναγάγωσι*, in Macedoniam reduxissent. Sintenis cens. alt. p. 145 *ἐπανάγωσι* conjecit, ut Vulcanius convertit. Favet *ἐπανίωσι*.

3. *ἐπὶ Φρυγίαν*. Intellige magnam. *Schmiederus*.

τῆς παραλίου, ut 2, 1, 1 et 7, 20, 2, ἡ *παραλία* 3, 22, 4, 6, 15, 4, 20, 5. Eadem inconstantia Diodorus. Attici (ut Her. 7, 185) ubi γῆ intelligitur ἡ *παραλία* dicere solent. v. Thuc. 2, 56, 1, 2, Isocr. 4, 149, 5, 112, 12, 60, 166. Plerumque etiam substantivo addito. v. Inscr. 178, 179, Aesch. Pro. 573, Eur. Jon. 1592, Rhes. 700. Sed *ὄρσι παραλλοῖς* Soph. Aj. 1066.

4. *Ἐπαρνα*. Arx Cariae, ut ex nostro loco apparet, praeter quem locum eam nusquam memoratam vidi. *Schmiederus*.

Τελμισσέας. Strabo 14, 3 p. 665: (τοῦ *Λυκίων ὄρου*) *πλησίον ἐστὶ Τελμισσός, πολίγη Λυκίων, καὶ Τελμισσός ἀκρα, λιμένα ἔχουσα*. Plura v. apud Cellar. Nolit. orbis ant. 2 p. 106 ss. et Mannert 6, 3 p. 174 ss.

περάσας δὲ — Sequitur ex hoc loco celebria ista oppida ad laevam Xanthi sita fuisse. In mappis non ita scripta sunt. *Schmiederus*.

Πίναρα. Strabo 14, 3 p. 665: *ὁ Κράγος (mons) ἔχων ἀκρας ὅτι καὶ πόλιν ὁμώνυμον*. — *ὑπόκειται δὲ τῷ Κράγῳ Πίναρα ἐν μεσογαίᾳ, τῶν μεγίστων ὅσα πόλειαν ἐν τῇ Ἀσσίᾳ*. cf. Seph. Byz. in v, et in *Ἀρτύμνητος*: — *λόγον στρογγύλον κατοικῆσαι καὶ καλεῖσαι τὴν πόλιν Πίναραν, ἣν μεθερμηνεύεσθαι στρογγύλην· τὰ γὰρ στρογγύλα πάντα Ἀύσιοι πίναρα καλοῦσιν*.

Ξάνθον. Strabo l. l.: *εἶθ' ὁ Ξάνθος ποταμός, ὃν Σιῶβην ἐκάλουον οἱ πρότερον· ἀναπλεύσαντι δ' ὑπηρετικοῖς δέκα σταδίου τὸ Ἀητῶν ἐστὶ, ὑπὲρ δὲ τοῦ ἱεροῦ προελθόντα ἐξήκοντα ἢ πόλις ἢ τῶν Ξανθίων ἐστὶ, μεγίστη τῶν ἐν Ἀσσίᾳ*. Sexaginta stadiis a mari ponit Periplus. Male Plin. 5, 28: Xanthus

a mari XV M passuum. De nomine Zirba, Bocharto auctore in Arabum et Phoenicum lingua idem est quod ξανθός.

τὴν πόλιν. Sic Dion. Arch. 1, 43: ἐξ Ἰλίου τῆς πόλεως. Plut. Cleo 7: Ἡρακλῆαν καὶ Ἀλσειαν πῆς πόλεις. cf. Gr. § 50, 7 an. 3.

Πάταρα. Strabo l. 1: μετὰ δὲ τὸν Ξάνθον Πάταρα, καὶ αὕτη μεγάλη πόλις, λιμένα ἔχουσα καὶ ἱερὰ πολλά. Periplus sexaginta stadiis a Xanthi ostiis ponit. Ruiuae etiamnunc vocantur Patera. V. Mannert 6, 3 p. 170 s. Μεθερμηνεύεσθαι δὲ τὴν πατῆραν Ἑλληνιστὶ κίστην. Steph. Byz. in v.

5. ἐς τὴν Μιλυάδα. Strabo 13 extr.: Μιλῦα δ' ἐστὶν ἢ ἀπὸ τῶν κατὰ Τερμησσὸν στενῶν καὶ τῆς ἐς τὸ ἐντὸς τοῦ Ταύρου ὑπερθέσεως δὲ αὐτῶν ἐπὶ Ἰσωνδῶν παρατείνουσα ὄρεινῃ μέχρι Σαγαλασοῦ καὶ τῆς Ἀπαμείων χώρας. Arriani Milyadem longius meridiem versus pertinuisse pariterque Ptolemaeum septentrionalem Lyciae partem hoc nomine appellasse tradit Mannert 6, 2 p. 142. cf. locum ad § 6 adscriptum.

στεφανῶσαι. Infinitivus hic cum ἤκειν ut cum πέμπειν verbo passim conjungitur. cf. ad Thuc. 1, 128, 2. Quod diversae orationis formae copulantur: ἤκον περὶ φιλίας τε καὶ στεφανῶσαι nemini offensionis erit. cf. Gr. § 59, 2 ann. 3.

καὶ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν. Ordo et sententia verborum est: et plerique ex Lycia inferiore mittentes legatos agebant de iisdem rebus, de quibus nempe Phaselitae. Nam primo conjungenda sunt ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἐπρεσβενον, sicut 1, 29, 6: ἤκειν ὑπὲρ τῶν αὐτῶν πρεσβευομένους. Deinde uti loco jam citato πρεσβεύεσθαι est in legatione quippiam agere, ita hic πρεσβεύειν est per legatum agere, itemque 1, 5, 2. *Raphelius.*

6. ἐς τὴν Φασηλίδα. Liv. 37, 23: In confinio Lyciae et Pamphyliae Phaselis est; prominēt penitus in altum conspiciturque prima terrarum Rhodum a Cilicia petentibus et procul navium praebet prospectum. Strabo 14, 3 p. 666: Φασηλῖς, τρεῖς ἔχουσα λιμένας, πόλις ἀξιόλογος καὶ λιμνη. ὑπέγκειται δ' αὐτῆς τὰ Σόλυμα ὄρος καὶ Τερμησσός, Πισιδικὴ πόλις, ἐπιχειμένη τοῖς στενοῖς δὲ ὧν ὑπέρβασις ἐσάν εἰς τὴν Μιλυάδα. καὶ ὁ Ἀλέξανδρος διὰ τοῦτο ἔξεῖλεν αὐτὴν, ἀνοῖξαι βουλόμενος τὰ στενά. — ἔστι μὲν αὕτη ἢ πόλις Λυκισκῆ. ἐπὶ τῶν ὄρων ἰδρυμένη τῶν πρὸς Παμφυλίαν τοῦ δὲ κοινοῦ τῶν Ἀσκιῶν οὐ μετέχει, καθ' αὐτὴν δὲ συνίστηκεν.

φρούριον ὄχυρόν. Hoc fortasse idem esse quod, ut Diodorus 17, 28 narrat, φῶκον οἱ Μαρμαρῆεις ὀνομαζόμενον, suspicatur Wesselingius, addens se eos nec alibi legere meminisse nec bene omnia congruere.

συνεξαιρεῖ αὐτοῖς. Haec Freinshemius ita παραγράφει Suppl. 2, 11, 4: Oppugnabant illi (Phaselitae) tum maxime validum praesidium, quod in ipsorum ditione Pisidae construxerant multasque inde injurias intulerant adcolis. Id adventu Alexandri brevi captum fuit. *Raphelius.*

C. 25.

1. τὰ τε ἄλλα quum alioqui. *Vulcanius.* cf. 3, 23, 7.

Ἦν μὲν δὴ. Μὲν particulae respondet δὲ § 2 extr.

ὁ Ἀλέξανδρος οὗτος ἀδελγὸς Ἡρομένους τε καὶ Ἀρραβαίου τῶν ξυνεπιλαβόντων τῆς σφαγῆς τῆς Φιλίππου. Post οὗτος et post Ἀρραβαίου cominata scripsi, ut voces τῶν ξυνεπιλαβόντων ad Alexandrum trahantur, non ad Heromenem et Arrabaeum. *Schmiederus.* Si ita distinguas, non intelligas quo consilio scriptor fratres hominis memoraverit. Ne-

que Arrianum inepte enarrasse censeam ob ea quae dubiae fidei auctor Curt. 7, 1, 6 tradit, Alexandrum Lyncestem in Philippi quoque caedem conjurasse cum Pausania pro comperto fuisse. Suspectum fuisse ob fratrum scelus crediderim. Sonti enim rex parcere non potuisset.

τῶν ξυνεπιλαβόντων qui adjuutores fuerant. *Raphelius.*

2. ἐν πρώτοις. Inter primos amicorum. *Facius.* Nam id certe verba Graeca declarant, licet idem dicatur primus Alexandrum regem salutasse Curt. 7, 1, 6. Just. 11, 2, 2. V. Gronov. *Raphelius.*

στρατηγόν τε ἐπὶ Θρόνης. cf. 4, 7, 2.

ἐπὶ στραπεύει. Phrygiaene 2, 4, 2 an alterius regionis? cum eo quidem tempore Atizyes videatur Phrygiae praefuisse mox § 3. Quaerant id alii quibus res est tanti. *Raphelius.* Phrygiam esse intelligendam apparet ex 1, 17, 1.

τὰ δὲ τῆς ἐπιβουλῆς — insidiarum vero ratio renunciata sive detecta est ita. Eodem modo ἐξαγγέλλειν usurpatur 1, 5, 1: οἱ δὲ τοὺς Ἀνταριάτας ἐπιθήσεσθαι αὐτῷ κατὰ τὴν πορείαν ἐξήγγειλον. Exstat praeterea idem verbum h. c. § 10. 1, 10. 1. 17, 9, nullibi autem apud Polyb. p. 1411 t. penult. de rebus dudum factis quaeque literarum monumentis ad posterum sunt transmissae, sed de instantibus aut futuris, quae vel sermone vel epistolis perferuntur. Ita et Xenoph. ἐξηγγέθη ὁ θάνατος, de morte nunciatus allatus est. *Raphelius.*

3. ἐκόμισε. Blancardus vertit; postquam Amyntas transfuga ab hoc Alexandro mandata et literas accepisset. Oportebat: attulisset. Nam κομίζειν est afferre, non accipere. Sic mox § 10 et 2, 14, 1. Bene igitur Vulcanius sententiam expressit. *Raphelius.*

Σισίνης. Nomen utique veteri orbi notissimum et quod Lucianus in Toxari collocat in Scythia, sed mutatum in Sisinnes, prout Appianus id ipsum in Cappadocia l. 5 Civilium; at in Persiam Ariamque retulit l. 3 Esdrae c. 6 ut Syriae et Phoenices praefectum. Itaque vide an non ita sit legendum quod nomen 1, 25 auctius protulit Ἀσισίνης. Ubi ne credamus illud a esse ab Arriano, etsi soleat interdum quibusdam vocibus illa litera praeponi, iuveni in uno Πτολεμαῖος τε ὁ Ἀσιεύνου. Sunt ea flagitia scribarum. Gronovius ad 7, 6, 4. Bekkeri Anecd. p. 173, 29: Σισίνης, Σισίνου κλίνει τὸ ὄνομα Ἀθηνῶν. ἐχρήσατο δ' αὐτῷ ἐν πάσῃ τῇ πραγματείᾳ πεπραχῶς. Σισίνης δὲ ὁ Φυραγαίονος παῖς. ἐν μόνῳ δὲ τῷ δευτέρῳ λόγῳ εὐρέθη τὸ ὄνομα (τῶν adde) μετὰ Ἀλέξανδρον. ὁμοίως καὶ Ἀππιανὸς ἐν Ἰλλυρίδι Σισίνου καὶ Σισίνην γησίον. Idem nomen legitur apud Curt. 3, 7, 11 et de alio homine apud Strab. 12, 2 p. 537.

αὐτὸν βασιλέα καταστήσειν. Nimirum jam antequam Alexander rerum potitus est Philippo mortuo πᾶσα ὑποκλος (ἦν) ἡ Μακεδονία πρὸς Ἀμύνταν ἀποβλέπουσα καὶ τοὺς Ἀερόπου παῖδας. Plut. de Alex. fort. 1, 3.

4. ὁ δὲ Ἀσισίνης ἀλοὺς πρὸς Παρμενίωνος ταῦτ' εἶπεν ἀνακρινόμενος ὧν ἕνεκα ἀπεστάλη· καὶ τοῦτον αὐτίκα ἐν φυλακῇ πέμπει παρ' Ἀλέξανδρον καὶ πυνθάνεται ταῦτα αὐτοῦ Ἀλέξανδρος. Inconstantes sunt [codices] in sequentibus illis ἀλοὺς πρὸς Παρμενίωνος ταῦτ' εἶπεν ἀνακρινόμενος; quippe duo Παρμενίωνα habent omissis quae mox adijuncta sunt; alius tam nomine ducis quam tribus postremis vocibus destituitur. Etiam αὐτίκα in plerisque non apparet. Hi livores in minus accuratis codicibus mihi persuadent genuinam Arriani manum superesse in optimo libro, qui omnia sic exhibet: ὁ δὲ Ἀσισίνης ἀλοὺς πρὸς Παρμενίωνος λέγει πρὸς Παρμενίωνα ὧν ἕνεκα ἀπεστάλη. Καὶ τοῦτον ἐν φυλακῇ πέμπει Παρμενίωνα πρὸς Ἀλέξανδρον, καὶ πύνθανεται ταῦτα παρ' αὐτοῦ Ἀλέξανδρος. Nec debet admirationi esse tertia repetitio illius nominis in adeo paucis verbis, quum mox idem fiat, estque haec simplicitas styli in hoc

auctore. *Gronovius*. Quod vero idem Gronovius annotat in duobus libris haberi *ἀλοῦς πρὸς Παρμενίωνα*, bene Graecum id est notatque captivum eum ductum fuisse ad Parmenionem. Ita enim Xenophon Hist. Gr. 1, 1, 23: *γραμμῆματα ἐάλωσαν ἐς Ἀθήνας*, litterae interceptae atque Athenas perlatae sunt. Et in nostro infra 2, 11, 5: *πρὸς Ἀλέξανδρον ἀλῶναι*. Vide Act. Apost. 23, 24. *Raphelius*. Cf. Plat. Polit. 5 p. 468, a: *τὸν δὲ ζῶντα εἰς τοὺς πολεμίους ἀλόντα ἄρα οὐ δωρεὰν διδόναι (δεῖ) τοῖς θελοῦσι χρῆσθαι τῇ ἄρχῃ ὃ τι ἂν βούλωνται*. ubi cf. Stallbaum. Sed in tanta librorum inconstantia tutissimum videbatur optimum codicem sequi, nec ausus sum *ἀνακρινόμενος* participium retinere, quamquam illud mihi non magis quam Sinteni Cens. priore p. 362 displicebat.

5. *τὸ κράτιστον τοῦ ἱππικοῦ*. Thessalos etiam in Issica pugna *ἄνδρας ἀγαθοὺς διαφερόντως γενέσθαι* tradit Plut. Alex. 24.

6. *Ἀλεξάνδρου*. Nomen mihi olim, ut Sinteni, delendum videbatur. Idem sensit Gronovius, emendaturus: *ἐπι γὰρ πολιορκουμένου Ἀλεξάνδρου Ἀλικαρνασσὸν αὐτὸν ἀναπαύεσθαι*. Fortasse tamen *αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου* dixit tantum ut rem de qua nunc loquitur ad ipsum modo Alexandrum pertinere significaret: Nam ipsi Alexandro Halicarnassum obsidenti illud acciderat.

ἀναπαύεσθαι. Paulo audacius *λέγεται* subaudiendum relinquit, ut rursus § 8.

7. *ὑπὸ καμῆτων*. Gregarii Mss. certatim turbant, aliis cum primis edit. *ἀπό*, aliis *ἀποκαμῶντα* praeferebantibus. Sed optimus retinet *ὑπό* prae defatigatione, quomodo et 2, 4, 7 et 6, 25, 3 loquentem invenies. Quin et 4, 2, 3: *ὥστε ὀξέως μὲν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν βελῶν ἐγυμνώθη τὸ πῆλος τῶν προμαχομένων*. Sic editiones primae ante Vulcanium, sic Mss. Flor. At nostris nuperis placuit *ἀπό!* Quo auctore? Eodem libro c. 5, 5: *ὑπὸ τῆς ξυνεχοῦς πορείας ἐκεκῆκωτο ἡ ἵππος*. *Gronovius* ad 1, 21 (22), 4.

λάλον μᾶλλον ἢ ἄλλην. Exempla λ litterae saepius repetitae v. apud Lobeck. Parall. p. 10.

8. *ἐκ του* pro *ἐκ νινος*. Sic 2, 14, 9. *Raphelius*.

9. *Ἀμφοτερόν τὸν Ἀλέξανδρου μὲν παῖδα, ἀδελφὸν δὲ Κρατέρου*. Potuit suavius et lenitate majore Palmerius in Vulcanium uti et sine tanta impetus ferocia mirari, si id utique facere in animo habebat, quod mirandum non erat, sed pro vero admittendum. Miratur supinitatem Vulcanii et ejus interpretationem, qui Amphoterum fecerit Alexandri filium, cum esset puer ad aulae ejus ministerium. Frustra miratur. Cur enim Alexandri filius non erat qui fuit Crateri frater, quod is temere audet statuere? Utiq; et Craterus erat Alexandri filius, ut liquet ex c. 14, 2: *ἐπὶ δὲ ἡ (γάλαξ) Κρατέρου τοῦ Ἀλεξάνδρου*. 3, 11, 10: *τὸ δὲ εὐώνυμον τῆς γάλαγγος τῶν Μακεδόνων ἡ Κρατέρου τοῦ Ἀλεξάνδρου τάξις εἶχε*. Rursum in Ind. c. 18, 5: *ἐκ δὲ Ορσιθίδος Κρατέρός τε ὁ Ἀλεξάνδρου*. Freinshemius tum hoc loco in Supplementis tantum habet Amphoterus Crateri frater omissis reliquis, tum in indice Curtiano, quum aliquod duobus datum historiae clare dicit, solet ad evitandam confusionem post memorata ea quae de uno leguntur, subjungere alterum, sed praemissa voce: alius. Sic in Philip-pus, Ptolemaeus et caeteris. Quod quum in hac appellatione non fecerit, videtur eundem per omnia Craterum intelligere. Sed lapsus est, ut ex primo loco (quem satis indecore transiit in Suppl. Freinshemius, forte ob hanc ipsam difficultatem, obiter contentus dixisse a rege dextrum cornu ductum fuisse, sinistrum Parmenioni commissum) suspicandi satis efficax datur ansa. Illic enim recensens Arrianus ordines Macedonici exercitus in dextra acie collocat phalangem Crateri Alexandri filii; in sinistra vero phalangem Crateri, cujus patrem non nominat, quod nec uspiam alibi facit. Negari non potest hos duos diversos esse. Sed et alterum Craterum secum pedestri via duxit 6, 27, 3, quum alterum triremi praeficeret. Immo et

hoc more Arrianus utitur ut quum inveniantur duo duces cognomines et de quibus diversa tradere debebat, in lectoris gratiam, ut cognoscat diversos esse, alteri adjungat patris nomen, in altero omittat. Cujus rei eximium documentum est Cleander Polemocratis filius et alius. Illum enim c. 24, 2 missum in Peloponnesum ad conscribendos milites, et ibi addit patris nomen; hunc c. 28, 8 cecidisse in praelio contra Pisidas non appellat patris nomine, sed tantum *Κλιάνδρος τε ὁ στρατηγὸς ἀποθνήσκει*, de quo ad suum locum. At rursus 2, 20, 5 Cleander Polemocratis filius ex Peloponneso redit. Rursum alius sine patris nomine 3, 12, 2 et 26, 3 et apud Curtium 10, 1. *Gronovius*. De accentu nominis *Ἀμυσιερὸς* v. Goettling. de acc. p. 207.

10. *οὐ γὰρ ἔδοξε* — neque enim consultum visum fuit quidquam de re hujusmodi aperte scribere. *Raphelius*. Cf. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 1, 2, 1,

ξύλλαμβάνεται ὁ Ἀλέξανδρος. Post triennium una cum Philota occisus est. cf. Diod. 17, 80 et Curt. 7, 1, 8 s. et 8, 8, 6 cum nota Freinsheimii. *Schmiederus*.

C. 26.

1. *διὰ τῶν ὄρων*. Strabo 14, 2 p. 251: *τὴν Ἀρκίαν ἔπασσαν ὄρεινὴ θάλασσα τοῦ Ταύρου διείργει πρὸς τὰ ἐκτός καὶ τὸ νότιον μέρος ἀπὸ τῶν Κιββαρτικῶν μέχρι τῆς περαιοῦ τῶν Ῥοδίων*. Id. 3 p. 666 s.: *περὶ Φασηλίδα δ' ἔστιν ἡ κατὰ θάλασσαν σινὴ δ' ὧν Ἀλέξανδρος παρήγαγε τὴν στρατιάν. ἔστι δ' ὄρος Κλίμαξ καλούμενον, ἐπίκειται δὲ τῷ Παμφυλίῳ πελάγει, στενὴν ἀπολείπων παράσπον ἐπὶ τῷ αἰγιαλῷ, ταῖς μὲν νηπειμαῖς γυμνουμένην, ὥστε εἶναι βάσιμον τοῖς ὀδεύουσιν, πλημμύροντος δὲ τοῦ πελάγους ὑπὸ τῶν κυμάτων καλυπτομένην ἐπὶ πολὺ. ἡ μὲν οὖν διὰ τοῦ ὄρους ὑπέρβασις περίσπον ἔχει καὶ προσάντης ἔστι, τῷ δ' αἰγιαλῷ χροῦνται κατὰ τὰς ἐσθίας. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος εἰς γυμνίον ἐμπέσων καιρὸν καὶ τὸ πλέον ἐπιτρέπων τῇ τύχῃ πρὶν ἀνεῖναι τὸ κῆμα ὤρησε καὶ ὄλην τὴν ἡμέραν ἐν ὕδασι γενέσθαι τὴν πορείαν συνέβη μέχρι ὀμιελῶ βαπτίζομένων*. Plut. Alex 17: *ἡ τῆς Παμφυλίας παραδρομὴ πολλοῖς γέγονε τῶν ιστορικῶν ὑπόθεσις γραμμικὴ πρὸς ἐκπλήξιν καὶ ὄγκον, ὡς θεῖα νυκτὶ τύχῃ παραχρησάσων Ἀλέξανδρον τὴν θάλασσαν, ἄλλως αἰεὶ τραχείαν ἐκ πελάγους προσετιμένην, σπανίως δὲ λεπτοῖς καὶ προσεχείς ὑπὸ τὰ κρημνώδη καὶ παρὸ ὄρωγα τῆς ὄρεινῆς πάγους διακαλύπτουσαν. — αὐτὸς δ' Ἀλέξανδρος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς οὐδὲν τοιοῦτον τερατνεσάμενος ὁδοποιησαί ῥησι τὴν λεγομένην Κλίμακα καὶ διελθεῖν ὄρησας ἐκ Φασηλίδος*.

ἐπὶ Πέργῃς. Strabo 14. 4 p. 667: *εἰθ' ὁ Κέστρος ποταμὸς, ὃν ἀναπλέσαντι σταδίοις ἐξήκοντα Πέργῃ πόλις*.

ὠδοποιήσασαν. *Ὀδοποιεῖν* est viam facere, viam munire, aditum patefacere. Simillimus locus est 4, 30, 7: *ἡ στρατιὰ ἀπὸ τῶν ὠδοποιεῖτο πρόσσω ἰοῦσα ἀπορα ἄλλως ὄντα τὰ ταύτῃ χωρία*, ubi verissime Vulcanius; exercitui qui viam faceret praemisso, neque enim aliter ea loca transiri possunt. *Raphelius*.

οἱ Θραῖκες. Vix capio cur Thraeces potissimum hic nominentur, quasi viae ipsis cognitae stratores; ac licet ita quoque habeatur in optimo codice, in tribus tamen erat *κακῆς*. Equidem sunt hic in vicinia Thraeces Bithyni; vide tamen annon potiores hic sint *Κάρεις*, quos certe scimus praesentes fuisse. Inter Alexandri copias quidem recensentur equites Diodoro 17, 17: *Θραῖκες δὲ πρόδρομοι καὶ Παιῖνες ἐνναζόσαιοι, Κάσσανδρον ἔχοντες ἡγεμόνα*, ut hi possent intelligi. Sed in Arriano alios plane esse *προδρόμους*, alios *Θραῖκας* tam equites quam pedites patet ex 3, 12, 3, ubi tertium praelium cum Persis narraturus uno loco memorat *οἱ τε πρόδρομοι ἵππεις καὶ οἱ Παιῖνες*,

alio etiam [§ 4] inter equites ἐς ἐπικαμπὴν οἱ τε Θραῖκες ἐπιτάχεται, alio [§ 5] ἐπὶ δὲ τοῖς σκευοφόροις οἱ ἀπὸ Θραῖκες πεζοὶ etc. Sic quoque alibi. Gronovius.

χαλεπὴν ἄλλως. Difficilem illam viam fuisse dicit, nisi a Thracibus fuisset aperta atque planior facta. Id enim ἄλλως aliter significat et in loco jam citato et mox. Illam autem viae molestiam levabat compendium ejusdem. V. Corn. Nep. Eum. 8, 4. Quamquam Gronovius in codice quem ubique optimum nominat οὗ ante μακράν non haberi testatur. *Raphelius*. Recte admonuerat Gronovius Arrianum, si οὗ addidisset, scripturum fuisse χαλεπὴν μὲν, οὐ μακράν δέ.

2. ἐκ νότων σκληρῶν. Recte Vulcanius: pro vehementibus austris. Ita Curtius 3, 8, 10: cautum pro temerario factum. Apertius tamen Facius: post graves notos. Ita Ind. 33, 5: ἐκ τοσῶνδε κακῶν post tot mala. *Raphelius*. Cf. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 1, 3, 11 ed. min. et Gr. § 68, 17 ann. 10.

οὐκ ἄνευ τοῦ θείου. Θεία ἀνὶ ἰσχύη Plut. Alex. 17.

αὐτοκράτορες. Πρέσβυς [πρεσβευτής] αὐτοκράτωρ est legatus libera potestate sive verbis Livianis 38, 8 legatus cum mandatis liberis. De quo verbo copiose Gronovius. Nunc plenipotentiarior vocamus. *Raphelius*. Gronovius comparat 6, 14, 1. 7, 9, 5, Dion. Arch. 6, 73, Diod. 11, 24. 16, 53. 42. 18, 39. 48, Joseph. Arch. 4, 8 et. Pol. 17, 15. Adde Kr. ad Thuc. 2, 65, 2.

3. ἐς μισθόν. V. ann. ad Xenoph. Anab. 1, 2, 27 ed. min. Similiter Lys. 19, 39 p. 155: τῆ Ἀθηνᾶ καθιέρωσαν εἰς ἀναθήματα — πεντακισχιλίους σταιῆρας. Aliter mox οὗς δασυὸν βασιλεῖ ἐπρεπον. ubi si εἰς additum esset, ut male vulgo factum apud Xenoph. Anab. 4, 5, 24, sententia esset tributum inde confecturos fuisse, videlicet vendendis equis.

ὑπὲρ τε τοῦ ἀργυρίου καὶ τοὺς ἵππους παραδώσειν. Sintenis Cens. alt. p. 145 emendat ὑπὲρ τοῦ ἀργυρίου καὶ vel ὑπὲρ τε τοῦ τὰργύριον —. Mihi olim in mentem venerat ὑπὲρ τε τοῦ ἀργυρίου καὶ τοῦ τοὺς ἵππους παραδώσειν. Sed dudum nihil mutandum esse intellexi, haudquaquam Arriani elocutioni parum accomodatam ratus hanc verba explicandi rationem: ὑπὲρ τε τοῦ ἀργυρίου ξυθήμενοι καὶ τοὺς ἵππους παραδώσειν ξυθήμενοι. Nam Arrianus adeo variandae orationis studio ducitur ut interdum durius loquatur. Alterum non minus insigne exemplum reperias 2, 10, 3: θρόμφ ἐς τὸν ποταμὸν ἐνέβαλλον, ὡς τῆ τε οὐξήτητι τῆς ἐφόδου ἐκπλήξαι τοὺς Περσας καὶ τοὺς θάσσον ἐς χεῖρας ἑλθόντας ὀλίγα πρὸς τῶν τοξοτῶν βλέπεισθαι. ubi ego olim ita offensus sum ut τοῦ articulum delendum esse suspicarer. Nunc video ὡς particulae cum infinitivo genitivum infinitivi consilium significantem adjectivum esse; quod idem commutata collocazione 5, 7, 5 factum videas: κλίμακες προβάλλονται καταπηγνύμεναι, τοῦ ἀσημασιότεραν — τὴν ἐφοδὸν γίνεσθαι, καὶ ἅμα ὡς σύνθεσμος εἶναι τοῦ ζεύγματος. cf. 4, 5, 6.

4 Σίδης. Pamphyliæ oppidum quinquaginta stadiis a Melane amne cum portu. V. Mannert. 6, 2 p. 123.

Σιδῆται. Stephanus: Σιδῆ πόλις Παμφυλίας, — ὁ πολῖτης Σιδῆτης τὴν δευτέραν σελαβὴν ἔχει διὰ τοῦ η διὰ τὸν βαρὸν τοῦ πρωτοτυπουτόνον. τὰ γὰρ εἰς ἡ λίγοντα δισύλλαβα πρωτότυπα ὀξυνόμενα μὲν διὰ τοῦ ε τὸ παράγωγον ἐκφέρει, γυλῆ, γυλέτης· διὰ δὲ τοῦ η βαρυνόμενα, κόμη, κωμήτης, πύλη, πυλήτης καὶ πυλάτης. Nec aliter Suidas voce Σιδῆ. *Bluncardus*.

φωνὴν ἔεσαν. v. ad Thuc. 3, 112, 3.

οὐ δέ. Similiter οὐχι δέ 7, 21, 1. Minus Attice v. Gr. § 69, 16 ann. 1. Ac dubito nunc an cum C καὶ οὐδὲ legendum sit.

ἴδιαν σφῶν apud Atticos juncta me legere non memini.

τὴν φωνήν. Sic repetitum τὸ ἐπίγραμμα 2, 24, 6, τὸν Φαρνούχην 4,

4, 3, 7, τὸν Κλεῖτον 8, 6, τὸν Ἴνδόν 29, 4 et 6, 1, 5 (ἵπποι 3, 4), τῶ ἕδατι 23, 3.

ἐκ τότε. v. Gr. § 66, 1 an. 4, Sic Diod. 23, 13, Dion. Arch. 18, 4. cf. Lobeck ad Phryn. p. 46.

5. Σύλλιον. Syleum Pamphyliae civitas maritima fuit inter Attaliam et Pergen, ut eam describit Constantinus Porphyrogenneta lib. 1 them. 10. Verum haec ab omnibus Σύλαιον et geminato ἁλ Σύλλαιον scribitur. Nec dubito fere quin apud Arrianum pro Σύλλιον olim scriptum fuerit Σύλαιον. Locus postmodum celebris, cum Pergensis archiepiscopus eo translatus fuerit, ut ex Leonis et recentiorum Notitiis videre est, in quibus legitur ὁ Συλαίου, ἦτοι ὁ Πέργης, qui postea absolute ὁ Συλαίου tantum dictus. Apud Scylacem quoque, ubi nunc Σύλλον legitur, olim Σύλαιον vel potius Σύλαιον fuisse non dubito. *Holstenius*. In tabula Peut. itidem Σύλλιον, apud Ptolemaeum Σίλονον scribi annotat Mannert 6, 2 p. 127. Idem de hoc oppido accipit Strab. 14, 5 p. 667: εἶθ' ὑπὲρ τῆς θαλάττης ὅσον τετραράκοντα σταδίου πόλις ἐστὶν ἄνηλῆ, ὡς τοῖς ἐκ Πέργης ἐποπιος. traditque undecim mill. ab Aspendo abfuisse.

ἀλλ' οὐτε —. sed neque capere potuit Syllium. Ἄλλὰ copulandi vim habet notatque etiam. Cujus generis exempla Xenophontea collecta dedimus ad Luc. 16, 21. *Raphelius*. Ex Kr. emendatione v. 5, quam confirmant libri Parisini CD, ἐπειτ' ἠγγέλθη habentes, οὐτε et τέ sibi respondent.

ἠγγέλθη — τοὺς Ἀσπενδίους pro ἠγγέλθησαν οἱ Ἀσπένδιοι cl. 2, 4, 5. cf. Gr. § 61, 6 ann. 3.

τὰς πύλας ἀποκεκλείκασιν. v. ad Thuc. 5, 80, 3.

C. 27.

1. τῆς Ἀσπένδου. Vetus oppidum et nobile in Pamphylia. Cic. Verr. 1, 20, 53. (τὸν Εὐρυμέδοντα ποταμὸν) ἀναπλεύσαντι ἐξήκοντα σταδίου Ἀσπένδος, πόλις ἐνανδροῦσα ἰκανῶς, Ἀργείων κτίσμα. Strabo 14, 5 p. 667.

ὁ Εὐρυμέδων ποταμός. Strabo 12, 8 p. 571: ὁ Εὐρυμέδων καὶ ὁ Κέστρος ἀπὸ τῶν Σελγικῶν ὄρων εἰς τὴν Παμφυλίαν ἐκπίπτοντες θάλατταν γηγυραὶ δ' ἐπικινεῖται καὶ ὁδοῖς.

αὐτοῖς. sc. Ἀσπενδίους. Gronovius tamen rectius ait ex optimo codice legendum αὐτῆς, nempe Ἀσπένδου. Quamquam nec altera lectio destituitur exemplis. Ita 2, 5, 9: ἐς Μαλλὸν ἀγίζετο — καὶ στασιάζοντις καταλαβών, sc. Μαλλούς sive Μαλλωτάς. *Raphelius*. Cf. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 5, 2, 2 et Gr. § 51, 4 ann. 2.

2. ἐς τὴν ἄκραν in illam rupem in qua magna urbis pars sita erat. *Raphelius*.

παρελθὼν ingressus. *Raphelius*.

3. ἐν κύκλῳ πάντη. v. ad Xen. An. 3, 1, 2.

4. βίαια κατέχειν vi possidere 3, 2, 5. *Raphelius*.

ὅσα ἔτη. Gr. § 51, 13 ann. 15.

ἐν αἰτία ἦσαν. Sic etiam Xenoph. Mem. 2, 8, 5 et Cyr. 5, 3, 50. Sed infinitivo addito Attici αἰτίαν ἔχειν dicere solent, quod etiam sine infinitivo usitatus est.

5. ἐπεχώρησαν. Huc spectat quod habet Suidas s. v.: ἐπεχώρησεν ἀπὸ τοῦ συνεχώρησεν· οὕτως Ἀρβιανός, καὶ ἐπεχωρήθη καὶ τὰ ὅμοια. Ex

eodem fonte quo Suidas hausit Lexicographus apud Bachmann. Anecd. 1 p. 228. *Ellentius* cl. 6, 25, 2.

Τελμισσών. Urbs variis modis scribitur Termessus, Termisus, Termesius et Termisus: sed prima forma *Τερμησσός*, Termessus Straboni diversis locis et Ptolemaeo et Livio probata confirmatur nummo Mediceo epigraphen ferente *ΤΕΡΜΗCCEΩΝ* et in altera parte *COAYMOC*, quod herois nomen est, a quo Solymi dicti Pisidae, praecipue Termessenses. [Cf. Holsten. ad Steph. Byz. in *Τερμησσός*.] Eadem urbs vocatur etiam Telmissus, apud Arrianum praesertim lib. 1 exped. Alexandri, quod male in auctore hoc ut insignem errorem quidam reprehendunt, quum alii etiam ante ipsum ita adpellaverint. Quae enim Liv. 38, 15 de Termesso tradit, ea ita in Polybii fragmentis legatione 31 [22, 18, 4] leguntur: *ὁ δὲ Γναῖος συνεγγίσας τῇ Τελμισσῶ [Τερμησσῶ] πρὸς μὲν τούτους συνέθετο γιλιαν λαβῶν ν' ἰάλανα*. [cf. 22, 27, 8.]. Et Eustath. ad Dionys. v. 859 postquam de Termesso ex Strabone egerat, subiungit: *τινὲς διὰ τοῦ λ γράγονσι Τελμισσός* — *σημειῶσαι δὲ οὐ κρείττων ἢ διὰ τοῦ ρ προεπιθεῖσα γραγῆ*. *Cellarius* Notit. orbis ant. 2 p. 195 s. Cf. Wesseling. ad Her. 1, 78; uno σ nunc Plut. Alex. 2. De situ v. Strabonis verba ad 1, 24, 5 et 6 adscripta et Mannert 6, 2, p. 148 s., qui locum in quo ruinae oppidi reperiantur hodie Schenect appellari tradit.

ὁδὸς παρὰ τὴν πόλιν via iuxta urbem, uti modo. Et manifestum est ex sequenti hujus viae descriptione eam non ad urbem duxisse, sed prope eam. Xenoph. Cyrop. 5, 4, 41: *ἔδοξεν αὐτῷ ἢ ὁδὸς ἦν ἦεν παρ' αὐτὸ τὸ τεῖχος φέρειν*. *Raphelius*.

6. *ἀντίπορον* ex adverso situs, ut 27, 6. cf. Plut. Alex. 60 et ann. ad Xen. An. 4, 2, 18.

οὐ μείον pro *οὐχ ἥσσον*, ut cum genitivo 1, 28, 2. 5, 20, 4. 7, 19, 5, *οὐ μίον ἢ* 7, 16, 8, *ἥπερ* 7, 13, 5, *οὐ μίον* π 1, 9, 1, *οὐδὲν μείον* 3, 28, 9.

ἐκβεβοηθητότες. *Ἐκβοηθέω* auxiliior, ad vim arcendam pro-curro. Vertendum ergo: Et tunc Telmissici, qui cum omnibus copiis ad vim arcendam ex urbe procurrerant, utrumque montem insederant sive tenebant. *Raphelius*.

7. *ὄπως εἶχον*. V. not. ad 1, 13, 3. *Raphelius*.

8. *κατεστρατοπέδευσε* castra locat, non autem movet. *Raphelius*.

C. 28.

1. *Σελγέων πρέσβεις*. Strabo 12, 8 p. 571: *ἔχει δὲ ὀλίγας προσβάσεις περὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν τὴν Σελγέων ὀρεινὴν κρημῶν καὶ χαρᾶδων οὖσαν πλήρη, ἃς ποιοῦσιν ἄλλοι τε ποταμοὶ καὶ ὁ Εὐρυνέμων καὶ ὁ Κέσιρος*. — *διὰ τὴν ἐρμηνότητα οὔτε πρότερον οὐδ' ὕστερον οὐδ' ἀπαξ οἱ Σελγείς ὑπ' ἄλλοις ἐγένοντο* — *πρὸς Ἀλέξανδρον δὲ πρεσβευσάμενοι δέχεσθαι τὰ προστάγματα εἶπον κατὰ γιλιαν*. Ab eodem 12, 7 p. 569: *Σελγείς ἀξιολογῶνται τῶν Πισιδῶν* dicuntur. Pol. 5, 73, 8: *ἔχουσι τι τολμηρὸν αἰεὶ καὶ παρὰβολον ἐν τοῖς πολέμοις οἱ Σελγείς*.

2. *Σαλαγασσοῦ*. Multis ex collatione aliorum auctorum suspectum fuit hoc nomen. Sed primus qui et nummorum subsidio transpositas in eo literas monuit est Nobil. Tristanus in nummis M. Aurelii Antonini [T. I p. 650], nimis fortiter inhaerens dimidiato *Γαλασσοῦ*, quod in ora apposuit Rob. Stephanus, adeo ut appellationem *Σαλαγασσός* pronunciet corruptam. Quem

praegressum sequuntur alii, licet nominare vereantur. Et sane edere sustinuissem *Σαγαλασσοῦ*, nisi constans veterum codicum quos vidi scriptura me deterreret, etiam hoc accedente quod, cum Strabo [12, 7 p. 569] scribat eam quoque *Σελγησσόν* appellari, haec vox videatur contracta esse ex *Σαλαγασός*, non ex *Σαγαλασός*. *Gronovius*. Eum ego non censui sequendum esse, quod nusquam *Σαλαγασός* scriptum esse reperitur. V. Cellar. l. 1. p. 194. De situ Strabo l. 1. *διεχει δ' Ἀπαμείας ἡμίρας ὁδόν, κατέβασιν ἔχουσα σχεδόν π καὶ τριάντα σταδίων ἀπὸ τοῦ ἐρύματος· καλοῦσι δ' αὐτὴν καὶ Σελγησσόν. ταύτην δὲ τὴν πόλιν καὶ Ἀλέξανδρος εἶλεν.* cf. verba ad 1, 24, 5 adscripta et p. 570: *Σαγαλασσεῖς δ' ἐπὶ τὰ ἐντὸς τὰ πρὸς τῇ Μιλναδί.* Sagalassum ab Apamea sive Celaenis longius quam Strabo tradit distare ex ipso Arriano docet Mannert 6, 2 p. 671 s. Ruinae duas leugas (leucas) Turcorum oppido Sparta abesse et locus hodie Durdan dici putatur.

Πισίδαι — μαχιμώτατοι. Liv. 38, 15 Cn. Manlii ex Pamphylia in Phrygiam iter describens: In agrum Sagalassenum, uberem fertilemque omni genere frugum, ventum est. Colunt Pisidae, longe optimi bello regionis ejus. Cum ea res animos facit tum agri fecunditas et multitudo hominum et situs inter paucas munitae urbis.

ὄχυρὸς ἐς τὸ ἀπομάχεσθαι ἦν, ut 4 23, 2.

προσέμενον manebant, operiebantur hostem. *Raphelius*.

3. *ἔστε ἐπὶ τὸ* — usque ad sinistrum extendens, ita ut hi proximi steterint sinistro cornu. Nam dividitur phalanx in partes solidas duas a frontis media sectione per totam latitudinem, et altera quidem pars dimidiata dextrum cornu vocatur et caput, alterum autem sinistrum cornu et cauda. Aelian. Tact. 7. *Raphelius*. Arrian. Tact. 8 p. 25: *τέμνεται δὲ ἡ γάλαγξ εἰς μέρη τὰ μέγιστα δύο, δίχα διασπόμενον τοῦ παντὸς μειώπων ἐστ' ἐπὶ τὸ πᾶν βάθος· καὶ τούτων τὸ μὲν ἡμισυ τὸ ἐν δεξιῷ θεξίδον καλεῖται κίρας καὶ μεγάλη· τὸ δ' ἐν ἀριστερᾷ εὐώνυμον μέρος [κίρας Blancardus] καὶ ὀβρά.*

ἡ ἡγεμονία. De hoc more 1, 14, 6. *Raphelius*

4. *τῷ εὐώνυμῳ.* Altera scriptura originem debet ei quod antecedit *ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ*. Illud probat etiam Sintenis Cens. priore p. 366, miratus idem quod non discamus quae copiae in sinistrum cornu missae fuerint. Videlicet *πεξέταιροι* sinistrum cornu efficiebant. Nam *ἡ γάλαγξ τῶν Μακεδόνων* solis *ὕπασπισταῖς* et *πεξέταιροις* constabat. Graecis autem gravis armaturae militibus Alexander hic usus esse non videtur.

προετάχθησαν, non ad frontem, sed ad latus. *Schmiederus*.

τοῖς Πισίδαῖς — ξυνετάξαντο. Haec aptius § 2 extr. adjuncta legerentur. Sed vereor ne haec ipsius scriptoris culpa sit.

5. *ἦδη δὲ — καὶ ἐν τούτῳ.* Sic etiam 2, 3, 5 cl. 6, 10, 4. Usitatius *ἐν τούτῳ* omittitur. cf. annot. ad Xenoph. Anab. 1, 8, 1 (8).

ἐπιτίθενται αὐτοῖς οἱ βάρβαροι λόχοις. *Λόχοις* ex insidiis interpretatur Vulcanius. Et *λόχον* quidem insidias dici multis exemplis Homeri et Hesiodi constat. Attamen cum ex aliis scriptoribus nisi ex his duobus poetis loca hujus significationis afferantur in Lexicis nulla, videri queat isto sensu poeticum esse vocabulum. Et licet neque a poeticis verbis abhorreat historicorum sermo: tamen *λόχοις* in plurali numero et sine praepositione ex insidiis notare nondum mihi fit verisimile. Quare cogitavi num hoc forte Arrianus dicere voluerit: adoriuntur eos barbari copiis immixtis adversus utrumque cornu. Quemadmodum dativo casu utitur 1, 6, 10: *ἐπιπεσόντες γάλαγγι κατὰ κίρας.* An vero vertendum: feruntur barbari cum suis copiis in utrumque cornu. *Λόχος* autem quamcunque militum cohortem significat. Eustath. ad II. δ' v. 392 p. m. 113 l. 28: *λόχον φασὶν ἀπλῶς στρατιωτικὸν σύνταγμα*, neque certus ei numerus

attribui potest, cum alii ne quidem integram decuriam, alii paulo plures, alii denique multas centurias hoc nomine comprehendant. Ipse quidem Arrianus Tact. 9 [p. 18] scribit: ἀριθμὸν δὲ τῶν λόχων οἱ μὲν ὀκτὼ ἀνδρῶν ἐποίησαν, οἱ δὲ δέξα. οἱ δὲ δύο ἐπὶ τοῖς δέξα, οἱ δὲ καὶ ἐκκαίδεξα. *Raphelius*. Raphelii interpretationem probans, priorem, opinor (nam alteri obstat articuli defectus), λόχοις de barbaris dictum accipit Sintenis in Cens. priore p. 366. Idem in posteriore p. 145 hunc dativum pro κατὰ λόχους positum opinatur, Doerneri interpretationem: rottenweise amplexus; cui rationi dicendi usus adversatur. Emendatione opus esse Pflugkius quoque arbitratur, ὄχλοι suadens. Sed ne hoc quidem satis placet. Meae conjecturae quod Sintenim opponere memini, ὀρθίους τοῖς λόχοις potius in adoriendis quam in defendendis montibus veteres usos fuisse: ego vero usos censeo ubicunque tanto impetu aggressuri erant ut hostes sibi resistere non possent

οὔτε — καὶ. Sic aliquoties Arrianus. cf. ad 3, 11, 1.

7. ἐς πενταχοσίους. * * * κοῦφοι γάρ. Lacunam non admissurus Sintenis in Cens. altera p. 145 s. cur tantum quingenti ceciderint referri putat. Neque enim opus fuisse addita μόνον particula apparere ex l. apud Lobeckium ad Soph. Aj. p. 334, Schaefero ad Demosth. 3 p. 446 et ad Plutarch. 5 p. 415. At vero ubicunque μόνον revera reticetur, facile sono ejus defectus expleri potest. Quod secus est in hoc loco. Neque vero ut verba collocata sunt: καὶ ἀπέθανον μὲν κτλ., ad haec commode referri possunt illa: Ἀλέξανδρος δὲ ἐχόμενος τῶν γενομένων κτλ.

8. ὁ στρατηγός. Nunquam ita abrupte Arrianus ut unum aliquem hoc nomine honorans non addat cujus militum partis dux fuerit. 4, 7, 2: Πτολεμαῖος ὁ τῶν Θρακῶν στρατηγός. Itaque integerrime hunc hiatum supple mstus opt. post vocem στρατηγός adjiciendo τῶν τοξοτῶν. Nihil illo commodius, ut hic Cleander substitutus fuerit in locum Clearchi, qui supra [1. 22, 7] τοξάρχης vocabatur et in expugnatione Halicarnassi occubuit. Rursus in locum Cleandri hic interfecti venit Antiochus, cujus mentio 2, 9, 2: τοὺς τοξότας, ὧν ἦρχεν Ἀντίοχος. Quo rursus occiso ἀντὶ αὐτοῦ ἄρχειν ἐπέστησε τοῖς τοξόταις Οὐμβρίωνι Κρήτα, ut est 3, 5, 6. Quum interim etiam occurramus Ταύρωνι τῷ τοξάρχη et primus supra 1, 8, 4 dicatur Εὐρυβώτας ὁ Κρής ὁ τοξάρχης. *Gronovius*.

C. 29.

1. ἤει ἐπὶ Φρυγίας παρὰ τὴν λίμνην proficiscebatur versus Phrygiam juxta lacum. Sic ἐπὶ Λυκίας ἤει, in Lyciam tendit. De παρὰ v. 1, 27, 5. *Raphelius*.

Ἀσκανία De hoc lacu et Plin. H. N. 31, 40: Mirum in lacu Ascanio et quibusdam circa Chalcida fontibus summas aquas dulces esse potiarque inferiores nitrosas. *Raphelius*. Ascanius lacus minoris Phrygiae satis notus est; in his regionibus eodem nomine lacus non comparet, quamquam Liv. 38 15 Manlium, priusquam in agrum Sagalassenum pervenisset, praeter paludes progressum esse tradit. Sed forlasse verum est quod Mannert 6, 3 p. 572 suspicatur, Ascaniae nomine Phryges omnino lacum significasse.

ἐπὶ τούτῳ ad hoc, ut salem ex mari vel capiant sponte natum, de quo Plinius H. N. 31, 7: Aliud genus ex aquis maris sponte gignitur spuma in extremis littoribus ac scopulis relicta, vel salem ex aqua marina excoquant, de quo idem Plinius loco citato. *Raphelius*.

ἐς Κελαινάς. Hic incipit narratio Curtii. *Raphelius*. De urbe v. ann. ad Xenoph. Anab. 1, 2, 7 ed. maj. et Mannert 6, 3 p. 119 ss.

ακρα. Hanc ἀκρόπολιν ceu vocat Xenophon Anab. 1, 2, 9 Xerxes extruxisse dicitur cum pugna victus ex Graecia retrocederet. *Raphaelius.*

ἐκ τοῦ σατράπου a satrapa. Non ergo ipse satrapa in praesidio fuit, sed Cares illi et mercenarii Graeci ab ipso illuc missi. *Raphaelius.* Quod participium desideravi, admonet Sintenis Cens. alt. p. 146 haec sic intelligi posse: ταύτης τῆς ἀκρας ἐπιτετραπιο ἢ γρονρά Καρσίν ἐκ τοῦ σατράπου cl. 1, 18, 4. 3, 7, 1. 4, 15, 5 Videlicet hi loci probant Arrianum ἐξ praepositioni ἐπιτετραπιο verbum addere solere, non probant, quod ipsum demonstrandum erat, eum hac praepositione non addito verbo sic usum esse. Quod eum quum hoc solo loco fecisse viderem et in ejusmodi rebus satis sibi constare solere nossem, de veritate scripturae dubitavi: quae tamen quomodo per se explicari possit quis non vel mediocriter Graece doctus illico videat? Parisini libri CD habent γολακῆ κατέχεν, quo recepto jam nihil desidero.

2. ἐν ἡμέρᾳ die, nempe sexagesimo. Curt. 3, 1, 8. *Raphaelius.*

γράφαντες τὴν ἡμέραν. v. ad Thuc. 1, 87, 2.

πολιορκεῖν — τὴν ἀκραν. Ordo verborum est: πολιορκεῖν τὴν ἀκραν, ἀπορον πάντῃ προσφρεσθαι. Nihil autem interest, ἀπορον foeminino genere accipiat, ut ad ἀκραν referatur, an neutro, ut haec tria verba a sese pendeant, tanquam separatum comma, quod vult Gronovius. Neutrius tamen generis syntaxis etiam infra occurrit 3, 29, 3: διαβαίνειν δὲ ἐπιγεροῦντι ἀπὸ τῶν ποικιλῶν πάντῃ ἀπορον ἐγαίνετο. et apud Xenoph. Anab. 3, 2, 22: τοὺς ποταμούς ἀπορον νομίζετε εἶναι. Quod vero Gronovius haec vertit: quum difficilis undique ad haec esset accessus, assentirem. si ἀπορον esset participium ejusmodi qualia ab ipso citantur, ut τεταγμένον cum constitutum esset [1, 24, 5], παρηγγελμένον cum imperatum esset [4, 19, 3, προσταγμένον 4, 2, 4. 7, 3, 6, νενομισμένον 1. 23, 7, ξεχωρηθέν 1, 17, 12.] Ea enim ita usurpari a Graecis vel ex Welleri nostri grammatica patet. [Cf. Kr. Gr. § 56, 9 ann. 5.] Sed adjectiva an hunc usum praestent equidem dubito, cum et Casaubonus unum illud exemplum quod ex Strab. 15 p. 728 profertur in dubium vocet. Veri ergo posset: obsidere arcem vel difficilem undique oppugnatum, foeminino genere, vel neutro difficile quiddam sive locum difficilem undique oppugnatum. *Raphaelius.* Sine dubio foeminino genere accipiendum est. Cf. 1, 3, 4. 4, 2. 5. Sic Soph. Oed. C. 37: ἔχει γὰρ χώρον οὐχ ἄγνόν πατεῖν. Xenoph. Anab. 1, 2, 21: οὐδὲ ἀμήχανος εἰσελθεῖν στρατεύματι. ubi cf. ann. et Gr. § 55, 3 ann. 7.

3. σατράπην ἀποδείξας Φρυγίας Ἀντίγονον. Cf. Appian. Syr. 53: Ἀντίγονος δ' ἦν Φρυγίας καὶ Ἀντίας καὶ Παιμφυλίας σατράπης. videlicet amplificato postea imperio.

ἐπὶ τοὺς συμμαχούς cf. 3, 5, 6. 27, 4 (cum dativo 28. 1). Lys. in Bekkeri Anecd. p. 129, 15: καθίστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὰς αἰγας. cf. Gr. 68, 42 ann. 3.

4. οἱ νεόγαμοι. De his 1, 24 in. *Raphaelius.*

καταλεχθῆσα. v. Gr. § 40 in λέγω sammele. καταλεχθῆσθαι Dio C. 78, 28.

πεζοὶ μὲν — Aliter Callisthenes aqud Polyb. 12, 19 tradidit Alexandro μέλλοντι εἰς Κιλικίαν ἐμβαλλεῖν ἄλλους [ad eos quos in Asiam ipse traduxerat] ἐλθεῖν ἐκ Μακεδονίας πεζούς μὲν πενταχιλίους, ἵππεις δὲ ὀκτακοσίους. Sed Callisthenes omnino numeros justo majores prodiderat.

5. τὸ δὲ Γόρδιον. Justin. 11, 7: Gordium urbs quae posita est inter Phrygiam majorem et minorem. Liv. 38, 18: Gordium haud magnum quidem oppidum est, sed plus quam mediterraneum, celebre et frequens emporium. Tria maria pari ferme distantia intervallo habet, Hellespontum (Pontum) ad

Sinopen et alterius orae littora qua Cilices maritimi colunt Multarum magnarumque praeterea gentium fines contingit, quarum commercium in eum maxime locum mutui usus contraxere. Hinc intelligas cur Alexander illuc hiemandi causa profectus sit. Strabonis aetate vicus fuit 12, 4 p. 568. Sed Mannerto 6, 3 p. 72 ss. eadem videtur fuisse quae postea Juliopolis.

ἔγ' Ἑλλησπόντου. Jam Cellarium t. 2 p. 140, cui assentitur St. Croix p. 172, video haesisse in his verbis, eamque urbem Phrygiae magnae adnumerasse. Videtur vero noster excusandus. Phrygiam enim quae ad Hellespontum vocatur longe interius extensam fuisse, usque ad Paphlagoniam, ex nostro ipso apparet. Fecerat enim Alexander satrapam Phrygiae ad Hellespontum Calam 1, 17, 1, satrapam Phrygiae majoris Antigonum 29, 3. Ex Gordio vero Ancyram quum progressus esset, ad eum venire Paphlagonem sese dedentes 2, 4, 1, quos adjungit satrapiae Calae. Hoc minime mirum, si Phrygia ad Hellespontum omnes septemtrionales totius Phrygiae tractus inque urbem Gordium teneret. Si vero Gordium pertineret ad Phrygiam magnam, cur Paphlagonem non subiecit Antigono? Cellarium etiam ipsum video p. 123 et 124 ex Strabonis locis convincere parvam Phrygiam duas partes habuisse, alteram quae Hellesponto erat propior, ab illo etiam denominata, alteram sub Bithynia circa Olympum, remotiorem ab Hellesponto, inde ab Eumenis temporibus Phrygiam Epictetum vocatam. Ad quam ipsis Arriani temporibus Gordium pertinere potuit. Et solet quidem noster locorum interdum situm ita describere ut suo tempore erat. cf. 1, 3, 1, 2, 4, 1. Nec vero temere rejiciamus nostri auctoritatem, qui quum esset Cappadociae praefectus et quum iter faceret cujus descriptionem in Periplo Ponti Euxini habemus, sine dubio plurima eorum locorum ipse vidit (nam Alexandri historiam senex scripsit) et qui alioquin in rebus geographicis diligentissimus reperitur. — Bithynos ex Thracia quondam in Asiam trajecisse ex Herodoto 7, 75 notum est. *Schmiederus*. De genitivo v. ad 1, 12, 8 et Wessol. ad Diod. 17, 48.

κεῖται δὲ ἐπὶ τῷ Σαγγαρίῳ ποταμῷ. Curt. 3, 4, 42 s.: Gordium nomen est urbi quam Sangarius amnis interfluit pari intervallo Pontico et Cilicio mari distantem. Inter haec maria angustissimum Asiae spatium esse comperimus. Strabo 12, 5 p. 567 s.: ἐπὶ δὲ τούτῳ [τῷ Σαγγαρίῳ ποταμῷ] τὰ παλαιὰ τῶν Φρυγῶν οἰκητήρια, Μίδου καὶ ἐν πρότερον Γορδίου καὶ ἄλλων πινῶν, οὐδ' ἔγρη σώζοντα πόλεων, ἀλλὰ κώμαι μικρῶ μείζους τῶν ἄλλων, οἷόν ἐστι τὸ Γόρδιον. Hodie hic amnis appellatur Sacaria, a Turcis Ayala. Cf. Mannert 6, 3 p. 63 et 607 s. Dativum edere non dubitavi. De mari tamen apud posteriores quidem scriptores genitivus legitur, non modo v. c. αἱ ἐγ' Ἑλλησπόντου πόλεις Pol. 18, 37, 8, sed etiam πόλεις ἐπὶ θαλάττης κειμένη Diod. 14, 21, cujus simile exemplum apud Isocr. 4, 145 Bekkerus merito sustulit.

αἱ μὲν πηγαί. Strabo 12, 3 p. 543: ἔχει δὲ τὰς πηγὰς κατὰ Σαγγίαν κώμην, ἀγ' ἐξ αὐτῶν καὶ πενήκοντά που σταδίων οὗτος Πισσαουόντιος, διεξίσι δὲ τῆς ἐπικρήτου Φρυγίας τὴν πλείω, μέρος δὲ τι καὶ τῆς Βιθυνίας. cf. Pol. 22, 20, 4.

ἐκ Φρυγίας εἰσίν. cf. 3, 28, 5, 30, 7 et Kr. ad Xen. An. 1, 2, 7

πρεσβεία — δεόμενοι. Gr. § 58, 4 an. 1.

καὶ τότε ἐν Μακεδονίᾳ. Refertur hoc ad 1, 16 [2 et] 6. *Raphaelus*. Cf. Curt. 3, 1, 9.

6. τότε ἦκειν tunc veniant de iisdem sive rebus, quod probabilius, sive civibus tanquam legati agentes. V. 1, 16, 6. *Raphaelus*. Infinitivus ex ἀπεκρίναο pendet: respondit ut venirent, dass sie kommen sollten. Ellendlius comparat Xen. Hell. 3, 1, 15. Adde Kr. ad Thuc. 4, 99.

Liber secundus.

C. 1.

1. *ἐκ δὲ τούτου* postquam Alexander haec gessit, i. e. eo circiter tempore quo Gordium venerat. *Schmiederus*. De re Diod. 17, 29: *Ἀρτεῖος χρημάτων πλῆθος ἐξέπεμψε τῷ Μέμμωνι καὶ τοῦ πολέμου παντὸς ἀπέδειξε στρατηγόν. ὃ δὲ μισθοφόρων πλῆθος ἀθροίσας καὶ τριακοσίας ναῦς πληρώσας ἐνεργῶς διώκει τὰ κατὰ τὸν πόλεμον.* Cf. c. 31.

ἐς Μακεδονίαν in Macedoniam. Memnonis consilium erat in ipsam Macedoniam bellum transferre ejusque calamitates a regis finibus in Graeciam traducere. *Raphaelus*

παραστησάμενος. v. ad Thuc. 1, 29, 3.

Μιτυληναῖοι. Rectius, quod tamen libris invitis edere dubitavi. *Μυτιληναῖοι*, ut nummi habent omnes. Cf. S. L. Plehn. Lesbiacc. p. 10 ss.

τὰς ἄλλας πόλεις. Reliquae Lesbi urbes sunt Antissa, Methymna, Pyrrha et Eresus, quas ipsas nominat Diod. 17, 29. *Schmiederus*.

2. *ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν.* Eodem modo Xenophon Anab. 1, 2, 22: *ὄρος δ' αὐτὸ περιέχει ὄχρον καὶ ὕψηλὸν πάντη ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν.* Eodem modo loquitur Polyb. 4, 43, 1. *Raphaelus*. Item Diod. 14, 18, Plut. Per. 19, Strabo 10, 2 p. 456. *ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν* idem 9, 3 p. 416.

τῆς γῆς ἐκράτει οὐ χαλεπῶς, a terra quidem facile urbem continebat, a terra superior erat, partem reliquam insulae facile parere sibi coebat. *Gronovius*.

τὰς δ' ἐπὶ τὴν ἄκραν — nonnulla vero ad Sigrium Lesbi promontorium, ubi appulsus maxime est navibus onerariis a Chio, Geraesto et Malea venientibus, adnavigationem intercludens custodiae caussa habebat. Praeclare sane hunc locum Gronovius ex optimo codice integritati restituit, cum antea legeretur *μάλιστα, ἐπὶ ταῖς* etc. nec male eum transtulit, nisi quod *παράπλοον* verterit praeter navigationem, quam prohibere certe nihil intererat urbem obsidentium, intererat autem plurimum littorum appulsu arcere naves, ne quid subsidii Mitylenaeis mari advenire posset. Neque inusitata est haec notio particulae *παρά* in compositis. Ita enim et *παρήρχεσθαι* est intrare locis plurimis in indice notatis. Quin imo et *παρὰπλώ* hoc sensu citatur in Loxicis ex Thuc. [1, 111]: *παρέπλευσαν ἐς Σικυῶνα* in Sicyona navigarunt. Sic mox divisim c. 2, 2: *ἔπλε παρ' Αἰτογραφείτην.* *Raphaelus*. *Παραπλεῖν* et *παράπλους*, quod sciam, nunquam ita dicuntur. Nam Thucydides quoque verba nihil impedit quin littus legentes navigarunt convertas. Itaque statuendum videtur Sigrio occupato Memnonem prohibere voluisse, ne, si quae navigia ex Graecia illuc appulissent, inde profecti littus legentes ad Mitylenem pervenirent et noctu aut ventis secundis adjuvantibus in portum pervenirent.

τὸν λιμένα αὐτῶν. Strabo 13, 2 p. 617: *ἔχει δ' ἡ Μιτυλήνη λιμένας δύο, ὧν ὁ νότιος κλειστὸς τριήρεσι καὶ (ναύσταθμον Wesselingius addit) ναυσὶ πενήκοντα, ὃ δὲ βόρειος μέγας καὶ βαθύς, χώματι σκεπαζόμενος· πρόκειται δ' ἀμφοῖν νησιῶν μέρος τῆς πόλεως ἔχον αὐτόθι συνοικοῦμενον.* Cf. Plehn l. l. p. 12 ss.

τὸ Σίγριον. Strabo 13, 2 p. 616: *ἀπὸ Λεκιῶν ἐπὶ Ἄσσον πλέουσι φερῆ τῆς Ἀεσβίας ἐστὶ κατὰ Σίγριον τὸ πρὸς ἄρκιον αὐτῆς ἄκρον. ἐνταῦθα δὲ πον καὶ Μήθυμνα πόλις Ἀεσβίων ἐστι.* Sed scriptor sibi ipse repugnat, mox

haec tradens: ἀπὸ Μηθύμνης εἰς Μαλίαν τὸ νοτιώτατον ἄκρον ἐν δεξιᾷ ἔχουσι τὴν νῆσον — στάδιοι εἰς τριακόσιοι πενταράκοντα· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ Σίγγριον, ὅπερ ἐστὶ τῆς νήσου τὸ μῆκος, πεντακόσιοι ἐξήκοντα· εἴτ' ἐπὶ τὴν Μηθύμναιαν διακίσοι δέκα. Similiter p. 648: εἴτ' Ἐρσισός ἐστι — εἴτ' ἐπὶ τὸ Σίγγριον ἐντεῦθεν στάδιοι εἴκοσι ὀκτώ — Ἀντισσα δ' ἐγγεῆς ἐστὶ τῷ Σίγγριῳ — ἔπειτα Μήθυμνα. Itaque potius occidentale est promontorium, quod hodie Sigri dicitur. V. Mannert 6, 3 p. 443 et S. L. Plehn Lesbiacc. p. 20.

προσβολή. v. ad Thuc. 4, 1, 1.

Μαλέας. Hic sine dubio dicit Laconicae, non ipsius Lesbi promontorium.

3. εἴστε — γυνῶναι. Sic dixit similitudine πρὶν particulae cum infinito junctae ducente. cf. 4, 7, 1. 3, 9. 3. 14. 2. 16, 1. Similiter μέχρι apud Appi. Hisp. 6, 67, Mithr. 32, b. c. 4, 44. 55. 5, 32. Non sic Attici.

οὔτοι. Gr. § 51, 5 ann. 1.

ἀδελφιδῶ αὐτοῦ ὄντι. Diod. 16, 52: ἦσαν γὰρ Ἀρταβάζω γεγονότες ἐκ τῆς Μέντορος καὶ Μέμνονος ἀδελφῆς υἱοὶ μὲν ἔνδεκα, θυγατέρες δὲ δέκα.

4. τῆς τε γῆς εἰργόμενοι et terra prohibiti, quo minus in agros excurrere possent. cf. 4, 27, 8. *Raphelius*.

κατὰ συμμαχίαν ἤκοντας qui juxta societatem, qui ex foedere venerant. Συμμαχία enim est societas bellica, foedus belli junctis viribus gerendi. Κατὰ vero hac ipsa periodo istam significationem habet κατὰ τὴν εἰρήνην. Idem loquendi genus est 3, 8, 3: κατὰ τὴν συμμαχίαν τὴν Δαρίου, propterea quod foederati essent Dario. Et ξύμμαχοι sunt socii, confederati hac eadem periodo. Ita Polyb. 2, 10 in.: οἱ δ' Ἰλλυριοὶ συμπαραλαβόντες Ἀκαρνανῶν ναῖς κατὰ τὴν συμμαχίαν. Item 4, 9. *Raphelius*.

ἀπελθεῖν. Gr. § 50, 6 an. 6.

τὰς πρὸς Ἀλέξανδρον σφίσι γενομένας στήλας. Persis equestri ad Granicum praelio fugatis magnum exstitit satraparum civitatumque certamen atque incredibilis cupiditas ad Macedonas descendendi, quae multo graviore quam ipsa pugna rebus Persarum cladem infixit. Ac maxime is ardor Graccos ceperat, quorum se libertatis causa Alexander bellum contra barbaros suscepisse dicebat (Diod. 17, 24). Quo quidem tempore laud dubie ea sunt foedera facta et tabulis publicis incisa quae Mytilenaeis et Tenediis cum Alexandro fuere: cujusmodi foedus etiam cum Chiis convenisse ex eo probabile est quod hos mox, utpote Alexandri amicos, a Persarum exercitu oppugnari videmus. Atque eadem foedera haud secus quam formula pacis a Persarum postea ducibus proposita exsulum mentionem habuisse videntur: quos Ephesum ipse Alexander reduxit. *Pflugkii* de Theopompo p. 12 s. De formula καθαιρεῖν τὰς στήλας v. librum meum Hist. phil. Stud. p. 82 ann. 1.

ἐπ' Ἀνταλκίδου. Sic infra c. 2, 2 et Polyb. 1, 6 in.: (ἔτος μὲν οὖν ἰνευστήκει μετὰ τὴν μὲν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν ἐννεακαίδέκατον, πρὸ δὲ τῆς ἐν Αὐόντρῳ μάχης ἐκκαίδέκατον) ἐν ᾧ Λακιδαιμόνιοι μὲν τὴν ἐπὶ Ἀνταλκίδου γενομένην εἰρήνην πρὸς βασιλεία τῶν Περσῶν ἐκέρωσαν, quo Lacedaemonii pacem cum Persa icerunt quae opera et studio Antalcidae convenit. Ad quem locum Casaubonus ita: Pax haec non aliter illis dicitur quam ἐπ' Ἀνταλκίδου, hoc est legato Antalcida facto. Nam ita ἐπὶ hic accipiendum, quum tamen vulgo id genus dicendi de magistratibus ordinariis, non de legatis usurpetur. Ideo etiam Polybii ἐκέρωσαν dicit: quia hoc foedus in Asia per legatos factum, post Lacedaemone ratificatione senatus est confirmatum. Haec Casaubonus; quae ita se habere etiam ex Xenophonte constat, qui disertis verbis ait: πέμπουσιν Ἀνταλκίδα πρὸς τὸν Τηρέβαζον Hist. Gr. 4, 8, 12. *Raphelius*. Ἐπὶ in hac formula auctori-

tatem notare videtur Marklando et F. A. Wolfio ad Demosth. Lept. 42 (53) p. 273. Ego accipio: administrante Antalcida, Raphelio accedens.

Δαρείον. Nihil certius est quam pacem istam cum Artaxerxe Mucmone factam esse, non cum Dario Ocho vel adeo Codomanno; nihil apud Graecos solennius quam regem Persarum non nomine proprio, sed vel simpliciter τὸν βασιλέα vel τὸν μέγαν βασιλέα vocari. Unde si hoc tantum loco nomen Darii adjectum esset pro glossemate id haberem. At quum etiam c. 2, 2 repetitum sit ἦν ἐπὶ Ἀνταλκίδου Δαρείῳ συνέθεντο, error potius Arriani esse videtur. *Schmiederus.*

ἐπὶ τοῖς ἡμίσεσι. Verte, inquit Gronovius: ut exsules ipsorum redirent restituto eis semisse, dimidia parte, bonorum quae tunc erant, quae tunc possidebant, cum fugerent. Caetera quidem egregie; sed verba ἐπὶ τοῖς ἡμίσεσι hanc equidem puto habere sententiam, a Gronoviana paullulum modo diversam: ea conditione ut ipsis dimidia pars restitueretur. Haec enim significatio τῆς ἐπὶ frequentissima. Sic modo § 5, item ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς οὐ ξυνεβη πρὸς αὐτούς, non iisdem conditionibus cum iis convenit 1, 27, 3. Et 1, 19, 1 2, 1, 5. 25, 2. Polyb. p. 1197 l. 29: γάσκοντες δεῖν ἔχειν αὐτοῖς πάσας τὰς κτήσεις ἐφ' ὧν ἐξ ἀρχῆς ἔμυγον, postulantes ut omnes possessiones quas irrogati sibi exilii tempore habebant ipsis restituerentur. *Raphelius.* Cf. ad Thuc. 5, 31, 2.

5. ὡς παρῆλθον ἅπαξ εἴσω τῆς πόλεως ubi semel urbem intraverunt. Eodem modo 2, 27, 7 et in dissert. Epict. 1, 23: οὐδὲν σπῆ ἄν ἅπαξ γένηται παιδίον, οὐκ εἶν ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ μὴ στέργειν. Polyb. p. 1392 in.: ὅταν ἅπαξ ἢ ψέγειν ἢ ἐγκωμιάζειν πρὸς προῤῥηται, πάντων ἐπιλανθάνεται. Ita Latini [Terent. Heaut. 1, 2, 34]: animus ubi semel cupiditate se devinxit mala. Horat. [Ep. ad Pis. 475]: Quem semel [vulgo vero] arripuit tenet occiditque legendo. Similiter nostrates. *Raphelius.*

τοὺς ἔχοντας. Divites saepe, tragicis praesertim, dicuntur ἔχοντας: alii plene τὰ χρήματα vel τὰς οὐσίας ἔχοντας vel τὰ κτήματα. *Valckenar.* ad Herod. 6, 22. Cf. Gr. § 52, 1 ann. 2.

C. 2.

1. *ἐπὶ Λυκίας.* Eam regionem tum Alexander tenebat; eo tendit Pharnabazus vel ut regionem recuperaret vel quo prius Darii mandatum reciperet. *Schmiederus.*

ἐπὶ τὰς ἄλλας νήσους, quibus Lesbum oppositam cogitat, quod ob nuperum editorem admono.

Θυμώνδας. Apud Curt. 3, 3, 1. 8, 1 vulgo Thymodes scribitur.

τοὺς ξένους. Mercenarios per Thymondam accessitos ne credas terra per Lyciam et littora ad regem ductos esse, sed mari in Phoeniciam, quod et ex numero imminuto navium Persarum perspicuum est (pro trecentis enim restant CX) et ex nostro 2, 13, 2. Tripolin enim transportati sunt. In mercenariis vero Graecis maximam Persarum spem fuisse ex omnibus hujus historiae scriptoribus apparet. *Schmiederus.*

ὅσων Μέμνων ἦρχε. Curt. 3, 3, 1: ipsi Pharnabazo tradit imperium quod ante Memnoni dederat. Imperium nempe universae classis oraeque maritimae, init. h. c. *Raphelius.* De imperfecto Gr. § 53, 2 ann. 8.

2. *ἐπὶ τὰς ναῦς.* Verbum ἔπλει et cum παρά et cum ἐπὶ construitur. Ita § 1: ἔπλει ἐπὶ τὰς ἄλλας νήσους. Perspicue Vulcanius: [ad Au-

tophradatem, qui apud classem erat, navigat]. *Raphelius*. Immo hoc dicitur: profectus est ad naves assumendas, imperium classis suscepturus: er segelte nach den Schiffen. cf. Gr. § 68, 42, 1 ann. 2.

δέκα μὲν ναῦς. Ordo verborum est quem expressit interpres: σέλλουσι δαΐαμην ἀνδρα Πέροση ἐπὶ τὰς Κεκλάδας νήσους ἀγονία δέκα ναῦς. *Raphelius*. Cf. ad 1, 14, 6.

κατακομισθέντες. Constructio est: κατακομισθέντες εἰς τὸν βόρειον καλούμενον λιμένα τῆς Τενέδου. *Raphelius*.

τὰς στήλας. Supra c. 1, 4. *Raphelius*.

ἐπὶ Ἀνταλκίδου. Ib. *Raphelius*.

3. ἐποίησι. Potest accipi pro ἐποιεῖτο, activum pro passivo, Atticorum more, de quo in Budaei aliorumque Lexico sub finem verbi ποιέω. Item Joannes grammaticus, Attici, inquit, interdum activa ponunt pro passivis p. 80 col. 2. Eodem sensu verbum hoc Arrianus usurpat in Dissert. Epict. 2, 6 p. 152, 6: τί οὖν; ἂν εἰς Γύαρον πεμθῶ; ἂν σοι ποιῆ, ἀπελεύσῃ; εἰ δὲ μή, ἔχεις ποῦ ἀντὶ Γυάρων ἀπέλθῃς. Quid ergo? si in Gyara mittar? si tibi visum fuerit, abibis. Sin minus, habes quo pro Gyaris abeas. et 3, 8 p. 298, 21: ὅταν σοι μὴ ποιῆ, ἀνθρώπε, ἔξειλθε, si tibi ista non placent, homo, exi. Item p. 422, 14. *Raphelius*. Haec aliena videntur; certum est hujus aetatis scriptores ποιεῖν ita dixisse ex imitatione Thucydidis 2, 8, 3: ἡ εὐνοια παρὰ πολὺ ἐποίησι τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους. Ubi quae interpretes comparaverunt, iis adde Arrian. B. C. 1, 82: ἡ γὰρ εὐνοια τῶν ἀνθρώπων ἐς τοὺς ὑπάνους παρὰ πολὺ ἐποίησι. Interpretari licet: inclinabat, modo memineris primariam verbi notionem non prorsus esse oblitteratam, proprie ut sit: efficax erat, sio ausserte sich.

4. ἐπὶ Χαλκίδος. ἀπὸ Χαλκίδος lege cum Pflugkio.

5. εἰ νυκτὸς [οὔσης] cum adhuc nox esset. *Raphelius*. Cf. ad Thuc. 8, 101, 2.

αὐτοῖς ἀνδράσιν. Supra 1, 19, 11. *Raphelius*.

C. 3.

3. ἐπιπτήναι. Ao. poeticus. v. Gr. § 40 s. πέτομαι.

ἐπὶ βουλυτόν. Βουλυτός vespera, tempus quo solvendi sunt boves. Verbum huic argumento convenientissimum; quamquam et alibi usurpatur, Ind. 41, 6. *Raphelius*. Cf. Damm. Lex. Hom.

τοὺς Τελμισσίας. Cicero de divin. 1, 41: Telmissus in Caria est, qua in urbe excellit haruspicum disciplina. Cf. Valckenar. ad Herod. 1, 78.

καὶ σφίσι ἀπὸ γένους — et ipsis vaticinandi scientiam per stirpes a majoribus deinceps traditam esse. *Schmiederus*.

4. καὶ δεηθῆναι γάρ. Γάρ redundat, quod saepissime huic particulae accidit cum ἀλλά 1, 24, 1. 2, 6, 5. 3, 2, 4. *Raphelius*. Haec aliena sunt nec redundat γάρ. Sed verba δεηθῆναι γάρ — ἐξηγήσασθαι per se accipienda sunt: cum rogavisset ut — interpretaretur, sacra fecisse et —, ut καὶ particula proprie ad alterum enunciatum ἔθουσι τε — referenda sit. Neque tamen post eam particulam commate distinguendum est, non magis quam post ἀλλά sequente γάρ. V. ann. ad Xenoph. Anab. 3, 1, 24. Cf. Thuc. 3, 107, 3: καὶ μῖζον γάρ ἐγένετο —, ὁ Δημοσθένης — λοχιζοῖ ἐς ὄδον πνα κοιλήν καὶ λοχμῶδη ὄπλιτας. Sed aliis locis καὶ sequente γάρ est etiam, veluti Thuc. 4, 132, 2, Aristoph. Eccl. 603, vel

adeo, ut Thuc. 1, 77, 1, vel alteri καὶ respondet, ut Aristoph. Ran. 735. Cf. ind. ad Thuc. in γάρ et infra 4, 4. 9. 6, 26 4. 7, 27, 2.

θῦσαι τε —, sacrificasseque quemadmodum illa admonebat sive docebat. *Raphelius*. Τέ particula, ut dixi, ad verba καὶ γενέσθαι referenda est.

6. ξυμβαλόντας —, collato, considerato vaticinio statuisse hunc illum esse. *Raphelius*.

καταστήσειν. Si legeretur καταστήσαι, multo videtur aptius oratio cohaesura hoc modo: et ipsos quidem constituisse Midam regem, Midam vero etc. Ita pulchre sibi responderent particulae μὲν et δέ, item καταστήσαι et καταπαύσαι, prout habet codex Basileensis. Nam editi Vulcanii praeferunt etiam καταπαύσειν, seu annotat Blancardus. Quod cum mutaverit Gronovius, miror non in altero quoque idem ab eo factum. *Raphelius*.

καταπαύσαι. Prave edebatur καταπαύσειν. *Gronovius*.

ἄρξαι imperio potiri. Ita passim βασιλεύσαι, τυρανῆσαι, ισχύσαι, δυνθῆσαι, πλουτῆσαι alique aoristi quorum praesentia conditionem aliquam significant. Cf. Gr. § 53, 5.

7. ἐς τοὺς πολλούς. Intellige omnem multitudinem non Macedonum solum, sed etiam Asianorum. *Schmiederus*.

οἱ μὲν λέγουσιν —. Plut. Alex. 18: οἱ μὲν οὖν πολλοὶ φασὶ τῶν δεσμιῶν τυφλὰς ἔχόντων τὰς ἀρχὰς καὶ δι' ἀλλήλων πολλάκις σκυλοῖς ἐλιγμοῖς ὑπογερομένων τὸν Ἀλέξανδρον ἀμχανοῦντα λῦσαι διατεμεῖν τῇ μαχαίρᾳ τὸ σύναμμα καὶ πολλὰς ἐξ αὐτοῦ κοπέντος ἀρχὰς γυνῆσαι Ἀριστόβουλος δὲ καὶ πάντοτε λέγει φραδίαν αὐτῷ τὴν λύσιν γενέσθαι ἐξελόντι τοῦ ἔθμοῦ τὸν ἔστορα καλούμενον, ᾧ συνείχετο τὸ ζυγὸδεσμον, εἰθ' οὕτως ὑγελύσαντι τὴν ζυγόν. Hic quidem probabilior quam Aristobuli videtur ceterorum scriptorum narratio. cf. Marsyam apud sch. ad Eur. Hipp. 668.

ἔστορα. v. Lobeck. Parall p. 430.

8. τοῖς γήνασι θεοῖς. Sic Xenoph. Anab. 4. 3, 13.

C. 4.

1. τῇ ὑστεραίᾳ. Quum Alexander aliquamdiu Gordii fuerit nec probabile sit quae modo narrata sunt pridie ejus diei quo profectus est gesta esse, illud τῇ ὑστεραίᾳ ex fine superioris capituli temere repetitum esse suspicor.

Ἀγκύρας. Urbs posterioribus seculis nobilis, quae hodie quoque floret, Angora nunc dicta. V. Mannert 6, 3 p. 46 ss. Minus nota est Phrygiae Ancyra.

τῆς Γαλατικῆς. Recte animadvertit St. Croix p. 172 temporibus Alexandri Magni eam regionem quam Galli 250 a. C. occupabant ad Phrygiam inagnam pertinuisse. Nominavit noster regionem nomine quod suo tempore in usu erat. *Schmiederus*.

ἐς ὁμολογίαν ξυμβαίνόντων. Curt. 3, 1, 23: datisque ob-
sidibus tributum quod ne Persis quidem tulissent pendere ne cogerentur impetraverunt. Calas huic regioni praepositus est. Aliter tamen Appian. Mithr. 8: Ἀλέξανδρος δὲ μοι δοκεῖ τοὺς ἀρχοντας τῶνδε τῶν ἔθνῶν ἐπὶ φόρῳ καταλεπεῖν ἐπειγόμενος ἐπὶ Λαρκίον. — Ἰερώνμος δὲ (λέγει) οὐδ' ἐπιφράσαι τῶν ἔθνῶν ὄλωσ, ἀλλ' ἀπὸ τὴν παρὰ τὴν Παιμφυλίαν καὶ Κιλικίαν ἕτερον ὄδον ἐπὶ τὸν Λαρκίον τραπέσθαι.

2. τὴν ἐντὸς Ἄλως π. Strabo 12, 1 p. 534: ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ λέγομεν χειρόνησον τὴν προσεπέριον τοῖς Καππάδοξιν ἄπασαν, ἣν Ἡρόδοτος ἐντὸς Ἄλως καλεῖ.

Σαβίριαν. Eundem Curt. 3, 4, 1 Abistamenem nominat. Quamquam Gronovius legendum in Curtio conjicit: Interea Abicta magna e Cappadociae etc. [cl. Strab. 12 p. 534]. *Raphaelius*.

τὰς πύλας τῆς (τὰς) Κιλικίας. v. ad Xen. An. 1, 2, 20 et 21 ed. max. Adde Appi. Syr. 54 et Amm. 22, 9, 13.

3. τὸ Κύρου τοῦ ξὺν Ξενοφῶντι στρατόπεδον. De his Xenophon Anab. 1, 2, 20 [ubi cf. ann.]. Hic autem Cyrus minor fuit. Errat ergo Curtius, ut ab ejus commentatoribus notatum est, qui haec castra ad Cylum majorem referat. *Raphaelius*.

4. ἐς Ἴσον — aequae feliciter ipsi cessit audacia ac si hostes fefellisset. *Raphaelius*. De re multus est Curt. 3, 4, 4 ss.

ὑπερβαλὼν τὰς πύλας. Strabo 14, 5 p. 673: ἐντεῖθεν (a Cilicum finibus) ἑκατὸν εἰκοσὶν εἰσὶν εἰς Ταρσὸν σιάδιοι· κακείθεν οὐ πλείους πέντε ἐπὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Κύνδου. καὶ μὴν ἐπὶ γε Ἴσον καὶ τὴν κατ' αὐτὴν θάλατταν οὐτ' ἄλλη ὁδὸς συντομωτέρα ἐστὶν ἐξ Ἀμισσοῦ τῆς διὰ Ταρσοῦ, οὐτ' ἐκ Ταρσοῦ ἐπὶ Ἴσον ἐγγυτέρω ἐστὶν ἢ ἐπὶ Κύνδου.

5. τὴν Ταρσόν. Cf. ann. ad Xenoph. Anab. 1, 2, 23 et Mannert 6, 2 p. 97 ss.

6. οὐδὲν βλάβας τὴν πόλιν cui tum maxime [quum Alexander adventit] Persae subjiciebant ignem auctore Curt. 3, 4, 14.

7. ὁ δὲ Κύνδος —. Strabo 14, 5 p. 672 s.: τὰς ἀρχαῖς ἔχων ἀπὸ τοῦ ὑπερκειμένου τῆς πόλεως Ταύρου — διαφθεῖ αὐτὴν μέσση ὁ Κύνδος παρ' αὐτὸ τὸ γυμνάσιον τῶν νεῶν. αἵτε δὲ τῆς πηγῆς οὐ πολὺ ἀπῶθεν οὐσης καὶ τοῦ θεῖθρου διὰ γάραγγος βαθείας ἰόντος εἰς εὐθὺς εἰς τὴν πόλιν ἐκπιπτοντος, πηχρόν τε καὶ ταχὺ τὸ θεῖμα ἴσιν, ὅθιν καὶ τοῖς παχυνευροῦσι καὶ ποδαγριζομένοις κτήνεσι καὶ ἀνθρώποις ἐπιζουρεῖ. Quem locum leviter corruptum emendavi. cf. Plin. 31, 8. Itaque non solus Antonius Musa dolore arthritico laborantes profusionibus frigidis curabat (Schol. ad Horat. ep. 1, 13, 3).

8. οὐκ ἀδόκιμον. Mallem non incelebrem; neque enim arbitror praecipue celebrem [ut Vulc. vertit] fuisse in exercitu. *Raphaelius*.

καθῆραι purgare. Sic et 11. Hippocr. lib. 1 Aphorismo ultimo. *Raphaelius*.

9. ἐπιστολήν. Justin. 11, 8, 5: (Philippum) Parmenionis pri-die a Cappadociae missae epistolae suspectum faciebant: quippe ignarus infirmitatis Alexandri scripserat a Philippo medico caveret. Non consentit Curt. 6, 10, 34.

γυλάξασθαι. Ex ἐπιστολήν voce pendet, quatenus ei dicendi jubendique notio inest. cf. Gr. § 50, 6 ann. 6.

χρημασιν. Plut. Alex. 19: ἐπὶ δωρεαῖς μεγάλας καὶ γάμῳ θυγατρὸς. Curt. 3, 6, 4: mille talentis et spe nuptiarum sororis corruptum esse.

11. ῥαίσει αὐτῷ τὸ νόσημα. Vide ne αὐτῷ delendum sit. Nam ῥαίσει ὁ νοσῶν, οὐχ ἡ νόσος. cf. Fischer. ind. ad Aesch. in v.

C. 5.

1. ἐπὶ τὰς ἄλλας πύλας. V. Xenoph. Anab. 1, 4, 4 ibique annot.

2. ὕστερον postea. *Raphaelius*.

Ἀγγιῶλον. Sic etiam Suidas in *Σαρδανάπαλος* et Apollodorus apud Schol. Aristoph. Av. 1021; *Ἀγγιῶλην* Aristobulus apud Athen. 12, 39 p. 530, Strabo et Steph. Byz., Athen. 12, 29 p. 529 et Plin. 5, 22. Incolae *Ἀγγιῶλις*. Alii cum ipsa Tarso, alii cum Zephyrio confundebant. V. Holsten. ad Steph. l. 1. *Παραθαλασσίαν* dicit Stephanus confirmatque Strabo 14, 5 p. 671: *Ἀγγιῶλη μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης κτίσμα Σαρδανάπαλου φησὶν Ἀριστίβουλος.* et p. 672: *μετὰ δὲ τὴν Ἀγγιῶλην αἱ τοῦ Κόδρου ἐκβολαὶ κατὰ τὸ Ῥίγγιμα καλούμενον.*

μεγάλη. Gr. § 57, 4 ann. 2.

3. *μνήμα.* *Τάγον* dicunt Apollodorus l. l. et Athen. 8, 14 p. 336.

ἐπ' αὐτῶ, ἐν στήλῃ λιθίνῃ impositus. Athen. 12, 39 p. 530.

συμβεβληκῶς τὰς χεῖρας ἀλλήλαις. Aliter ex Aristobulo Athen. 12, 39 p. 530: *ἦν οὐ πόδιω (τῆς πόλεως) τὸ τοῦ Σαρδανάπαλλου μνημεῖον, ἐφ' οὗ ἑστάναι τύπον λιθινὸν συμβεβληκῶτα τῆς δεξιᾶς χειρὸς τοὺς δακτύλους ὡς ἂν ἐπικροτοῦνται.* Ex eodem Strabo p. 671 s.: *ἐνταῦθα δ' εἶναι μνήμα τοῦ Σαρδανάπαλλου καὶ τύπον λιθινὸν συμβάλλοντα τοῖς τῆς δεξιᾶς χειρὸς δακτύλους ὡς ἂν ἀποκροτοῦνται.* cf. Plut. de Alex. fort. 2, 3: *λιθίνην εἰκόνα κατασκευάσαντες ἐπερχομένην ἑαυτῇ βαρβαριστῶ καὶ τοῖς δακτύλοις ὑπὲρ μεγάλης οἶον ὑποβοηθοῦσαν.* Suidas l. l.: *τὸ γὰρ ἐγεστώς τῶ μνήματι ἄγαλμα ὑπὲρ τῆς μεγάλης ἔχον τὰς χεῖρας πεποιήται ὡς ἂν ἀποληροῦν τοῖς δακτύλοις.* Gronovio Arrianus Ptolemaeum videtur secutus esse. Ego potius Callisthenis narrationem ab eo repetitam censeam, quod Suidas l. l. Callisthenem auctorem memorat, nisi ipsum Arrianum minus accurate rem gessisse statuendum est.

ὡς μάλιστα uti maxime sive uti fere ad plausum colliduntur. *Raphelius.*

ἐπιγεγραπτο αὐτῶ. Athen 12, 39 p. 530: *ἐπιγεγράψθαι ἐν στήλῃ λιθίνῃ Χαλδαϊκοῖς γράμμασιν.*

Ἀσσύρια γράμματα. i. e. Assyriis et litteris et lingua. Sic *Ἀσσύρια* vel *Σόρια γράμματα* apud Herod. 4, 87. cf. Xenoph. Cyrop. 7, 3, 17, Diod. 19, 23. 96 et ad Thuc. 4, 50, 2.

οἱ μὲν. De asyndeto v. Kr. ad Xen. An. 2, 1, 6.

4. *Σαρδανάπαλος.* Ipsa Aristobuli verba referunt Strabo, Athenaeus, Stephanus: *Σαρδανάπαλος δ' Κυνδοράξω παῖς Ἀγγιῶλην καὶ Ταρσὸν εἰδειμὴν [ἐν] ἡμέρῃ μιῇ ἔσθιε, πίνε, παῖζε, ὡς τὰλλα τοῦτον οὐκ ἄξια.* Minus accurate Schol. ad Aristoph. Av. 1021, Apollodorus auctorem laudans. Suidas fere cum Arriano consentit. Polyb. 8, 12, 4: *λέγει ἢ ἐπιγραψῆ' αὐτῶ ἔχω ὅσ' ἔφαγον καὶ ἐθύβρισα καὶ μετ' ἐρωτος τέτυν' ἐπαθον.*

ἐν ἡμέρῃ μιᾷ. Quod Graeci consentiunt in versione Assyrii sermonis, qua dicitur Sardanapalus *ἡμέρῃ μιᾷ δεῖμαι* illas urbes, credere id Graecis sane possumus, ut tanto plus mirentur. Nihilominus fieri potuisset ut decepti fuerint ratione linguae Asiaticae, in qua persaepe id quod Graeci *ἡμέραν* dicunt non diem unum XXIV horarum notat, sed longius et minus definitum spatium, ut sic Anchialus et Tarsus indicari possent uno eodemque ferme tempore aedificatae. *Gronovius.*

ἐδεῖματο. Poeticum verbum. v. Gr. v. 2 § 39 in *δέμα.*

παῖζε ἀφροδισίαζε Plut. de fort. Alex. 2, 3, *ᾄχευε* Schol. Aristoph. Av. 1021

ὡς τὰλλα. Pro *ὡς τὰ ἄλλα.* Sunt Accusativi Attice loco genitivorum consequentiam designantium. Weller. Gramm. p. m. 296. *Raphelius.* Kr. Gr. § 56, 9 ann. 10.

τούτου sc. *τοῦ φόγου*, ne tanti quidem quanti est manus complodere vel potius digitis concrepare. Nam verius putem, ait Gronovius, quod illi (Strabo et Athenaeus) scribunt, et non duabus manibus plausum fecisse, sed potius digitorum unius manus ad pollicem pressione sibilum tenuem indicasse, ut vulgo fieri solet, ostendendae vilitatis gratia. *Raphelius.* Sed

τούτου neutrum est: quod interpretantes τοῦ (τῶν θαλιῶν) ἀποροσῆματος addunt Strabo, Athenaeus, Suidas. „Sed miror, inquit Gronovius, quid Casaubono in mentem venerit, scribenti ad Strab. p. 672 ab Arriano hanc interpretationem (nempe vocis τούτου in epigrafo) non esse adjectam, cum plane dicat Arrianus vocem τούτου αἰνίσσεσθαι τὸν ψόγον ὃν αἱ χεῖρες ἐπὶ τῷ κρότῳ ποιοῦσι.“

καὶ τὸ παῖζε ἡδαιουργότερον. Vide Drusium aliosque commentatores sacros ad Gen. 26, 2. *Raphelius*.

5. Σόλους. Cf. ad Xenoph. Anab. 1, 2, 24 et Strabo 14, 5 p. 675; γῆσι δ' Ἀρτεμιδωρος ἐντεθῆν (a Pyramo amne) εἰς Σόλους ἐδθυλοία σταδίου εἶναι πεντακοσίου. Adde Appi. Mithr. 115.

ἐπήγαγεν. Usus postulat, nisi fallor, ἐσήγαγεν vel παρήγαγεν. *Pflughius*. Cf. 1, 26, 2, 1, 5, 3, 1, 3, 5, 24, 8.

τάλαντα διακόσια. Sic etiam Curt. 3, 7, 2.

6. τοὺς τὰ ὄρη κατέχοντας. Intellige incolas Ciliciae asperae sive tra-cheae quae ab occasu Ciliciae campestris est. *Schmiederus*. Cf. Strab. 14, 5 p. 671 et Appian. Mithr. 96.

7. Καῦνον. Strabo 14, 2 p. 651: ἐπὲρ — τῆς θαλάττης ἐν ἐξήκοντα σταδίοις Κάλυμνα πόλις, εἶτα Κᾶνος καὶ ποταμὸς πλησίον Κάλβις βαθύς — ἔχει δ' ἡ πόλις νεώρια καὶ λιμένα κλειστόν ὑπέρκειται δὲ τῆς πόλεως ἐν ὑψηλοῦρον Ἰμβρος. Duas arcus Heracleum et Persicum memorat Diod. 20, 27. Cf. Mannert 6, 3 p. 196 ss.

Θήραν. Memorat etiam Ptolemaeus ad Calbim amnem positam fuisse tradens.

Καλλιπόλιον. De hac non memini qui exposuerit, nisi quod Stephanus πόλιον Καρίας memorat.

Τριόπιον. Notum est ad Cnidum promontorium fuisse, quod hodie Crio appellatur. Cf. Herod. 1, 174. 4, 38. Utrum hic pro ipsa Cnido posita sit an arcem habuerit delinire non audeam. Sed πόλιον Cariae dicit etiam Stephanus.

ἔγραγον. Victores nempe Ptolemaeus et Asander. *Raphelius*.

8. τῷ Ἀσκληπιῷ. Huic tanquam peculiari salutis numini vota pro salute suscepta reddidit. *Raphelius*.

λαμπάδα ἐπιτελέσας. Λαμπάς h. l. ludi quoddam genus, de quo Meursius in Graecia feriata lib. 5 p. 814. Certamen istud erat ut facem ardentem in locum destinatum perferrent. [V. quem Schmiederus laudat Herod. 8, 98.] Nam cui exstingui illam contingeret, is victoria excidebat. Ἐπιτελεῖν celebrare, agere. *Raphelius*.

διὰ τοῦ Ἀλγίου πεδίου. Strabo 14, 5 p. 676: ὑπέρκειται δὲ τῆς παραλίας ταύτης (circa Magarsa et Pyramum) Ἀλγίον πεδίον, δὲ ὃν Φιλώτις διήγαγεν Ἀλέξανδρῳ τὴν ἵππον ἐκεῖνον τὴν φάλαγγα ἀγαρόντιος ἐκ τῶν Σύλων διὰ τῆς παραλίας καὶ τῆς Μαλλώτιδος ἐπὶ τὴν Ἰσὸν καὶ τὰς Λαρείου δυνάμεις.

τὸν Πύραμον. cf. ad § 5 et ad Xenoph. Anab. 1, 4, 1.

9. Μαγαρόν. Tzetzes ad Lycophr. 444: ἡ Μέγαρσος πόλις κείται πρὸς ταῖς ἐκχέσαι τοῦ Πυράμου ποταμοῦ. Strabo 14, 5 p. 676: περὶ Μάγαρσα τοῦ Πυράμου πλησίον. Cf. Cellar. Not. orbis ant. 2 p. 246.

Μαλλόν. [Pyramus] praeterfluit oppidum Mallon, quae in maritimis quidem ponitur a Ptolemaeo, nec vero proxime ad mare fuit, sed per amnem ad eam navigabatur ex mari. Mela 1, 13: Pyramus Isso prior (quam Cydnus) Mallon praeterfluit. Scylax in Cilicia: ποταμὸς Ἰύραμος καὶ πόλις Μαλλὸς εἰς ἣν ἀνάπλους κατὰ τὸν ποταμόν. Curt. 3, 7, 5: Pyramo amne ponte juncto ad urbem Mallon pervenit. Stephanus quo-

que Byzantius: *Ἡράκλειος ποταμὸς ἐν Μαλλῶ τῆς Καλικίας* ἐκαλεῖτο δὲ πρό-
τερον *Λευκόνορος. ἐν Μαλλῶ* i. e. in Mallotide regione. Neque enim urbem
permeat neque vero adluit, sed in propinquo praeterlabitur. Strabo post
Pyrami descriptionem [p. 673]: *πλησίον δὲ καὶ Μαλλός, ἐγ' ἕβουσι κειμένη*
κτίσμα Ἀμφιλόχου καὶ Μόφου τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Μαντιῶς. Ptolemaeus post
Pyramum ab ortu hanc urbem locavit, ut ab Tarso et Auchiale adiri non
potuerit nisi Pyramo trajecto. *Cellarius* l. 1. p. 243 s. Similiter Mannert 6,
2 p. 59 ss.

Ἀμφιλόχῳ ὅσα ἤρωι ἐνήγισε. Strabo 14, 5 p. 676: *φασὶ δὲ καὶ*
ἐναγίσαι τῷ Ἀμφιλόχῳ τὸν Ἀλέξανδρον διὰ τὴν ἐξ Ἄργου συγγένειαν.

ἀπ' Ἄργου — ab Argo (oppido) oriundus ex Heraclidis vel
Herculis posteris. *Grœnovius*. Sed τῶν Ἡρακλειδῶν non cum prae-
positione sed cum verbo *εἶναι* conjungendum est.

C. 6.

1. *Σώχοις*. Eundem putant locum quem Curt. 4, 1, 3 Onchas sive
Unchas dicit.

2. *τὰς πύλας*. Pylas Amanicas. *Raphelius*. Inumo Syriacas, ut Schmie-
derus annotavit.

Μυριάνοδροφ. V. ann. ad Xenoph. Anab. 1, 4, 6.

ἕδωρ τε ἐξ οὐρανοῦ. ἕδωρ ἐξ οὐρανοῦ pluviam notat. Sic 1,
17, 6. 3, 3, 4. Xenoph. Anab. 4, 2, 2: *ἕδωρ πολὺ ἦν ἐξ οὐρανοῦ*. Curt. 4,
7, 6: terra coeloque magna aquarum penuria. Verba igitur ἐξ
οὐρανοῦ ad solos imbres, non ad ventos pertinent, quo illa simul rettulit
interpres. *Raphelius*. Gr. § 61, 4 ann. 4.

3. *Δαρείος δὲ τέως μὲν* — Darius autem interea quidem
cum exercitu morabatur, nempe ad Sochos [fortasse Socha] § 1, de-
legeratque. Verba autem *τέως μὲν* respectum habent ad ista *ὡς δὲ* § 4
initio. Ita paulo post *τέως μὲν* — *ὡς δὲ* 2, 8, 3. 27, 1. Pro *διέτριβε* mox
§ 3 ponitur *ἔμενε*. Ut omnino illud *διέτριβεν* in Latino omittendum non fue-
rit, cum in eo maxima sententiae vis lateat. Si enim eodem loco, quo ad-
huc quidem subsistebat, hostem opperiri voluisset, felice eventu pugnas
set. *Raphelius*.

Ἀμύντας ὁ Ἀντιόχου. Cf. 1, 17, 9 ibique ann.

πρὸς τοῦ πλήθους. v. ind. ad Thuc. in *πρός*.

4. *Κίλικας*. Post *Κίλικας* addiderim *δέ*. *Psflugius*. Non opus vi-
detur.

ὁ τιπερὴ ἡδιστον ἦν δοξασθέν quod quidem jucundissimum
erat cogitatu. *δοξασθέν* est quod putatur, quod sentitur, quod
existimatur sive sententia, opinio. Videtur ergo etiam ita trans-
ferri posse: quae quidem sententia sive opinio jucundissima
erat, ad eam non invitus adductus est; nempe ad meliora spe-
randa pronus cupiditate. *Raphelius*.

καθ' ἡθονήν ad voluptatē regum, i. e. dicentes quidquid gra-
tum regibus futurum est. Sic 5, 27, 3: (*οὐκ*) *ἐρῶ τὰ καθ' ἡθονήν ἐκείνοις*.
Similiter 7, 29, 1 vituperat *τοῖς πρὸς ἡθονήν, οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίστῳ τοῖς βιου-
λεῦσαι ξυνόντας καὶ ἐπὶ κακῷ ξυνησομένους*. Quippe pernicioſa adulatio
perpetuum malum regum, quorum opes saepius adulatio

quam hostis evertit. Curt. 8, 5, 6. De locutione v. Kr. ad Thuc. 2, 37, 2. 65, 6. 6, 17, 3.

ξυνότων Mallem: qui adsunt [quam: qui aderant cum Vulcanio], cum non Darii solum, sed aliorum quoque regum adultores hoc verbo comprehendantur omniumque aularum hanc consuetudinem esse significetur. *Raphelius*.

τοῖς ἀεὶ βασιλεῦσιν regibus quibusvis qui unquam fuerunt quique sunt eruntque. Eodem loco *ἀεὶ* ponitur 4, 8, 3: *οὐποτε παύσονται ἐπιτιβόντες τὰ τῶν ἀεὶ βασιλέων πράγματα*. *Raphelius*. Gr. § 50, 8 an. 9.

ἐπαιρόμενος. Purpuratis solita vanitate spem ejus inflantibus ait Curt. 3, 2, 10. *Raphelius*.

5. *καταπατήσειν*. Unde Charidemum percontatur Darius, satisne ei videretur instructus ad obtinendum hostem? Curt. 3, 2, 10. *Raphelius*. Aesch. 3, 164: *πάσῃ τῇ δυνάμει Ἀραρίος καταβεθήκει, ὃ δὲ Ἀλεξάνδρος ἦν ἀπειλημένος ἐν Κιλικίᾳ πάντων ἐνδείς, ὡς ἐγρησθα σοῦ, αὐτίκα δὲ μάλα ἤμελλεν, ὡς ἦν ὁ παρὰ σοῦ λόγος, συμπατηθήσεσθαι ὑπὸ τῆς Περσικῆς ἵππου*.

6. *τὴν λαμπρότητα*. Pol. 11, 9, 1: *μεγάλα γὰρ ἡ λαμπρότης συμβάλλεται πρὸς ἐκπληξιν τῶν ὑπεναντίων*.

αὐτήν. *Αὐτός* in ejusmodi locis est vel, auch nur. Sic paulo ante et 6, 13, 3: *τῆς ἐσθῆτος αὐτῆς*.

ἡ δυνήθη. Hanc formam restituendam duxi, quod alteram scriptor in his libris admisisse non videtur.

C. 7.

1. *ὑπερβαλῶν δὴ τὸ ὄρος Ἀραρίος τὸ κατὰ τὰς πύλας*. Vel laxè usus est voce *κατὰ*, vel propter multitudinem non portas tantum, sed invios etiam montes qui juxta sunt viam praebuisse [statuendum est], praesertim iis barbaris qui ex montanis et sylvis regionibus exciti erant. *Celarius* Notit. orbis ant. T. 2 p. 248. Non puto aliud quid scriptorem significare voluisse nisi hoc: montes qui ad portas Amanicas sunt per portas superavit. Cf. prox. ann. De his montibus v. Strab. 12, 1 p. 535 cl. 14, 5 p. 676. 16, 2 p. 751; de portis ann. ad Xenoph. Anab. 1, 4, 4 et Mannert 6. 2 p. 51 ss.

καὶ ἐγένετο κατόπιν Ἀλεξάνδρου λαθῶν. Hinc Curtius scribit 3, 8, 24: Dario adventum hostium pavidi agrestes nunciaverunt, vix credenti occurrere etiam quos ut fugientes sequebatur. Itineris autem ratio et Darii et Alexandri haec fuit. Darius Alexandri cunctatione ad vanam fiduciam elatus non dubitabat quin is adventu suo perterritus ulterius progredi non auderet c. 6, 4. Relicto igitur loco sibi opportunissimo quem in Assyria castris delegerat c. 6, 1 et 3 Alexandrum versus copias movit, superatoque monte qui prope Pylas Amanicas est et anne Pinaro nuncium accepit de Alexandri adventu. Inhibito ergo itinere aciem instruxit c. 8, 5. Alexander namque cognito Darium ad Sochos in Assyria castra fixisse idem fecerat quod Darius, exercitum in Persas duxerat. Sed forte ita uterque iter instituerat ut neuter alteri occurreret, forsitan propterea quod Alexander ipsas pylas c. 6, 2, Darius vero montem ad pylas situm transisset c. 7, 1. [Immo Alexander Syriacas, Darius Amanicas pylas transit.] Simulac vero audivit Alexander Darium post se esse verso

itinere repetit angustias illas quas jam transierat, ut easdem denuo occuparet c. 8, 1. Verba ipsa et hanc interpretationem admittunt: fuit clam a tergo Alexandri, ignorantis scilicet quod praetergressus jam se esset Darius § 2 [vel potius: ignorantis per Amanicas pylas in Ciliciam invasisse Darium], cui ipse obviani properabat. Sic 1, 6, 9: λαθῶν διαβαίνει clam transit. *Raphelius*. Cf. Polyb. 12, 17: ἡσὶ (Καλλισθένης) Ἀλέξανδρον ἤδη διαπεπορευθεὶς τὰ στενὰ καὶ τὰς λεγομένας ἐν τῇ Κιλικίᾳ πύλας Δαρείον δὲ χρῆσάμενον τῇ διὰ τῶν Ἀμανίδων λεγομένῳ πύλῳ πορείᾳ καταῖσαι μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Κιλικίαν ποθόμενον δὲ παρὰ τῶν ἐγγωρίων προσάγειν τὸν Ἀλέξανδρον ὡς ἐπὶ Συρίαν ἀκολουθεῖν καὶ συνενγίσαντα τοῖς σινοῖς στρατοπέδουσαι παρὰ τὸν Πίναρον ποταμὸν. Quod Cilicias portas dicit quos alii Syrias appellant, pariter Polyb. 12, 9, 3, Appian. Syr. 54, Dio Cass. 74, 7. De tempore Curt. 3, 8, 13: Forte eadem nocte Alexander ad fauces quibus Syria aditur et Darius ad eum locum quem Amanicas pylas vocant pervenit. Cf. Plut. Alex. 20.

Ἰσσόον. V. ann. ad Xenoph. Anab. 1, 2, 24.

αἰχιστάμενος. Curt. 3, 8, 15.

τὸν Πίναρον. Pugnae locum describens Callisthenes l. 1: εἶναι δὲ τοῦ μὲν τόπου τὸ διάστημα οὐ πλείω τῶν τετάρων καὶ δεκά σταδίων ἀπὸ θαλάττης ἕως πρὸς τὴν παρῳρείαν διὰ δὲ τοῦτου γέρεσθαι τὸν προειρημένον ποταμὸν ἐπιχώριον, ἀπὸ μὲν τῶν ὄρων εὐθὺς ἐκρηγματο [πολλὰ ποιῶντα] τῶν πλευρῶν, διὰ δὲ τῶν ἐπιπέδων ἕως εἰς θάλασσαν ἀποτόμους ἔχοντι καὶ δυσβάτους λόγους. Cf. Plut. Alex. 20.

2. ὅτι κολπώδης ἦν ἡ θ. ad sequentia refer. De re Strabo 14, 5 p. 676: ὁ κόλπος εἶρηται Ἰσασίος, cf. 12, 2 p. 535.

ἐν χειρσὶν εἶναι. Parum usitata ratione dictum. v. ad Thuc. 4, 43, 2. Diod. 17, 33: τριάκοντα σταδίου ἀπέχει Δαρείον.

3. στρατηγούς τε καὶ ἡλάρχας. De articulo non addito v. ann. ad Xenoph. Anab. 3, 5, 7 ed. min.

θαρδεῖν μὲν. Μὲν particulae respondet τὰ δὲ ἄθλα § 6, ubi verbis ταῦτα μὲν οὖν ἐς πλεονεξίαν τοῦ ἀγῶνος ἐπέβημι superiora quoddammodo repetuntur. Similiter saepe scriptores, veluti 3, 12, 2. 4. Xenoph. Anab. 2, 5, 7 et 8.

ἐκ τῶν ἤδη σήσι καλῶς κεινδυννευμένων καὶ ὅτι —. Hic quoque καὶ particula diversa copulantur ea ratione qua apud Graecos nihil frequentius. Admonuit etiam Sintenis ad Plut. Them. 14 p. 101. cf. Gr. § 52, 3 ann. 4.

ὁ θεὸς — στρατηγεῖ. Xenoph. Anab. 2, 2, 13: ἡ δὲ τύχη ἑστρατήγησε κάλλιον. Aristid. or. 31 p. 60 Cant. p. 393 Jeb.: ἡγοῦμαι θεῶν τὰ ταῦτὰ πάντα στρατηγήσαι.

ἴνα ubi. Caeterum de hac re Curtius ita 3, 3 extr.: et castris locus et exercitui commeatus suppetebant. Ergo Alexandro in acie miles non defuit. Darius tantae multitudinis rex loci in quo pugnavit angustiis redactus est ad paucitatem quam in hoste contempserat. *Raphelius*.

ἀναπτύξαι τὴν μάλαγγα. V. ad 2, 8, 2.

ὅτι ἔσται. Perincommodum hoc loco esse ὅτι particulam nec te fugit, ut opinor. Reponeram οὕτω. *Pflugkius*. Mihi ne hoc quidem satis placet, ut ὅτι particulam delere malim, nec mirer si quis etiam verba ἔσται τῇ μάχῃ damnet.

4. Μακεδόνας τε καὶ Πέρσας. Reponeram Μακεδόνες τε γὰρ Πέρσας. *Pflugkius*. Sic nunc C.

μετὰ κινδύνων ἀσκουμένους. Thuc. 1, 18, 7: ἐμπειρότεροι ἐγένοντο μετὰ κινδύνων τὰς μελέτας ποιοῦμενοι. ubi cf. ann.

ὅσοι τε Ἕλληνες Ἕλλησιν. sc. ἐς χεῖρας ἤξουσιν, quicumque Graeci cum Graecis conficturi essent. *Raphelius*.

5. ἐς πλεονεξίαν τοῦ ἀγῶνος ut quantum hostibus superiores quantamque victoriae spem habere deberent ostenderet.

6. τοὺς σατράπας, quos ad Granicum vicit, Dario absente 1, 12, 8. *Raphelius*.

οὐδὲ τοὺς δισμυρίους ξένους. Ad eundem fluvium 1, 14, 4. *Raphelius*.

ξένους τοὺς μισθοφόρους jungit etiam 1, 14, 4 19, 1 2, 9 3, 13, 1. 3, 16, 2, 18, 1. al. cf. ad Thuc. 8, 25, 2.

Περσῶν τε ὅτι περ ὄφελος καὶ Μήδων et Persas et Medos quorum ullus est usus, in quibus aliquid virtutis, animi, roboris, nervorum est. Sic 5, 13, 4: τῶν πεζῶν ὅτι περ ὄφελος. Sic apud Salust. Cat. 39, 4: Lentulus sollicitabat etc. neque solum cives, sed e jusque modi genus hominum, quod modo bello usui foret. Apud Polybium hoc verbum dicitur de iis in quibus est aliquid saltem intelligentiae 3, 36 sub fin.: πάντες, ὧν καὶ μικρὸν ὄφελος ἀναπλάς, δύσεις, μεσημβρίαν, ἄρκτον γνωρίζουεν, omnes, quorum vel mediocre est ingenium ortum, occasum, meridiem, septentrionem dignoscimus. Item 16, 14 in. *Raphelius*.

παρόντα praesentem, cum pugnae ad Granicum annem non ad fuisset. *Raphelius*.

καὶ ὡς —. Pergit ac si ἔλεγεν antecederet.

ἐπὶ τῷδε τῷ ἀγῶνι post hoc praelium. Ita ἐπὶ τοῖτοις, post haec. *Raphelius*.

7. εἰς τὸ κοινόν. Non male Vulcanius: collatis viribus.

εἰ δὴ τῷ. Τῷ pro πνί. *Raphelius*.

ὄνομαστί. cf. 2, 10, 2 et ann. ad Xenoph. Anab. 6, 8, 24 ed. maj. et Dion. Arch. 9, 10: ὃ συνέδει π λαμπρὸν ἔργον ἐν μάχαις ἀποδιξαμένῳ, κατ' ὄνομα ἀνακαλοῦντας.

καὶ τὸ αὐτοῦ οὐκ ἀκίνδυνον. Proprie Graeca volunt: nominatim unumquemque ad mentionem facinoris praeclari appellans suam quoque omnis periculi in praeliis negligentiam quam minima cum invidia edisserebat. *Gronovius*. Quo quidem sensu legendum potius αἰτοῦ, foretque ejus generis argumentum quo Alexander alio loco utitur apud Curtium 4, 14, 6: non postulare se ut fortiter capesserent praelium, ni ipse ceteris fortitudinis fuisset exemplum. *Raphelius*.

8. τῶν ἅμα Ξενοφῶντι μυριάων. De quibus Xenophon in expeditione Cyri. Tot enim Graeci Cyrum secuti erant, 5, 3, 3: οὗτοι ἐσώθησαν ἐκ τῶν ἀμὰ τοὺς μυριάων. *Raphelius*.

σῆλιν ipsis Macedonibus [ut § 4 et 6. c. 8, 11 al. et Gr. § 58, 4 ann. 3.] Nullos ait ejusmodi equites fuisse illis decem millibus Graccorum quales in ipsorum exercitu essent. Consilio tamen Xenophontis lecti fuerant quinquaginta equites. Xenoph. Anab. 3, 3, 20. *Raphelius*.

τούτων ἐν τῷ. Malim τούτων ἐν αὐτῷ τῷ.

ὅπῳ Ξενοφῶντος. Narrat hoc a se factum Xenophon Anab. 3, 3, 16 ss. Cum enim recenti periculo edoctus ostendisset pedestre agmen ho-

stibus subinde lacescentibus salvum esse non posse sine funditoribus et equitibus, statim probata hac sententia nocte illa funditores circiter ducenti facti sunt 3, 3, 20. *Raphelius.*

9. οἱ δὲ — *ἰτρέψαντο*. Similiter δὲ δὲ ratione Atticis aliena post participium infertur 2, 12, 1: *καίπερ τρωμένος — ὁ δὲ τοὺς τραυματίας ἐπῆλθε*. 4, 18, 6: *προκληθέντες γὰρ ἐς ξύμβασιν — οἱ δὲ — πτηνοὺς ἐκέλευον ζητεῖν στρατιώτας Ἀλέξανδρον*. 7, 2, 4: *ἀπολιπὼν τὴν παρὰ σῆσιν εὐδαιμονίαν ὁ δὲ δεσπότην ἄλλον ἢ τὸν θεὸν ἐθεράπευε*. cf. 2, 12, 6 et Jacobitz. ad Luc. Cat. 11. Sic haec jugenda esse etiam Schneiderus commate post *αὐτοσχεδιασθέντων* colo permutato significavit.

βασιλέα, Artaxerxem, fratrem Cyri minoris. *Raphelius.*

πρὸς Βαβυλῶνι ἀντὶ ante sive prope Babylonem ipsam, quod pronomen non omittendum, cum rem non parum augeat. Nam cum magnum est vincere hostem copiarum multitudine longe superiorem, tum vero maximum prope ipsam regiam vincere. Et quamquam ab illo loco in quo proelium commissum fuit Babylonem usque restarent tria millia stadiorum et sexaginta, Xenoph. Anab. 2, 2, 6, nihilominus tamen non hic tantum, sed etiam in Xenophonte prope ipsam Babylonem id accidisse dicitur 2, 4, 4: *οὐ γὰρ ποτε ἐκὼν γε βουλήσεται ἡμᾶς ἐλθόντας εἰς τὴν Ἑλλάδα ἀπαγγεῖλαι ὡς ἡμεῖς, τοσοῦτ' ὄντες, ἐπιχώμεν τὴν βασιλικὴν δύναμιν ἐπὶ ταῖς θύραις αὐτοῦ*. Nempe quia ab Epheso, unde profecti fuerant Graeci, usque ad pugnam jam confecerant stadiorum millia sedecim et quinquaginta, prope a Babylone abesse dicuntur, quod non nisi tria millia stadiorum et sexaginta ad eam restarent. Cf. ad Matth. 24, 33. *Raphelius.*

ἐπῆλθον. Sic 7, 13, 4 de his ipsis Graecis dicit *οἱ Ἕλληνες ἐπῆλθον ἐθνη βαρβαρικά*. *Raphelius.* Cf. Xen. An. 7, 8, 25. Strabo 2, 5 p. 117: *ἐροῦμεν δὴ τὴν μὲν ἐπελθόντες αὐτοὶ τῆς γῆς καὶ θαλάσσης, περὶ ἧς δὲ πιστεύσαντες τοῖς εἰποῦσιν ἢ γράφασιν*. 11, 4 p. 503: *λέγεται Ἰάσονα τὴν Ἀλβανίαν ἐπελθεῖν*. Schneiderus tamen *ἀπῆλθον* reposuit.

ἐν τῷ τοιῷδε tali statu, tali tempore. Sic 7, 3, 1. *Raphelius.* Ceterum etiam hoc enunciatum pendet ex *ἐπεδείκνυνεν* § 6.

ἄλλος ἄλλοθεν. Hoc est quod Latini dicunt: pro se quisque, Curtius inprimis, ut 3, 6, 17: pro se quisque dextram ejus amplexi. *Raphelius.* Proprie tamen *ἄλλος ἄλλοθεν* est alius aliunde, der eine von dieser, der andere von jener Seite. Videlicet cogitandum est stesisse Alexandrum corona celsarum circumdatum potestatum, ut Ammianus 23, 5, 15 loquitur.

τῷ λόγῳ ἐπαίροντες verbis efferentes, incitantes, instigantes, animum ipsi augentes. Sic 2, 6, 4 et 5. *Raphelius.* Similis res Pol. 11, 12, 2.

C. 8.

1. *τὴν ὁδὸν τὴν ὀπίσω* [ὡς ἐπὶ τὰς πύλας]. Ita *τὴν ὡς Ἀβδηρα* via quae ad Abdera tendit 1, 11, 4. *Raphelius.*

2. *αὐτοῦ ἐπὶ*. v. ad Xen. Anab. 2, 2, 1.

ἐπὶ κέρως ἄγειν est aciem ita ducere ut in fronte totius phalangis totidem vel non inulto plures armati incendant quam in uno cornu solent. Unde non male redditur angustam aciem ducere. Vocatur hujusmodi acies recta. Aelian. Tact. 30: *ὀρθία δ' ἴσθι γάλαγξ' ὅταν ἐπὶ κέρως πορεύηται πολλαπλάσιον ἔχουσα τὸ βάθος τοῦ μήκους*. Ejus forma haec est:

Ὅρθια γάλαξ, recta phalanx

Μήκος, longitudo

o o o o

o o o o

Βύθος,
latitudo.

o o o o

o o o o

o o o o

o o o o

o o o o

o o o o

Τῷ ἐπὶ κέρως opponitur τὸ ἐπὶ μετώπου apud Lucianum de hist. scribenda t. 2 p. 375 et 382, quae phalanx dicitur πλαγία, transversa, qualis est si hanc quam descripsimus formam invertas, ut octo milites in fronte consistant. Xenoph. Cyrop. 2, 4, 3: ἐπεὶ δὲ κατενόησε τὴν ἀγυιάν τὴν ἐπὶ τῷ βασιλείῳ κέρουσαν σιενωτέραν οὖσαν ἢ ὡς ἐπὶ μετώπου πάντας ἕναι, quia vero viam ducentem ad regiam arctiorem animadvertēbat esse quam ut omnes in fronte progredi possent (frons enim ad ducentos, altitudo ad centum habebat), jussu ordine millenario primo sequi loco suo, alterum sequi hunc pone jubet. Id quod est ἐπὶ κέρως ἀγυιν. Figuram, inquit Schefferus ad Mauricii Strategicum 3, 13 p. 442 init., docet Maximus Tyrius dissertatione 40, quando eam comparat cum cervis natantibus sigillatim una post alteram, sicut optime Arcerius notat. Porrectum ordinem dixit Plinius quod est γάλαξ ὀρθία sive ἐπὶ κέρως. Sic enim 8, 32: maria tranant gregatim, nantes porrecto agmine. Vegetius hoc genus simile facit veru itemque litterae I, negotiumque ipsum porrigere in directum vocat 12, 20. *Raphelius.*

ἀνέπτυσσεν αἰὲ τὸ κέρως ἐς γάλαγγα explicabat subinde cornu in phalangem. Ita enim existimo duo ultima verba cum antecedenti ἀνέπτυσσεν cohaerere, cum ea Freinshemius et qui eum sequuti sunt Blancardus et Gronovius cum sequenti participio παράγων conjunxissent. Similiter Xenophon Cyrop. 8, 5, 15: ἐκ κέρωτος ἐς γάλαγγα καταστήσαι. Explicabat ergo subinde cornu sive arctam aciem in phalangem, i. e. ut paulatim ad justam longitudinem perveniret acies, quae duo haberet cornua. Phalangis enim vocabulo, ut ait Budaeus Comment. p. 881 v. 45, acies longior quam altior significatur propter duo cornua. E contrario cornu est acies altior quam longior. Unde apud Xenoph. l. c. opponuntur ἐκπίναί γάλαγγα et βαθῦναι et vice versa ἐκ κέρωτος εἰς γάλαγγα καταστήσαι. *Raphelius.*

παράγων. Παράγειν est verbum militare, hoc est porro agere, promovere ordines ab altitudine in longitudinem. Id quod fit ad porrigendam frontem et circumveniendos hostes. Xenoph. Anab. 4, 6, 6: παρήγγειλε δὲ τοῖς ἄλλοις [στρατηγοῖς] παράγειν τοῖς λόχοις, ὅπως ἐπὶ γάλαγγος γένοιτο τὸ σιράτευμα. *Budaeus* in Comment. Gr. ling. p. 529 v. 40 et 530 v. 50. Eodem sensu verbum hoc exstat paulo post § 9 et 2, 9, 4. *Raphelius.* Paulo aliter ego hoc vocabulum explicandum esse arbitratus sum ad Xenoph. Anab. 3, 4, 14. Quamquam sic quoque idem est quod nostrum aufmarschiren lassen.

3. πρῶτους μὲν. Ab his orsus est aciem ordinare. *Raphelius.*

οὔτοι μὲν ἔστε ἐπὶ τὸ — μέσον hi quidem usque ad medium gravis armaturae a dextra incepturo constituti erant; h. e. si quis a dextro aciei latere numerare incipiat. Nempe proximus a monte qui

est duplicata. Fit autem duplicatio sive *διπλασιασμός* quando in intervalla anteriorum militum transferuntur ii qui a tergo ipsis adstant, ita ut longitudo quidem aciei maneat eadem, sed condensetur et duplo plures contineat milites, altitudo autem aciei duplo fiat minor. Aelian. *Tact.* 29. Cacterum acies simplex quoque dicitur quando exercitus collocatur una serie absque ulla acie subsidiaria a tergo. Intelligitur interdum et ea simplex acies cuius unicum solummodo est jugum sive quod in latitudine non plures, alios post alios stantes, verum singulos tantum habet equites. Id quod Schefferus annotavit ad Mauricii *Strateg.* p. 413 in. et p. 438 in. *Raphelius.*

7. ὡσπερ ἐν θαλάσσει velut in mari sinus montibus curvatur, cuiusmodi describitur a Curtio 3, 4, 6, ita hic in terra. *Raphelius.*

κατόπιν — ἐποίει efficiebat ut qui ad radicem montis constituti erant dextrum Alexandri cornu aversum cernerent. *Vulcanius.* Cf. ann. ad Xen. An. 3, 2, 14. Thuc. 2, 83, 4 et 5, 2, 2.

8. κατὰ ἔθνη secuudum gentes, h. e. singulae gentes seorsim. Sic 1, 10, 2. 3, 16, 11 et Xenoph. *Anab.* 1, 8, 9: οὗτοι κατὰ ἔθνη — ἕκασιον ἔθνος ἐπορεύετο. *Raphelius.*

ἐς βάρους οὐκ ὠφέλιμον in altitudinem inutilem. Altitudo aciei appellatur quae est a fronte ad tergum. V. not. ad 1, 2, 4. Cum ergo in Darii exercitu dicantur fuisse sexcenta armatorum millia, vix decimae illorum parti licuit manu cum hoste configere, quod in nimiam essent altitudinem locati. Nam si frontem ponamus in illis angustis vel trecentos habuisse, altitudo fuerit bis mille militum, quorum ultimi tanto ab hostibus intervallo steterint necesse est ut omnino nullus eorum potuerit esse usus neque ad hostes incessendos neque ad suos qui in pruna acie pugnabant tuendos. *Raphelius.*

μάλιστα fere, circiter. Sic 1, 20, 2. *Raphelius.* De numero Persarum Diod. 17, 31: ὁ δ' ἀριθμὸς ἦν τῶν στρατιωτῶν περὶ μὲν πλείους τῶν πενταράκοντα μυριάδων, ἵππεῖς δὲ οὐκ ἐλάττους τῶν δέκα μυριάδων. Cf. ibi Wesseling. et Curt. 4, 9, 3 cum Arr. 3, 8, 6.

καὶ τοὺς Μακεδόνας. Praeter τοὺς ἑταίρους καλουμένους alii equites Macedones non fuere in exercitu Alexandri. Solus hic locus obstare videtur. At voces τοὺς Μακεδόνας apposuit librarius, ut explicaret τοὺς ἑταίρους. Quibus, quum in contextum reciperentur, alius copulativam praefixit, Quae conjectura totius reliqui libri auctoritate confirmatur. *Schniederus.*

9. τὸ ἄλλο τὸ συμμαχικόν. V. Gr. § 50, 9 ann. 2. Ind. 19, 8: ἐν τῇ ἄλλῃ τῇ Ἀτικῇ ἔσγγραψῃ.

Δαρεῖος τὸ μέσον. Curtius regem in sinistro cornu dimicasse ait 3, 9, 4, ad quem locum vide Freinshemii commentarium. *Raphelius.*

ἀναγέγραψεν. Scripsit hoc Xenophon *Anab.* 1, 8, 21 s.: καὶ γὰρ ἤδει αὐτὸν ὅτι μέσον ἔχοι τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος, καὶ πάντες δ' οἱ τῶν βαρβάρων ἄρχοντες μέσον ἔχοντες τὸ αὐτῶν ἡγούντο, νομιζόντες οὕτω καὶ ἐν ἀσφαλειστάτῳ εἶναι, ἢν ἡ ἰσχύς αὐτῶν ἐκατέρωθεν ἦ, καὶ εἴ τι παραγγεῖλαι χρῆζοιεν, ἡμῖσι ἂν χρόνῳ αἰσθάνεσθαι τὸ στρατεύμα. *Raphelius.*

C. 9.

1. ἐπὶ τὸ εὐώνυμον. Hinc apud Curtium 3, 11, 1 Persarum equites ferociter in laevum cornu hostium invecti sunt. *Raphelius.*

τοὺς Θεσσαλοὺς. Factum hoc narrat Curtius 3, 11, 3 cum jam praedium maxime ferveret. Sed verius omnino Arrianus. *Raphelius.*

τοῦ μὴ — γενέσθαι. Gr. § 47, 22 ann. 2.

κατόπιν τῆς γάλαγγοσ. Occulte circumire terga suorum jubet, ait Curt. 3, 11, 3. *Raphelius.*

2. προέταξε. sc. a latere, non a fronte: τῶν μὲν ἰππέων a latere equitum, τῶν δὲ πεζῶν a latere peditum; quod sic vertendum docet sectio 3. *Schmiederus.*

ἐς ἐπικαμπήν. Vertendum: nonnullos equitum et sagittariorum in obliquum (vel inflexum) ad montem a tergo constituit: hoc est, quum reliqua acies omnis aut tergum aut latus monti obversum haberent, haec pars singularis equitum et sagittariorum frontem monti oppositam habuit; et hoc modo illic ἀμίστομος acies fuit. Curtius id ipsum exposuit his verbis 3, 9, 10: at iis qui praemissi a Dario jugum montis insederant Agrianos opposuit ut ex Graecia nuper advectos. Ita enim legendum, quum vulgo copula illic absit. *Gronovius.* Sic 3, 12, 2 et 4: κατὰ δὲ τὸ εὐώνυμον ἐς ἐπικαμπήν οἱ τε Θραῖκες ἐτάχατο. et Xenoph. Cyrop. 7, 1, 6: ἐννοεῖς ἔνθα τὴν ἐπικαμπήν ποιοῦνται: animadvertis ubi [quo] hostes flexionem instituant? Hujusmodi aciem describit Curtius 4, 13, 30 etss. Idem in classe fecerunt Romani, de quibus Polybius 1, 27, 4 ita: τὸ δὲ εὐώνυμον ἐποίουν ἐν ἐπικαμπῇ μὲν πρὸς τὴν γῆν, sinistrum cornu ad forcipis concinant figuram, ita ut ad terram vergat. et 5, 82 p. 591 v. 14 a fine. *Raphelius.* De muro Her. 1, 180.

αὐτῷ τὴν γάλαγγα. Vulgo legebatur αὐτῷ τῆς γάλαγγοσ, quod monstrum est lectionis, si etiam ferri id posset ut ad διέχουσαν suppleatur γάλαγγα. Emendavi αὐτῷ τὴν γάλαγγα, donec meliora dabuntur. *Schmiederus.*

τοὺς πάντας Πέρσας pro τοὺς πολλοὺς τῶν Περσῶν, ut alibi loqui solet. *Schmiederus.*

3. ἐπετάχθησαν, ultimum locum sinistrum versus tenebant. *Schmiederus.*

οὔτε πυκνὴ αὐτῶν. Scribendum αὐτῷ, ut de Alexandro ipso, non mercenariis exteris accipiatur. *Gronovius.* Quae vero sit conferta phalanx ex Aeliano cognoscere licet Tact. 11: τεταγμένους μὲν οὖν ἀνὴρ κατέχει πῆχει τέσσαρας, πεπυκνωμένους δὲ κατέχει πῆχει δύο, συνησιπῶς δὲ κατέχει πῆχυν. Arrian. Tact. 19: ἀνὴρ ὀπλίτης εἰστέχει αὐτοῖς (τοῖς Μακεδόσι) κατὰ πυκνωσιν ἐν δύο πῆχει μάλιστα. *Raphelius.*

ὑπερφαλαγγήσειν. V. not. ad 2, 8, 4. *Raphelius.*

Ἄνθεβουσίαν. Optimus ille codex exhibet plane Ἄνθεμουσίαν. Ἄνθεμουσ urbs Macedoniae passim celebrata, inde Ἄνθεμούσιος, idque vocabulum translatum in Asiam, unde Anthemusiada urbem Mesopotamiae vocat Tac. 6 ann. 41 ac disserte notavit Stephanus. *Gronovius.*

Λευγαίαν. Forte Βευαίαν a Βεύη, quod est oppidum Macedoniae, cujus civis Βευαῖος, apud Stephanum. *Gronovius.* Ἀλυαίαν Droysen. Hist. Alex. p. 97. Mihi non liquet.

4. ὑπὲρ τοῦ ὄρους. Facius: in monte. Quod etiam planum facit verbum κατήσαν, descendebat. *Raphelius.* Dicuntur ii de quibus c. 8, 7 sermo fuit.

ἀπὸ τῆς ὑπωρείας ἀνασταλέντες ἐς τὸ ἄκρον ἀνέφυγον. Montem in tres partes dividi Suidas auctor est, in ἀκρόρειαν verticem, ὀπώρειαν latera et ἴεσμα pedes sive radices. Ergo neque in vertice

montis neque ad ejus radices hi Persae constiterunt, sed in media altitudine, ut neque nimis longe ab hoste abessent et ex superiore loco hostes sibi subiectos haberent. *Raphelius.*

δυνατὸν ὄν. Alteram scripturam probat Sintenis in cens. alt. p. 134, quod ea difficilior sit cl. 5, 10, 1. Sed quis, quaeso, sibi persuadeat fieri potuisse ut aliquis notissimae locutioni aliam substitueret? Ego quod dedi praetuli ideo quod potius significandam erat licuisse Alexandro, δυνατὸν ἦν, quam potuisse, voluisse, δυνατὸς ἦν.

ἕς ἀναπλήρωσιν τῆς φάλαγγος in supplementum phalangis, ut iterum explere phalangem inanem, quam exhauserat missis nonnullis turmis ex media phalange in dextrum cornu. Curtius hac de re ita 3, 11, 2: duabus alis equitum ad jugum montis jussis subsistere ceteros in medium belli discrimen strenue transfert. *Raphelius.*

C. 10.

1. χρόνον μὲν τινα προῆγεν ἀναπαύων aliquamdiu produxit quiescere faciens, i. e. lento gradu eos duxit. Προάγειν dicitur ductor exercitus cum agmine procedens. Bud. Comment. p. 528 v. 40. Ἀναπαύειν autem activam, non neutram significationem habet. Eleganter haec duo verba explanat Curtius 3, 10, 3: Alexander ante prima signa ibat (id est προῆγεν) identidem manu suos inhibens (id est ἀναπαύων), ne suspensi acrius ob nimiam festinationem concitato spiritu capesserent bellum. *Raphelius.* Ἀναπαύειν verbum rectius interpretatur Justin. 11, 9: atque inter haec identidem consistere aciem jubet, ut hac mora consuescant oculis turbam hostium sustinere. Sed consilium verius refert Curtius.

αὐτῷ. Αὐτῶν placet Sinteni; sed ferri potest alterum cum γενέσθαι conjunctum.

πρόσσοδος. Hoc necessarium est propterea quod in proximis declaratur cur Alexander non citius eum hoste congressus sit.

ὅπως τὰ πρῶτα ἐτάχθησαν, οὐκέτι ἀντεπῆγε ut primum constituti fuerant, non jam in adversum ducebat, i. e. Darius non statim postquam suorum aciem iustruxerat in hostem duxit. *Raphelius.* Pro ὅπως usitatius esset ὡς, ut ὡς τὸ πρῶτον 2, 11, 4.

οὐσαις — παρατείναις. V. Gr. § 56, 14 ann. 2.

ἔτι δὲ ὅπου. Scribe ex omnibus ἔστι. Gronovius. ἔστι δὲ ὅπου alibi. *Raphelius.*

δεδοσλωμένος. v. ad Thuc. 4, 34, 1 et infra 5, 19, 1. 6, 16, 2.

2. ὡς δὲ ὁμοῦ ἦδη ἦν. Id vertit (?) Curtius: jam in conspectu, sed extra teli jactum utraque acies erat. *Schmiederus.*

ἔν τῷ πρέποντι κόσμῳ. Posset etiam transferri cum decente laude, siquidem et laudem κόσμος declarat notante Stephano in Thes. ex Thuc. 1, 5, 2: οἷς κόσμος καλῶς τοῦτο θράν. *Raphelius.* Male enim Vulcanius vertit: observato decoro.

ἐλάρχας καὶ λοχαγούς alarum et turmarum praefectos. Facius. *Raphelius.*

3. ἐν τάξει sensim, composite, ordinibus nihil turbatis, quod fere fieri solet quando cursu in hostem feruntur. Id manifestum est

multis ex locis, imprimis ex Xenoph. Cyrop. 3, 3, 57: ὁ μὲν ἠγείτο, οἱ δ' εἶποντο ἐδάκτως μὲν διὰ τὸ ἐπίστασθαι τε καὶ μεμελετηκέναι ἐν τάξει πορεύεσθαι. et Anab. 1, 8, 19: ἐβόων δὲ ἀλλήλοις μὴ θείν θρόμῳ, ἀλλ' ἐν τάξει ἔπεσθαι. In nostro scriptore exstat hoc loquendi genus 3, 21, 8. 30, 1. 4, 26, 3. 5, 13, 2. 6, 21, 4 et h. c. § 5: τὸ μέτωπον τῆς γάλαγγος οὐ δυνατοὶ ἐγένοντο ἐν τῇ αὐτῇ τάξει διασώσασθαι. et in Tacticis in descriptione aciei contra Alanos 11: ἐν τάξει δὲ καὶ παντελεῖ τῇ διώξει χρωμένους ordine autem sive composite, neque omni contentione persequentes. *Raphelius*. Post εἶν commate distinxi. Videlicet oppositum cogitatur quod paulo post factum esse § 5 narratur; ἐν τάξει καὶ βιάσθην conjungit Polyb. 3, 72, 13. 10, 30, 9.

ἐν ἀπόπτῳ. ἀποπτον quod e longinquo conspicitur interpretatur Lobeck. ad Soph. Aj. 14. cf. Paralipp. p. 562 ss.

χυμῆναν. Participium aor. 1 neutr. gen. a χυμῆνω, Stephan. in Thes. Compositum verbum ἐκχυμῆναι hoc sensu est apud Xenoph. Anab. 1, 8, 18: ὡς δὲ πορευομένων ἐξεύμαινε τι τῆς γάλαγγος, τὸ ἐπιλιπόμενον ἤρξατο θρόμῳ θείν, quumque progredientibus ipsis pars aciei quaedam fluctus instar prorueret, qui relictus a tergo erant cursu ferri coeperunt. Ex quo intelligitur in hoc verbo inesse festinationem. *Raphelius*. Festinationem inesse non dixerim. Nihil aliud significari videtur nisi partem aciei procurrisse: quod quum simplici verbo vix satis declaretur, non dubito quin Arrianus, sicuti quem imitatus est Xenophon, ἐκχυμῆναν dixerit.

ὡς — ἐκπλήξαι — καὶ τοῦ — βλάπτεσθαι. V. ad 1, 26, 3.

ὀξύτητι τῆς ἐφόδου, ut Ind. 24, 8, τοῦ ῥοῦ 3, 7, 5. 5, 21, 4. *Raphelius*. Poeticum est ὠκύτης.

4. διέσχε — παρῶρα γείσα. Rectius haec intelliget qui contulerit loca in quibus utrumque hoc verbum reperitur 2, 11, 1. 3, 14, 2 et 5 et παράρρηξίς 2, 11, 7. *Raphelius*. Dextrum cornu versus abrupta et eo interrupta erat acies, quod Alexander cum extremis hujus cornu militibus celerius progressus ceteros aliquantum post se reliquerat.

5. ἐξώθη. Videtur esse imperfectum pro ἐξώθει. *Raphelius*.

οὔτε τῇ ἴσῃ σπουδῇ. Graeca duplicem causam indicant cur media Macedonum acies disrupta fuerit, quarum altera in illorum qui in medio constituti erant ignaviam [tarditatem] transfertur, altera in locorum difficultatem. Vertendum igitur: neque pari diligentia sive celeritate erant usi et passim praeruptis ripis incidentes frontem aciei non potuerant eodem ordine servare. *Raphelius*.

οἱ Ἕλληνες. Hoc verbo repetito scriptor orationem longiori parenthesi interruptam redorditur. Quumque prior enunciatio relativa remotior sit, mox alteram fere idem significantem addit.

6. τῶν μὲν. Non Persis, sed Graecis mercenariis qui a Darii partibus erant. *Raphelius*.

αὐτῶν. Aut αἰτῶν legendum aut cum CD φεύγουσι σφῶν restituendum videtur. Hoc quidem jubet Dübner.

ἀπώσασθαι. Infinitivi ex ἔργον ἦν pendent. cf. ad 1, 15, 2.

ἕς τὸ τότε usque ad id tempus. *Raphelius*.

ἕς εἴκοσι μάλιστα viginti fere, admodum. *Raphelius*.

C. 11.

1. καὶ τὸ πονοῦμενον σφῶν et partem suorum (Macedonum) laborantem. Gronovius. Ita Curt. 9, 4, 15: quum succurrere laborantibus suis vellent; laborantibus i. e. in praelio periclitantibus, ut exponit Freinshemius in indice. *Raphelius*. Πονεῖσθαι, πιέζεσθαι, laborare, premi verba in hac re sunt propria.

κατὰ τὸ παρεξθωγός adversus partem abruptam Persici exercitus, i. e. Graecos mercenarios, qui abrupti a ceteris Persis dicuntur quod, cum illi jam fugerent, ipsi non modo resisterent, sed etiam Macedonas adorirentur. Eos haud sane fugientibus similes evasisse scribit Curt. 3, 11, 18. *Raphelius*.

ὅπερ φαλαγγήσαντες. Non video cur non composito verbo scribendum sit ὅπερφαλαγγήσαντες. *Raphelius*.

2. καὶ οἱ ἵππεῖς δὲ equites etiam Persarum Thessalis oppositi non manserant sive non manebant citra flumen in ipso hoc conflictu, quo nimirum Graeci mercenarii Macedonas urgebant, sed post illos mercenarios transgressi flumen [ἐπιδιαβάντες] fortiter invehebantur in alas Thessalorum. Ita omnino vertendum arbitror. Cum enim Graeci mercenarii in flumen Macedonas repellere conarentur, Persarum quoque equites non cunctandum rati Graecos illos in flumen sequerentur etque transmissio impetu in Thessalos ferebantur. *Raphelius*. Cum hos mercenarios flumen non esse transgressos ex c. 10, 6 appareat, ἐπιδιαβαίνειν hic significabit: contra hostes transmittere. At ita negotium facessit illud καὶ οἱ ἵππεῖς δὲ. Sed καί, etiam, non ad prius enunciandum, οὐκ ἔμειναν, sed ad alterum εὐρώστως ἐνέβαλλον referendum est, quasi dictum esset: καὶ οἱ ἵππεῖς δὲ, οὐ μείναντες, εὐρώστως ἐνέβαλλον. de qua dicendi ratione admonui ad Xenoph. Anab. 1, 3, 14 et 7, 3, 16.

ἐπιδιαβάντες. Ἐπιδιαβαίω post alium, qui transiit, etiam ipse transeo, eum qui transiit sequor. Xen. Hell. 5, 3, 4: διεβησαν πάλιν τὸν ποταμόν' οἱ δ' ἠκολούθουν μάλα θρασέως καὶ ὡς γεύγοντο δῶξαντες ἐπιδιαβαινον. *Raphelius*. Cf. Thuc. 6, 101, 5 et Dion. C. 50, 13.

εὐρώστως ἐνέβαλλον. Cum hoc verbo, non cum antecedente participio adverbium εὐρώστως construendum puto, ut § 3 εὐρώστως ἐπέκριντο. *Raphelius*.

πρὶν ἀπορραγῆναι σφῶν et antequam intelligerent divulsos a se esse mercenarios qui caesi fuerant a phalange Macedonum sc. de quibus supra § 1 ὅπερφαλαγγήσαντες. *Raphelius*.

3. τοὺς ἀμβάτας. Haec forma etiam 4, 30, 8. 5, 19, 5. 6, 14, 3 et Ind. 13, 12; ἀναβάτης 3, 13, 5. ubi alteram restituierim.

πολλοὶ καὶ πεφοβημένως. Gr. § 59, 2 ann. 3.

ἢ ὡς πεζῶν. ἢ τῶν π. Martinus, nisi forte ita explicandum est: equitum non minus equorum si pedites essent caedes facta est, quum in tanta turba quorum celeritate non jvarentur.

4. εὐθύς ὡς εἶχεν. Sic distingue Graeca: εὐθύς, ὡς εἶχεν ἐπὶ τοῦ ἄρματος, σὺν τοῖς πρώτοις ἐφυγε. Hoc est: statim, sicut erat in curru, cum primis aufugit. Gronovius. Ne cui in suspicionem veniat nunc primum fugae causae currum conscendisse. *Raphelius*. Hoc profecto cogitandum non est. Verum tamen ὡς εἶχε per se capiendum est. V. ann. ad 1, 13, 3.

ἐνέκνυρσε. Poetica forma etiam 5, 23, 5 et App. Hisp. 7, 37, b. c. 4, 111 legitur.

ἵππον ἐπιβάς ἐγευγε. Vox illa communis patiebatur ut feminino genere exponeretur: conscensa equa fugit. ἵππον ἀνέβη Θῆλον ait Aelian. H. An. 6, 48: equam conscendit, quae, quod relictis memoriam pulli recordaretur, quanto maximo potuit studio et celeritate eum ipsum praedicatur ex periculis eripuisse. Freinshemius ad Curt. 3, 11, 11. *Raphelius*. Ceterum ἵππου edidi, quum Arrianus quoque a legitima structura recessisse non videatur. Accusativum ἀναβαίνω habet.

πρὸς Ἀλέξανδρον. Eandem syntaxin vide supra in notis ad 1, 25, 4. Ita Cicero ad Fam. 2, 17 dicit legiones quae decretae sunt in Syriam, pro ut mittantur in Syriam. *Raphelius*. Legendum puto πρὸς Ἀλεξάνδρου ab Alexandro, quia Alexander ipse eum persequabatur. *Schmidderus*. Ἀλέξανδρον defendit *Raphelius* ad 1, 25, 4.

γάος. Poetica forma rursus legitur 3, 15, 3. 18, 6. ἄμα γάει Plut. Cam. 34, Marc. 19, Arist. 15.

τὸ μέντοι ἄρμα currum tamen. *Raphelius*.

7. ἐν τῇ πρώτῃ παραρτήξει. Quae memoratur 10, 5 ss. *Raphelius*.

ἐπιστρέψας conversus, reversus. *Raphelius*.

8. Σαβάκης. Apud Curt. 3, 11, 10. 4, 1, 28 alii Sataces, alii Sabaces; Τασιάκης apud Diod. 17, 34.

τῶν ἐντίμων Περσῶν qui erant de numero honoratorum, principum Persarum. *Raphelius*.

ὑπὲρ τοὺς μυριάδας ultra decem millia. *Raphelius*. De numero satis consentiunt scriptores Diod. 17, 36: ἐτελεύτησαν τῶν βαρβάρων περὶ μὲν πλείους τῶν δέκα μυριάδων, ἵππεις δ' οὐκ ἐλάττους τῶν μυριάδων. Curt. 3, 11, 27: caesa sunt Persarum peditum centum millia, decem equitum. Plut. Alex. 20: καταβαλὼν ὑπὲρ ἑνδεκα μυριάδας τῶν πολεμίων peditibus equitibusque comprehensis. Magis discrepat de Macedonibus. Diod.: τῶν δὲ Μακεδόνων περὶ μὲν εἰς τριακοσίους, ἵππεις δὲ περὶ ἑκατὸν καὶ πενήκοντα [ἐτελεύτησαν]. Curt.: a parte Alexandri quattuor et quingenti saucii fuere, ex peditibus triginta omnino et duo desiderati sunt, equitum centum quinquaginta interfecti. De his cum Arriano, qui c. 10, 7 sine dubio non de omnibus loquitur, tacet Plutarchus; ut credible sit eos apud auctores fide digniores de hac re nihil memoratum legisse. Ceterum cf. interpr. ad Curt. l. 1.

ὥστε λέγει. ὥστε cum λέγει constructum ex sententia ad διαβῆναι referendum est. cf. 6, 10, 1.

ὡς ἐπὶ γάραγγι. Optimus codex et hic habet γάραγγι et in sequentibus γάραγγα, quod utrumque ut verissimum Arriani manum ambabus ulnis amplector et exosculor. Prorsus enim sic legendum vertendumque: eos qui cum ipsis Darii tunc persequabantur, quum in persequendo ad convallem quandam venissent, super convallem cadavera transiisse. Huc respexisse opinor Plutarchum de Alex. fortuna: αἵματι κεκραμένους ποταμοὺς ἔπι καὶ νεκροῖς γεγενημένους διέβη. Ex quo Plutarchi loco apparet non siccam convallem fuisse, sed torrentem et eam significationem aptari posse voci γάραγγι credo, quia et sic in Hebraeis una eademque vox utrumque denotat, ut notaverunt viri docti. Namque plerumque illae γάραγγες oriuntur a torrentibus. Unde Curtius 5, 4, 23: ingens vorago concursu cavata torrentium. Strabo

14 p. 649 de Nysa: *διαρεῖ αὐτὴν χαράδρα τις ποιῶσα γάραγγα*. Plutarcho in Gracchis junguntur *χειμαῖοι ἢ γάραγγες*. Itaque idem hoc loco fieri innuitur, quod apud Appianum Libyc. in oratione Lentuli: *τοὺς δ' αἰχμαλώτους ἡμῶν τοὺς μὲν εἰς τάφρους καὶ ποταμούς ἐμβαλόντες ὡς γειφίους ἐπέβαινον*. Haec operae pretium visum fuit paulo copiosius ex Gronovio excerpere, quod elegantissima et fere palmaria ea sit ipsius emendatio. *Raphelius*.

9. *αὐτὴ δέ*. Cum Pflugio emendandum esse ἢ *αὐτὴ δέ* non puto. Nam videtur explicari posse: quae ipsa etiam soror Darii erat.

υἱὸς Λαρείου νῆπιος. Diod. 17, 38: *ὁ παῖς ὢν ἕξ ἐτῶν*. Curt. 3, 11, 25: filium nondum sextum annum aetatis egressum.

Φυγατέρες δύο. παρθένου Plut. Alex. 21, *ἐπίγαμοι* Diod. 17, 36, adultae duae virgines. Curt. 3, 11, 25.

Περσῶν τῶν ὁμοτίμων. Certus quidam dignitatis gradus erat eorum qui apud Persas *ὁμοτίμοι* vocabantur, quorum mentionem facit Xenophon Cyrop. 1, 5, 5: *ὄντω δὴ δεξαμένοι τοῦ Κύρου οἱ βουλευόντες γεραίτεροι αἰρούσθαι αὐτὸν ἄρχοντα τῆς ἐς Μήδους στρατίας*· ἔδοσαν δὲ αὐτῷ καὶ προσελεύσθαι διακοσίους τῶν ὁμοτίμων, h. e. dignitate parium. Deque his ipsis ducentis homotinis postea Cyrus ad Cyaxarem 2, 1, 3: *οὐκ ἂν ὁ ἀριθμὸς σε, ἔφη, ἀκούσαντα εὐφρανεῖ*· ἄλλ' ἐκεῖνο ἐννόησον ὅτι ὄλιγοι ὄντες οὗτοι οἱ ὁμοτίμοι καλούμενοι πολλῶν ὄντων τῶν ἄλλων Περσῶν ῥαδίως ἄρχουσι. Et 2, 1, 9 arma eorum describuntur, quae initio diversa habuerunt a ceteris Persis § 16, erantque duces militum. *Raphelius*.

10. *μεγάλῳ βασιλεῖ*. Magnum regem a Graecis vocari solitum Persarum regem jam ad 1, 9, 2 annotatum fuit. *Raphelius*.

Μαιμακτηριῶνος Novembri. Nam pugnam mense Januario non commissam ex illo ostendit Freinshemius ad Curt. 3, 11, 27, quod supra 3, 8 dixerat Curtius: utique cum jam hiems instaret. Januarius non inchoat hiemem, sed prope finit. Plura de mensibus Atheniensium habentur loco citato. *Raphelius*. Ol. 114, 4, a. C. n. 333.

C. 12.

1. *τετρωμένος τὸν μηρὸν Ἀ. ἔϊγει*. Plut. Alex. 20: *πρωθῆναι ἔϊγει τὸν μηρὸν, ὡς μὲν Χάρης φησὶν ὑπὸ Λαρείου, συμπεσὶν γὰρ αὐτοῦ εἰς χεῖρας*· Ἀλέξανδρος δὲ περὶ τῆς μάχης ἐπιστέλλων τοῖς περὶ τὸν Ἀντίπατρον οὐκ εἰρηγεν ὅστις ἦν ὁ τρώσας, ὅτι δὲ πρωθῆναι τὸν μηρὸν ἐγγχειριδίῳ· δυσχερὲς δ' οὐδὲν ὑπὸ τοῦ τραύματος συμβᾶν γέγραφε. Curt. 3, 11, 10: Alexandri dextrum femur leviter mucrone perstrictum est.

Ξυνέγνω ἐργασμένον. Atticus scriptor potius *ξυνῆδει* dixisset. Consimilia apud Herodotum reperias.

ὡς ἐκάστους. Saepe ὡς praefigitur huic nomini, quod interdum vacare, interdum per fere reddi posse videtur. Sic 3, 16, 3. 4, 25, 7. 30, 2. 7, 26, 1. *Raphelius*. Immo verbum his cogitandum est: *ἐτίμησεν ὡς ἐκάστους ἐτίμησεν*. Sed 7, 26, 1: *δεξιόσθαι δὲ καὶ ὡς ἐκάστους* scribendum fuit: etiam sic, nihilominus.

2. *Κιλικίας* — *Βάλακρον*. Curt. 4, 5, 9: Ciliciam Socrati tradiderat.

Πολυσπερχόντα. In forma hujus nominis fluctuatio est frequentissima. V. var. lect. ad Diod. 18, 47. Veroorque ne forma *ἀσιγμος* saepius

debeatur negligentiae librariorum, quos fefellisset ratio talia scribendi palaeographica, de qua v. nott. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 153 et 280. Schaeferus ad Plut. 5 p. 305.

ἄρχειν ἀπέδειξε. Sic etiam 1, 25, 2. Sed ex Atticis scriptoribus similia ad manum non habeo, quamquam *αἰροῦμαι ἄρχειν* saepius dicunt.

Σολεῦσι. De horum mulcta v. 2, 5, 5. *Raphelius.*

ἃ ἐτι ἐνδεᾶ ἦν. Altera scriptura propter articulum ferri non potest, cui relativum enunciatum quod spectet addendum erat.

4. *παρασκηνοῦσαι.* Sintenis in alt. cens. p. 147 *παρισκηνοῦσι* coniecit, quod mihi quoque in mentem venerat; necessarium tamen non duxi, quamquam in hac scriptura articulum minus requisiverim.

6. *λόγος δὲ ἔχει* —. Valde suspecta est haec narratio, quoniam Alexander ipse in fragmento epistolarum quod servatur in Plutarchi vita Alexandri c. 22 testatur se nunquam Darii uxorem vidisse et videre voluisse. *Schmiederus.* Pro *ἔχει* commendavi *κατέχει*, quod scriptor in his libris semper sic utitur, nec memini alios *ἔχειν* in hac locutione dixisse.

7. *τῶν ἀμφ' αὐτόν.* Freinshemius ad Curt. 3, 12, 17 contendit legendum *τῶν ἀμφ' αὐτήν*, ut referatur ea vocula ad praecedentia *τὴν μητέρα τὴν Δαρείου*. Quem tamen refutat Gronovius. *Raphelius.* Quod Freinshemius coniecit obtulit Suidas, confirmat Curtius l. 1: ex captivis spandionibus quis Alexander esset monstrantibus.

διαμαρτία. v. ad Thuc. 4, 89, 1. Legitur hoc vocabulum etiam apud Plut. Demetr. 46, Arat. 28. 33, Dion. Cass. 49, 28. 54, 36.

8. *ἐπαινω* — *τιμῆς.* Gr. § 47, 21.

C. 13.

1. *ἀεὶ* subinde. *Raphelius.*

Θάψακον. Prope Euphratem sitam fuisse hanc urbem etiam Xenophon tradit Anab. 1, 4, 11. cf. quem ibi laudavi Reichardum. Nunc addo quae a Britannis Euphratem navigantibus relata esse in Diurnis Voss. Addit. Aug. 2 a. 1836 leguntur: „Infra Surorum ruinas, eo loco qui El Hama dicitur, verisimillimum est sitam fuisse Thapsacum, de quo disceptaverunt viri docti, donec convenit inter eos El Der esse locum quo Alexandri et Cyri exercitus Euphratem trajecerint: quae quidem opinio eos fluminis naturam prorsus ignorasse et in tabulis geographicis solos parasangas et itinera mensos esse declarat. Neque enim locus ullus minus accomodatus est ad exercitum transmittendum quam El Der.

ποιῆσαι. Ita hoc verbo utitur Xenophon Cyrop. 3, 3, 28: *ὃ δὲ Κύρος ὡς ἐδύνατο ἐν ἀγανεσιᾶται κώμῃς τε καὶ γεωλόγους ἐπίπροσθεν ποιήσάμενος*, Cyrus sua castra locabat ubi minime oculis essent exposita pagis etiam tumulisque a fronte quaesitis. et Anab. 1, 10, 9: *ποιήσασθαι ὀπίσθεν τὸν ποταμόν*, ut a tergo flumen haberent. et 6, 3, 5. 18. *Raphelius.* Ceterum ne quis *ποιῆσαι* optativum malit, Arrianus in hoc usu luxuriatur. v. Gr. § 65, 3 ann. 4. cf. § 3. 2, 4, 3. 8, 1. 3, 9, 2. 15, 4. 18, 2. 3. 4, 28, 7. 5, 22, 5. 23, 6. 6, 3, 2. 19, 3. 21, 3. 29, 11 al.

2. *κατὰ τὰ ὄρη φεύγοντες* per montes fugientes. Sic 1, 1, 12 *κατὰ τοῦ ὄρους ἐγγυον*. *Raphelius.* Immo *κατὰ ὄρους φεύγειν* est de monte fugere.

Τρίπολιν. Strabo 16, 2 p. 754: Τρίπολις ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος τὴν ἐπίκλησιν εἰλημῖα· τριῶν γάρ ἐστι πόλεων κτίσμα, Τύρου, Σιδῶνος, Ἀράβου. τῇ δὲ Τρίπολι συνεχῆς ἐστὶ τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον, ἐς ὃ τελευτᾷ ὁ Λίβανος τὸ ὄρος.

3. **καταλαβόντες** repertis, non sumptis, quod esset ἀναλαβόντες. **Raphaelius.** Immo λαβόντες de navibus, ἀναλαβόντες de militibus, quamquam de his quoque λαβόντες.

νενεωλχημένας recens in navale subductis. **Vulcanius.** Recens hoc in verbo non inest. Derivatur enim non a νέος novus, sed a ναὸς genit. ναὸς vel νεὼς navis. **Raphaelius.** De re cf. 2, 1, 1.

Ἐναπερ raro Attici (v. ad Thuc. 4, 48, 4), Arrianus in his libris 3, 2, 1. 4, 1. 5, 13, 3. 20, 1. 23, 6. 6, 2, 2. 4, 1. 8, 5. 10, 4. 14, 5. 18, 5. 20, 1. 3. 22, 1. 7, 1, 5.

πολυπραγμονῶντι. Aegyptum expugnare statuerat, quemque quod occupasset habiturum arbitratus. Fraude igitur Pelusio potitus et victis Persarum in Aegypto copiis agros populatur. Quam occasionem Persae nacti non praetermittunt omnesque incaute vagantes cum ipso duce occidunt. V. Curtium in principio libri 4. **Schmiederus.** De locutione cf. ann. ad Xen. Anab. 5, 1, 15.

4. **τέως** interea, dum haec apud Issum geruntur. Unde § 5 καὶ ἐν τούτῳ etc. **Raphaelius.**

ἐς Κῶ καὶ Ἀλικαρνασσόν. Forte ad ea loca recuperanda. V. 2, 5, 7. Con receptam esse et iterum amissam videmus 3, 2, 6: et portum Halicarnassaeum a Persis denuo recuperatum ex h. c. § 6. Rationem cur Siphnum petierant vide ad finem capituli 2. Reliqua classis Persicae fata v. 3, 2, 3 ss. **Schmiederus.** Cos adhuc a Macedonibus non magis expugnata fuerat quam arx Halicarnassi. Itaque naves his locis auxilia laturos fuisse crediderim, quo facilius ab hostibus defenderentur.

ἀναγόμενοι solventes, provecti in altum. **Raphaelius.**

ἐς Σίφνον κατέσχον. Posset etiam verti cum Curtio Siphnum petierunt, cursum eo direxerunt. V. Camerar. ad Act. 27, 40. **Raphaelius.** Immo recte Vulcanius: Siphnum appellant.

6. **Ἄγεις δέ.** Quinque adhuc locis memorantur Lacedaemonii tanquam Alexandri hostes. Cujus belli eventum quum Arrianus silentio praeterierit, haec addere liceat: Diod. 17, 48. Agis cum octo millibus Graecorum mercenariorum, pecuniarum vi et classe in Cretam trajicit ejusque oppida plurima Persarum partes sequi cogit. Id c. 62. 63. Post proelium apud Gaugamela Lacedaemonii cum plerisque Peloponnesiis aliisque Graecis praeter Athenas Agide duce 20000 et 2000 equitum cogunt. Antipater tum Memnoni Thraci bellum intulerat, quo, ut potuit, composito cum 40 M militum Agidem aggreditur. In praelio Agide caeso cum 5300 suorum Lacedaemonii funduntur. Id. c. 73. Obsidibus deinde Antipatro traditis legatos in Asiam mittunt veniam delictorum petitores. Quam Curtio teste 6, 1, 20 praeter barbarum auctores reliqui impetraverunt. **Schmiederus.**

τὸν αὐτοῦ. Articulum addere non dubitavi, quum Arrianus usquequaque legem illam de qua in Gr. § 47, 9 ann. 12 exposui secutus esse reperiat.

τὴν ταχίστην. Ἄλλειπικῶς pro primo quoque tempore. Xenoph. Anab. 1, 3, 14: συντάττεσθαι τὴν ταχίστην. **Raphaelius.**

7. **Συρίαι τῇ κοίλῃ,** inter Libanum et Antilibanum sitae, qui ἐπολείπονται μεταξὺ πεδίων κοίλων, πλάτος μὲν τὸ ἐπὶ τῇ θαλάττῃ διακοσίων σταδίων, μήκος δὲ τὸ ἀπὸ τῆς θαλάττης ἐς τὴν μεσόγειαν ὁμοῦ τι διπλάσιον. Strabo 16, 2 p. 755.

Μένωνα. Curt. 4, 5, 9: Syriam quae Coele appellatur Andromacho Parmenio tradiderat. 4, 8, 11: Andromacho [a Samaritis cremato] Memnona substituit, ab Hammone reversus. Sed potior Arriani fides.

βασιλείως. Strabo 16, 2 p. 754: τὸ παλαιὸν οἱ Ἀράδοι καθ' αὐτοὺς ἐβασιλεύοντο παραπλησίως ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἐκάστη πόλεων τῶν Φοινικίδων.

8. *τὴν νῆσον.* Strabo 16, 2 p. 753: πρόκειται δ' ἡ Ἄραδος ἡαγνῶδους τινὸς καὶ ἀλιμένου παραλίης μετὰ τὸ τε ἐπινηίου αὐτῆς μέγιστα καὶ τῆς Μαράθου, διέχουσα τῆς γῆς σταδίων εἴκοσι. Ἔστι δὲ πέρα περικλυστος ὅσον ἑπτὰ τὸν κύκλον σταδίων, πλήρης κατοικίας· τσαύτη δ' εἰς ἀνδρῶν κέρχεται μέχρι καὶ νῦν ὥστε πολυρόφους οἰκοῦσι τὰς οἰκίας.

πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. Haec duo adjectiva in describendis urbibus fere semper conjungit Xenophon locis innumeris. *Raphaelius.* Cf. Cellar. Notit. orbis ant. 2 p. 425. Adde Polyb. 5, 68, 8.

Μαριάμμην. v. Cellar. l. 1.

C. 14.

2. *Ἀρταξέρξην.* sc. Ochum, cui successit Arsēs quo regnante Attalum et Parmenionem in Asiam praemiserat Philippus. *Schmiederus.*

4. *ὥδε ἔχει.* Praesens pro imperfecto *εἶχε*; supra enim erat *ἔδηλον*. *Schmiederus.* Schmiedero ita visum esse non miror; miror Sintonim librorum scripturam defendentem in cens. alt. p. 147 affirmare admitti posse hanc interpretationem ob praesentia *ἀντιγράφει* et *ἐνυπέμπτει*. Nimirum horum plane diversa ratio est, quum res acta dicatur. Epistolam missam significaturo dicendum erat, ut edidi, *ὥδε εἶχεν*. Verum tamen ferri potest alterum, si scriptor epistolae etiamtum exstantis hoc se exemplar prodere dicere voluerit: quod ego minus dubitarem, si Arrianum usquam Alexandri epistolis usum repperissem.

πρόγονοι. Intellige Darium Hystaspis filium (Herod. 5, 17—22. 6, 44. 45) et Xerxen, de cujus expeditione fuse Herodotus. *Schmiederus.*

5. *ἡγεμῶν κατασταθεῖς.* Supra 1, 1, 2. *Raphaelius.*

ἐπαρξάντων ὑμῶν. Eleganter Vulcanius: a vobis lacessitus. Proprie incipientibus, orsis vobis. Sic modo § 2 *ἀδικίας πρώτος ἤρξεν*. et paulo post § 6 *ὕπαρξαντος σοῦ τῆς ἐχθρας*. *Raphaelius.*

Περινθίοις. cf. Diod. 16, 75. Persarum rex, cui incrementa potentiae Macedonum suspecta, mittebat Perinthiis quos Philippus oppugnabat *μισθοφόρων πλῆθος καὶ χρήματα θαυσιλῆ καὶ οἶτον ἱκανὸν καὶ ἄλλα πάντα πρὸς τὴν τοῦ πολέμου χρείαν*. *Schmiederus.* Schneiderus addit Pausan. 1, 29, 7.

συνετάξατε. cf. Freinshemii supplementa ad Curtium 1, 10, 19 ss. *Schmiederus.*

μετὰ Βαγῶου auxilio Bagoae, ceu recte interpretatus est Facius. Licet enim postea Darius et Bagoan interemerit, Curt. 6, 4, 10, id tamen hoc loco non dicitur, sed ope Bagoae Arsen a Dario interfectum. Unde apud Curtium 6, 3, 12 in sedem Cyri beneficio Bagoae admissus Darius dicitur. Copiose de hoc loco agit Gronovius, ostendens verba *μετὰ Βαγῶου* ad *ἀποκτείναντος*, non ad *Ἄρσην* pertinere, ordine sic postulante, cum non scriptum sit *Ἄρσην μετὰ Βαγῶου*, sed *ἀποκτείναντος σου μετὰ Βαγῶου*. *Raphaelius.* Bagoas Ochum occiderat cum filiis praeter Arsen,

cui regnum tradidit. Arses vero, quum patrem ulturus videretur, ejusdem Bagoae fraude interemtus periit. Bagoae auxilio Arsae successit Darius, qui eundem Bagoam, quum per venenum et Darium de medio tollere vellet, interfecit. Erat autem Darius Arsanae filius, Ostanæ, fratris Artaxerxis, nepos, nec videtur, et alias ob causas, legitime imperium obtinuisse, præcipue quum, ut ex 3, 19, 4 patet, Bistanes, Ochi regis filius superasset. *Schmiederus*. V. Diod. 17, 5, a quo nonnihil discrepat Strabo 15 extr.: Ἄρσην ἀποκτείνας Βαγῶος ὁ εὐνοῦχος κατέστησε Δαρεῖον, οὐκ ὄντα τοῦ γένους τῶν βασιλέων.

7. τούτων πιμέλομαι καὶ οὐκ ἄκοντες παρ' ἐμοί εἶσιν. cf. Xenoph. Anab. 1, 1, 5: τῶν παρ' ἐαυτῶ βαρβάρων ἐπεμελείτο ὡς πολεμῆν τε ἱκανοὶ εἴησαν καὶ εὐνοικῶς ἔχοιεν αὐτῶ.

4. ἐξ ἴσου tanquam ad parem. *Vulcanius*. Cf. Xen. An. 3, 4, 47. Hier. 8, 5: διαλεγόμενοι ἀγαλλόμεθα τοῖς προσηχημένοις μᾶλλον ἢ τοῖς ἐκ τοῦ ἴσου ἡμῖν οὖσαν. Sic ἀπὸ τοῦ ἴσου Thucydides.

εἶ του δέη si qua re indiges. *Raphelius*.

ἀγώνισαι. Ita scribendum est cum Blancardo, non autem ἀγωνίσαι, quod esset 3 sing. aor. 1 optat. act., a quo differt ἀγωνίσαι [non differt ἀγωνίσαι] aor. 1 inf. act. et ἀγωνίσαι 2 sing. aor. 1 imperat. med. Sententia est: subsistens sive exspectans iterum pugna de eo neque fuge. *Raphelius*.

C. 15.

1. τὰ τε χρήματα. Summa pecuniae signatae fuit 2060 talentorum, facti argenti pondus quingenta aequabat. Praeterea 30,000 hominum cum 7000 jumentorum dorso onera portantium capta sunt. Captæ sunt uxor et tres filiae Ochi, Oxathris Darii fratris filia, Artabazi conjux cum filio, Memnonis et Pharnabazi, utriusque conjux et filius, Mentoris filiae tres. Vixque ulla domus purpurati fuit tantæ cladis experts. Curt. 4, 1. [3, 13, 13 ss.] *Schmiederus*.

ἐάλωκε. Hunc indicativum hoc solo loco legi, quod sciat, adnotat Sintenis in cens. alt. p. 147. Sed Arrianum se legere memor hanc ob causam scripturam in dubium vocare non audet. Verum tamen —κε ex proximo καὶ ortum ratus ἐάλω mavult. Sed quod plusquamperfectum antecedit, perfectum hoc loco memini suspectum esse debet, quum hoc tempus manifesto aptissimum sit: comperit pecunias quas Darius Damascus miserat in potestate sua esse.

τῆ ἄλλῃ τῆ β. malim.

ὀπίσω, quo Arrianus saepius sic utitur, magis Jonum est quam Atticorum, qui fere πάλιν dicunt.

2. ἦσαν δέ. Alios memorat Curtius 3, 13, 15, ad quem vide Freinsheimii annotationem. *Raphelius*.

κατοικίσει τῶν Θηβῶν. Quod eam urbem ipse vastasset, supra l. 1 c. 8 et 9. *Raphelius*.

3. εὐρυσχόμενοι. V. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 2, 1, 8.

ταῦτα — ἐνθυμηθεῖς. Repete ἀφῆκε. Ceterum cf. ad 1, 3, 6.

4. ἀφιέναι εἶπεν. Vel se dimittere dixit vel dimitti jussit. *Raphelius*. Verum hic est prius. De re cf. Plut. Alex. 13: ὕστερον πολλάκις

αὐτὸν ἢ Θηβαίων συμφορὰ ἀνάσαι λέγεται καὶ πρότερον οὐκ ὀλίγοις παρασχεῖν.

5. πόλεως περιφανῶς, ἐχθρᾶς. Vulcanius legit πόλεως περιφανῶς ἐχθρᾶς. Cui adstipulatur Freinshemius in notis ad Curtium 3, 13, 15, Blanchardus et Gronovius, optimum suum codicem eam in rem citans. *Raphelius*.

6. Ἐκ Μαράθου δέ. Post Issicam pugnam Κύπρος εὐθὺς οἱ βασιλεῖς ἦγον ἐγγχειρίζοντες αὐτῶ καὶ Φοινίκην πλὴν Τύρου. Plut. Alex. 24. Cyprum tamen posterius. V. 2, 17, 3. 20, 3.

ἐπὶ Τύρον. Strabo 16, 2 p. 757: διέχει δὲ τῆς Σιδῶνος ἢ Τύρος οὐ πλείους τῶν διακοσίων σταδίων.

7. Ἀζέλιμικος. Alii Ἀζέλιμικος, de quo idem Gronovius consulendus. *Raphelius*. In libris antiquis hoc nomen scribitur Ἀζέλιμικος, Ἀζέλικημος, Ἀζέμιμικος, Ἀζέμιμικος; ex quibus solum ultimum verum esse probant similia orientis nomina, ut Milca, Melchom vel Milchom, Milcom, Malcham et Malken, Moloch et hinc alibi Imilcar, Bomilcar et Asiatica Adramelechi, Anamelechi. Sane 24, 5 tam optimus quam duo alii Msti Ἀζέμιμικος. *Gronovius*.

C. 16.

1. Ἡρακλείους. Strabo 16, 2 p. 757: τιμᾶται καθ' ὑπερβολὴν Ἡρακλῆς ὑπ' αὐτῶν. Est Belus (Baal) librorum sacrorum, apud ipsos Tyrios Melcarthus i. e. rex urbis dictus. Cf. Bochart. Phaleg p. 682.

πολλαῖς γὰρ γενεαῖς πρότερον. Her. 2, 44: ἔμασαν (οἱ ἱερεῖς) ἅμα Τύρω οἰκισμένη καὶ τὸ ἕρὸν τοῦ Ἡρακλείου ἰδρυθῆναι· εἶναι δὲ ἔτα ἀφ' οὗ Τύρον οἰκεῖν τριηκόσια καὶ δισχιλία.

κατασχεῖν obtinuit. *Raphelius*.

ὁ τοῦ Διὸς Διόνυσος. Gr. § 47, 5 ann. 4.

2. Διόνυσος μὲν δὴ τρίτος. Herculem Tyrium longe vetustiore esse Argivo inde Arrianus ostendit quod Hercules Argivus vixerit circa tempora Oedipi, qui fuit quintus a Cadmo, hoc ordine: Cadmus, Polydorus, Labdacus, Laius, Oedipus; Hercules Tyrius autem multis ante Cadmum seculis Tyri fuerit cultus. Cui plura de hac re legere lubet, Gronovium adeat. *Raphelius*.

τρίτος ἂν ἀπὸ Κάδμου εἴη. Herod. 5, 59: ταῦτα ἠλικίην ἂν εἴη κατὰ Λάϊον τὸν Ακβδάκου.

Οἰδίποδα. Sic etiam Dio C. 63, 9. Usitatus Οἰδίποιν.

3. Ἡρόδοτος 2, 44.

τῶν δώδεκα θεῶν. Horum mentionem facit Pausanias 1, 3, 2: στοῖα ὀπισθεν ὠκοδόμηται γραφὰς θεοῦ δώδεκα καλουμένους. et l. 8 p. 494, 30 duodecim deorum templum memorat. *Raphelius*.

ἄγρουσιν. Saepius sic Herodotus, raro Attici. Eur. Bacch. 225: τὴν Ἀγροδίην πρόσθ' ἄγειν τοῦ Βακχίου. cf. Thuc. 1, 81, 2. Imitantur posteriores. cf. Lobeck ad Phryn. p. 418 s.

5. ἔξω τῆς μεγάλης θαλάσσης extra Oceanum. Sententia est Herculem non tantum ad illam insulam Erythiam in Oceano, nempe mari Gaditano sitam, missum non fuisse, ex qua armenta abduxisse vulgo creditur, sed neque ad aliam quandam insulam, quae ejusdem cum illa altera nominis sit, et extra Oceanum jaceat. *Raphelius*. Quum θαλάσσης ex νῆσον vix pendere possit, aut ἔξω delendum aut ἡμετέρας pro μεγάλης legendum est.

βόας. βοῦς habere videntur Parisini CD et idem accusativus paulo ante et § 6 ac 5, 3, 4. 5. Sed cf. Gr. v. 2 § 18, 6 an. 10 cl. Dion. Arch. 10, 50 et Luc. Somn. 2. Nec sollicitandus est nominativus βοῦς καλαί. cf. Diod. 4, 23 et Plut. Aem. P. 33.

5. εἰς τοῦτο ὅτι. Pro ὅτι Vulcanius legendum conjicit ἐπι. Et sic Ind. 8, 9 εἰς τοῦτο ἐπι. Sed retineri potest ὅτι et nihilominus sensus idem manere, ut ὅτι sit transpositum, quod saepissime fit, et constructio cum infinitivo eadem quae 3, 26, 1. Ind. 6, 6: ὅτι εἰκότος εἶναι ἕσθαι. et Act. 27, 10: θεωρῶ ὅτι μετὰ ὑβρεως μέλλειν ἕσθαι τὸν πλοῦν. Gronovius εἰς τοῦτο interpretatur: ad hoc, praeter ea quae dixi ad confirmationem hujus sententiae. *Raphelius*. Recte Vulcanius. Verte: ad hoc tempus.

καὶ ἐς Εὐρυσθέα — et tum ad Eurysthea pervenisse opinionem et gloriam boum ex Epiro (sive ex continente), tum nomen regis Epiri Geryonem non extra verisimile posuerim. *Gronovius*. Ad ὄνομα repete ἀγίχθαι.

τὸ ὄνομα τὸν Γηρυσθην. Gr. § 50, 7 an. 5.

γινώσκειν ex οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος πθεμαί pendet: verisimile censeo Eurysthea neque —.

εἴτε βοῦς. Ex optimo codice pro hoc Gronovius annotavit οὔτε εἰ βοῦς. Unde totus locus ita vertendus: extremorum vero Europae Iberorum neque regis nomen cognosse Eurysthea verisimile puto, neque an boves opimae in ea regione essent sive pascerentur. *Raphelius*.

7. τῷ λόγῳ ἐνπρεπέστατον rationi convenientissimum. *Raphelius*. Immo: dictu speciosissimum. cf. Thuc. 3, 38, 2. 44, 2.

ἐς τοῦ πολέμου τὴν κρίσιν. Sic apud Polyb. 1, 58, 6: συνέβη λαβεῖν τὸν πόλεμον τὴν κρίσιν. et c. 59, 1 κρίνειν τὸν πόλεμον eodem sensu quo paulo post [§ 3] idem ait πέρας ἐπιθεῖναι τῷ πολέμῳ. Item ibidem [§ 11]: ὅτι μόνως δύναιται διὰ τοῦ κατὰ θάλασσαν κινδύνου κρίσεως τὰ δλα ταχέιν. *Raphelius*. Est nostrum Entscheidung. Thuc. 1, 23, 1: δοῦν νναμαχίαισιν καὶ πεζομαχίαισιν ταχέιασιν τὴν κρίσιν ἔσχειν. Plut. comp. Philop. et Tit. 2: Τὰ πρὸς Φιλίππον ἐκρίθη δοῦν ἀγώνων.

C. 17.

1. αὐτὴν τε τὴν. In omnibus antiquis exstat αὐτὴν τε ὀπίσω τὴν. *Raphelius*.

οὐδὲ τοῦτο. Hoc οὐδὲ respondet illi οὔτε § 1 neque erant haec a proxime superioribus divellenda. *Raphelius*.

2. εὐθέος. V. Lobeck. ad Phryn. p. 246 et ann. ad Thuc. 1, 34, 2.

3. ἔχοιτο ἄν occupata foret [fuerit]. *Raphelius*.

μεταχωρήσειν. In his libris semper activam futuri formam legas verborum ex χωρεῖν compositorum. Simplicis enim verbi futurum in eis non reperias.

ἐχομένων σφίσι τῶν πόλεων occupatis ipsorum urbibus. *Raphelius*.

ἐπὶ τῷδε post haec. *Raphelius*.

ἐξ ἐπίπλου. Id quod in pedestribus copiis ἐξ ἐφόδου dici solet. *Raphelius*.

εὐμαρῶς, εὐμαρῆς saepius dixit Arrianus, quum poetarum propria sint, quamquam apud Platonem aliquoties εὐμαρῶς et εὐμάρεα legas.

4. θαλασσοκρατοῖμεν τε ἂν maris imperium teneremus [teneamus]. *Raphelius*.

οἰκειάς. Emendavit etiam Sintenis in cens. priore cl. 1, 1, 4. 5, 27, 7. 6, 12. 2. 7, 15, 6: confirmavit Parisinus C.

μετὰ τοῦ εἰς τὰ οἴκοι ἀσφαλοῦς de rerum domesticarum securitate. *Vulcanius*.

C. 16.

1. ἐνύπνιον est accusativus ut ὄναρ: somno. Il. β, 56 et Od. ξ, 495: θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ἔνειρος. Ar. Vesp. 1218: πρὸς τῶν θεῶν, ἐνύπνιον ἐσιώμεθα. Ex Atticis solutae orationis scriptoribus talia non enotavi, ex posterioribus Dion. Arch. 1, 56, Plut. Alex. 47, App. Mithr. 9, b. c. 2, 115.

2. νῆσός τε γάρ. cf. Strab. 16, 2 p. 756 s. et Diod. 17, 41. Curt. 4, 2, 7: Namque urbem a continenti quattuor stadiorum fretum dividit: Africo maxime objectum crebros ex alto fluctus in litus evolvit.

αὐτοῖς. sc. Τυρίοις, quasi supra dixisset non τῆς Τύρου, sed τῶν Τυρίων. Sic amat loqui Arrianus, ut 1, 27, 1. 2, 5, 9. *Schmiederus*. Gr. § 58, 4 ann, 1.

καὶ τὰ ἀπὸ θαλάσσης —, et maritima pro Tyriis magis tunc temporis videbantur esse. Sic πρὸς cum genitivo usurpatum exstat 1, 18, 9. 3, 7, 6. Hoc namque difficilior videbatur Macedonibus futura navalis oppugnatio, quod et multum a Persarum classe neque parum a Tyriorum navibus ipsis esset periculi. *Raphelius*.

3. ὡς δὲ ταῦτα ὁμῶς ἐκράτησε cum vero haec sententia tamen vicisset, ut loquitur Livius, id est, valuisset sive praevaluisset, cum haec magis placuissent. Sic ταῦτα ἐνίκα Ind. 32, 13 et κατὰ Παρμενίων τῇ γνώμῃ 3, 9, 4. *Raphelius*.

βραχέα an βράχεια scribendum sit dubitatur. v. Lobeck. ad Phryn. p. 536 s.

λίθων — καὶ ὄλης. Magna vis saxorum ad manum erat Tyro vetere praebente: materies ex Libano monte ratibus et turribus faciendis advehebatur. Curt. 4, 2, 18. *Schmiederus*.

εἰς τὸ ἐπιμένειν ut consisterent saxa, ut firma manerent, ut immobilia jacerent coeno immersa. *Raphelius*.

4. τὰ δὲ καὶ χρήσιμα. Egregie hunc locum Gronovius restituit ex opt, sic corrigens transponendo litteras: τὰ δὲ καὶ χρήμασι, alios verbis exstimulabat, alios vero etiam pecunia, et quidem ingenti quadam contentione operi instantes, alacriores reddebat. Ita τοὺς τε et quidem, nempe pulo vertendum, uti 2, 24, 1. 3, 3, 2. Ἐπικονγίζειν autem pro alacriorem reddere accipitur a Xenoph. Cyrop. 7, 1, 18: παρακάλεῖ τοὺς σὺν σοὶ εἰς τὴν ἐμβολήν, τῶ μὲν προσώπῳ παραθάρσυνων, ταῖς δ' ἐλπίσιν ἐπικονγίζων. *Raphelius*. Verle: et alia quidem (sc. operum) verbis laudabat, alios pecunia (i. e. alios ope-

rarum laude, alios pecunia vel data vel promissa exstimulabat); quosdam etiam (τούς τε est pro τινάς τε et voculae τε respondet καί in καί τὰ μίεν) insignius pro virili parte laborantes allevabat. Sensus enim est: et opera laudabat atque remunerabatur nec sivit alacrius laborantes atteri vel animum et spem perdere, si non omnia statim prospere succederent. Si legeretur τούς μίεν — τούς δέ vertendum esset: alios laude, alios pecunia exstimulabat. *Schmiederus*. Sed quis unquam dixit έργα λόγῳ ἐπαίρων? Rectius, opinor, sic intellexeris: partim verbis partim pecunia homines excitabat. Sed ita proxima parum intelligo. Itaque non dubito quin vere emendaverit Pflugkius: τὰ δὲ καὶ χρήμασιν τούς τε ἐκπρεπέστρον.

ἐπιζουγίζοντος. Xen. Cyr. 1, 6, 25: ἐπιζουγίζει π ἢ τιμὴ τούς πό-
νους τῷ ἄρχοντι. cf. ann. superiorcm et Jacobs. ad Ach. Tat. p. 426.

5. ἄτε δῆ. fortasse οἶα δῆ. Nam ἄτε δῆ Arrianus quidem conjunxisse non videtur.

6. προκαλύμματα. v. ad Thuc. 2, 75, 4.

C. 19.

τοῖόνδε sine τε, quod 5, 10, 4 additur, etiam aliis locis sic reperias, quamquam non multis. cf. ad Thuc. 4, 67, 2.

ἐς ὅσον defendit Sintenis p. 147 cl. Matth. Gr. Gr. § 461, unde nihil elicio. Videlicet ὅσον inter praepositionem et superlativum intercedere posse non puto.

τροχυτόν fascies, sarmenta aliamve cogestiliam et confusam materiam. *Raphaelus*.

ἐπὶ ταύτῃ. sc. (τῇ) πρώτῃ. *Schmiederus*. Nec dativus nec ὄδτος hic aptum est et ταύτῃ ex eo ortum videtur, quod oculus librarii ad superioris ταύτῃ aberravit. Scriptorem ego ἐπὶ αὐτήν vel ἐπ' αὐτήν dedisse arbitror.

2. παρέτεινον. Legendum παρέτειναν, ut paulo ante et paulo post recte aoristo narratur. cf. Thuc. 7, 36, 2. 8, 104, 1.

ἔρματα saburram, saxa arenamque, ut ait Curtius. *Raphaelus*.

πρωῶραν. Sic scribendum esse hoc verbum docet Hermann. ad Soph. Phil. 480.

8. κατ' οὐρον εἰλκον secundo vento pertrahunt. Sic 7, 20, 6. *Gronovius*. Sed hoc jam inest in ἀνεμον — ἐπιπέροντα.

ἅμα ταῖς τριήρεσιν una cum triremibus, cum non solum magnam vim venti vela concipissent, sed remis simul navis concitaretur. Curt. 4, 3, 2. *Raphaelus*. Immo ἅμα simul ad ἐπανελκύσαντες pertinet et ταῖς τριήρεσιν cum Vulcanio vertendum est: triremibus protrahentes.

4. περικλασθεῖσαι flexae vel circumactae. Illustravit hanc significationem verbi ipsius liber 4tus observationum patris c. 21. *Gronovius*. Cf. Polyb. 9, 21, 7. 11, 12, 4. 23, 2.

ἀναχωχεύοντες fluctuantes in mari. Ἀναχωχεύειν enim est navem in alto retinere, subductis velis subsistere 2, 22, 3. 23, 3, Ind. 24, 4. *Raphaelus*.

5. τόν τε χάρακα. Intellige palos ad latera aggeris in alvo freti impactos. A Curtio 4, 3, 6 vocantur compages operis. V. c. 18, 3.

Voces enim τὸν πρὸ αὐτοῦ προβεβλημένον de lateribus intelligendae sunt, et jam saepius praepositionem πρὸ nostro ad latus significare notavi ex c. 2, 9, 2 et superius. *Schmiederus*.

6. ὡς δὲ ταῦτα παρεσκευάζετο dum vero haec conficiebantur. Unde idem ita repetitur c. 20, 4 ἐν ᾧ δὲ —, interea vero dum et machinae conficiuntur. Vulcanius: quibus jam confectis, quod esset ὡς δὲ ταῦτα παρεσκευάζετο ἤδη, ut infra c. 21, 2. *Raphelius*. Repetenda videtur ultima syllaba vocabuli praecedentis, ut sit ἐν ᾧ δὲ τ. π. *Pflugkius*. Non opus videtur.

ἐπὶ Σιδῶνος ἐσιάλη Sidonem profectus est, quam urbem jam receperat incolis ipsam ultro arcescentibus, supra c. 15, 6. *Raphelius*.

ἀθροίσων ἐκεῖ. Adverbium ἐκεῖ omnino cum hoc participio, non cum verbo ἦσαν copulandum. Nam quas illic jam habebat triremes, eas non opus erat contrahere. Voluit autem Alexander quotquot usquam habuit triremes undique apud Sidonem contrahere. *Raphelius*.

C. 20.

1. νέας. Jonica forma etiam 5, 6, 5 usus est.

αὐτῶν Σιδωνίων, ser. τῶν Σιδωνίων. *Pflugkius*. Ego non puto, interpretans: ipsorum apud quos tunc erat Sidoniorum. De articulo non addito v. Gr. § 50, 11 an. 16.

2. περιπόλος. Notat hoc vocabulum circuitorem, excubito-rem. *Raphelius*. Videtur similis fuisse Salaminiae et Paralo Atheniensium navibus.

Αυκίας hic quidem praepositione non repetita paulo durius videtur ideoque Αύκiai suasi. cf. Thuc. 7, 20, 2: ἐξήκοντα ναυσὶν Ἀθηναίων καὶ πέντε Χίαις. Dem. 35, 35: ὁ οἶνος εἰσάγεται ἐκ Πεπαρήθου καὶ Κῶ καὶ Θάσιος καὶ Μενδαῖος καὶ ἐξ ἄλλων τινῶν τόπων.

4. ἐπ' Ἀραβίας στέλλεται. Factum hoc narrat Curt. 4, 3, 1 et 7, antequam turres reliquaque opera a Tyriis immissa nave incenderentur. Sed Arriano potius credendum. *Raphelius*. [Facta et haec expeditio,] quia Arabes in Libano Macedones incompositos (ligna enim caedebant) aggressi triginta fere interfecerant paucioribus captis. Curt. 4, 2, 24. *Schmiederus*. Cf. Plut. Alex. 24. De Arabibus horum locorum cf. ad Xenoph. Anab. 1, 5, 1 ed max.

5. ἐν δέκα ἡμέραις De hac emendatione cf. Gr. § 48, 2 ann. 4.

ἐπανῆγεν. ἐπανῆκεν suasi, quod Arrianus illud ita ut τὸν στρατὸν subaudiatur dicere non solet, cf. tamen c. 22, 4.

Κλέανδρον. De Cleandro v. supra 1, 24, 2. *Schmiederus*.

6. διεκπλοῖς. Διέκπλοῖς hic est: Duae classes praelium commissurae si sibi ex adverso sunt, impetum ita faciunt, ut singulae naves, praeter-navigantes naves adversas, remos earum detergant, latera convellant, aliisque singulas modis affligant et totius classis hostium aciem turbent. Ordine vero hostium perrupto vertebantur naves et eundem impetum repetebant atque occasione data rostra navibus hostilibus impingebant, ut mergerentur. Vide et scholiasten ad Thuc. 1, 49 et 2, 89 cum interpretibus et Xenoph. H. Gr. 1, 6, 31. *Schmiederus*. Cf. Polyb. 1, 51, 9: διεκπλεῖν διὰ τῶν πο-

λεμιῶν νεῶν καὶ κατοπίν ἐπιγαίνεσθαι τοῖς ἤδη πρὸς ἑτέροις διαμαχομένοις ἐν τῷ ναυμαχίῳ ἔσσι πραγματικώτατον.

καὶ ὅσοι Φοινίκων et quotquot erant Phoenices. *Raphelius.*

Πνυταγόρου. Pnytagoras unus e regibus Cypriorum. V. 2, 22, 2 et Curt. 4, 3, 11. *Schniederus.*

8. ἔπειτα deinde. Respondet illi ὄλλγον πρῖν. *Raphelius.*

ταῦτα ὀρῶντες. Praecesserat quidem jam participium *καυδόντες*, ut hoc totum ταῦτα ὀρῶντες οἱ Τύριοι potuisset omitti salva sententia, sed non sine obscuritatis periculo. Maluit ergo Arrianus imitari Xenophontis sui simplicitatem atque perspicuitatem, apud quem multa reperias huiusmodi syntaxeos exempla, in quibus post longiore verborum circuitu priora vel eadem vel similia repetuntur. Sic Cyrop. 1, 3, 2: καὶ ὀρῶν δὴ αὐτὸν κεκομισμένον. Interjiciuntur deinde septem lineae, quibus suspensa tenetur sententia: quae cum absolvenda est, haec repetuntur: ὀρῶν δὴ τὸν κόσμον τοῦ πάππου ἐμβλέπων αὐτῷ ἔλεγεν. Ita et p. 44, 8, p. 62, 24, p. 73, 26, p. 304, 1, p. 382, 50, p. 395, 37. *Raphelius.*

9. τὸν λιμένα τὸν πρὸς Σιδῶνος. Strabo 16, 2 p. 757: δύο (ἢ Τύρος) ἔχει λιμένας, τὸν μὲν κλειστόν, τὸν δ' ἀνειμένον, ὃν Αἰγύπτιον καλοῦσιν.

ἀντιπρώροις. sc. Tyriorum triremibus. Nam si ad Phoenices hoc verbum pertineret, puto, scriptum foret ἀντίπρωροι. ut 1, 19, 10: ἐμβάλλειν ἀντιπρώρους κελύσας. *Raphelius.* Non male Blomfield. ad Thuc. 4, 8, 5 ἀντίπρωροι suadet.

10. τὸν ἐκ Σιδῶνος φέροντα. Vertunt: portum qui venientes Sidone recipit. Sic legitur etiam c. 24, 1. C. 21, 8 vocatur ὁ ἐς Σιδῶνα πειραμιμένος. *Schniederus.* Ex praeposito similiter dicta est ut πρὸς cum genitivo in formulis πρὸς τοῦ ποταμοῦ, πρὸς τὸν ὄρον aliisque. Cf. Gr. § 68, 37 ann. 1. Sic Thuc. 1, 64, 1: τὸ ἐκ τοῦ ἰσθμοῦ τείχος et τὸ ἐκ Πελλήνης τείχος. cf. ib. 3, 51, 2. Participium φέροντα suspectum reddere auderes, si hoc uno loco additum esset.

κατὰ τὸν ἐπ' ἐκεῖνα ad portum qui ultra aggerem erat et Aegyptum respiciebat. *Gronovius.*

C. 21.

1. συλλελεγμένων. Eadem forma 6, 22, 4. 26, 2, quum συναίεμαι legatur 1, 3, 5. 3, 19, 2. 4, 2, 3. Cf. Gr. § 40 in λέγω sammele.

συμπεπηγμένος dixit etiam 5, 12, 4. 24, 4.

2. προσήγον τὰς μηχανάς—adduxerunt machinas et in congesto aggere et in navibus adversus aliam atque aliam muri partem, sive adversus varias muri partes succedentibus muro scilicet Macedonibus eumque explorantibus. Primum κατὰ τὸ χῶμα uon est in aggerem, utpote in quo jam erant, sed in aggere ad murum promovebant. Nam κατὰ saepe in notat 2, 22, 6. 1, 3, 1. 2, 7, 5. 1, 14, 4 κατὰ τὴν ὄχθην in ripa. Deinde ἀπὸ τῶν νεῶν non est ex navibus, sed a navibus sive in navibus, ut ἐπὶ τῶν νεῶν c. 23, 1. Sic mox § 3 ἀπομάχεσθαι ἀπ' αὐτῶν. Et ἀπὸ τῶν πλοίων ληστεύειν navibus praedari 1, 3, 6, ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ in littore 6, 23, 3. Unde paulo post de navibus dicitur § 4: ὅσαι τὰς μηχανὰς προσήγον τῷ τείχει et c. 22, 6: τῶν νεῶν τινὰς τῶν μηχανοτόρων προσήγον. Porro ἄλλη καὶ ἄλλη τοῦ τείχους significat

in varias muri partes. Sic item cum genitivo ἄλλη καὶ ἄλλη τῆς χώρας 5, 9, 2. Denique προσομιζομένων nullo modo cum νεῶν construi posse satis indicio est generum diversitas. Neque illa pars syntaxeos inusitata est Arriano, qua ponuntur ablativi consequentiae, licet quod praecedit verbum προσῆγον videatur postulare nominativum. Sic etiam Aelian. V. H. 3, 22: ὑπερεκπλαγέντων — ἀπέστησαν pro ὑπερεκπλαγέντες. Nisi quis forte cum Vulcanio malit post τείχος punctum delere. Sicque οἱ δὲ Τύριοι poterit verti tum vero Tyrii. *Raphelius*. Recte Schmiederus Gronovii interpretationem probat hanc: admoverunt machinas simul a parte congesti aggeris, simul a navibus hic et illic muro succedentibus et eum tentantibus. Quod Raphelius de generum diversitate loquitur, facile condonabimus.

3. ἐπὶ τε τῶν ἐπάλλξεων in turribus ligneis constituerunt, quae in fastigiis erant murorum aggeri oppositorum. *Raphelius*.

εἰ πῆ ἄλλη si qua parte alia, si usquam alicubi. *Raphelius*.

προσῆγοντο sc. navibus, unde paulo ante προσῆγον τὰς μηχανὰς — ἀπὸ τῶν νεῶν ἄλλη καὶ ἄλλη τοῦ τείχους. *Raphelius*.

4. ἐς πλάτος ξύμμετρον. In tantam nempe latitudinem quanta ex praescripto artis architectonicae requiritur ad molem tantae altitudinis sustinendam. *Raphelius*.

5. ἄλλως τε καὶ —. v. ad 1, 15, 2.

ἐπῆγον. sc. τὰς ναῦς. Videntur Tyrii navigia minora ita texisse et instruxisse, ut tuto navigiis majoribus appropinquare atque admotis forte saecibus funes rescindere possent. *Schmiederus*.

6. ὄφραλοι. κολυμβητὰ ὄφραροι Thuc. 4, 26, 5.

καθίεσαν demittebant, nempe anchoras. *Raphelius*. Immo proprie τὰς ἀλώσεις. Gr. § 60, 5 ann. 2.

7. ἐξάπτοντες οὖν — injicientes igitur ab aggere laqueos lapidibus. Est autem ἐξάπτοντες ἀπὸ τοῦ χώματος idem loquendi genus, quale modo § 5 ἔργον ἀπὸ νεῶν γινόμενον. *Raphelius*. Immo ἀπὸ τοῦ χώματος cum proximo ἀνίσπων conjungendum cum Schmiedero.

ἵνα οὐκέτι ubi non amplius. *Raphelius*.

τῶν προβόλων lapidum ante murum in mare projectorum. *Schmiederus*. Harpocr.: πρόβολοι αἱ ἐς θάλασσαν ἐγκείμεναι πέτραι καὶ οἶον ἀκταί. Bekker Anecd. p. 289: αἱ ἐς θάλασσαν ἐγκείμεναι πέτραι ὀξείαι.

8. ἐν τούτῳ μάλιστα tunc potissimum, circa meridiem. *Raphelius*.

πληρώσαντες. Pendet hoc participium a verbo ἐξέπλεον § 9, unde apparet post ἀγῶνας minorem distinctionem scribendam fuisse. *Raphelius*.

9. ἀκριβεστάτοις. Thuc. 7, 13, 3: ἀκριβεία τοῦ ναυτικοῦ.

ἐπὶ μιᾷ νεώς singulae. Sic Ind. 41, 2. Cur vero singulae naves, non universae simul egressae sint causa videtur haec fuisse, ne remorum pulsu ipsi sese proderent. *Raphelius*. Immo ἐπὶ μιᾷ νεώς est longo agmine ita ut una unam sequeretur, propter angustias portus.

τὰς κώπας παραφέροντες. Κώπη remus, unde plirasis τὰς κώπας παραφέρειν remigare. *Raphelius*.

C. 22.

2. ἐπιτυχόντες — πληρουμένων. Gr. § 56, 14 ann. 2.

ὑπὸ τῆ. 4, 2, 4: ἐπὶ τῆ πρώτῃ προσβολῇ εἶλεν. ut nunc etiam hic ἐπιπρᾶferam.

Θουριέως. Bene Κουριέως conjecit Doerner. Cf. Strabo 14, 6 p. 683.

ἔκοπτον confregerunt. dum remos et latera et quidquid affligere poterant discinderent et frangerent. *Schmiederus*.

3. τοῦ λιμένος. sc. qui Aegyptum spectabat. Erat enim Alexander in meridionali aggeris latere cum navium parte. *Schmiederus*.

ἀναχωχεύειν. Intelligere posses τοὺς ναύτας, ut τὰς πολλὰς ex ἀναχωχεύειν penderet. Sed intransitiva vi usus est verbo etiam ceteris locis 2, 19, 4. 20, 8. 23, 3 et Ind. 24, 4, quod propria quidem vi non facit a quo illud sumpsit Herodotus. cf. App. b. c. 5, 112.

4. βοῆ τε ἐπανάγειν et clamore redire hortabantur. *Raphelius*. Ἐπαναπεῖν suasi, quod ἐπανάγειν sine objecto de navibus sic dictum non novi. Diversum quidem est ἀνάγειν Thuc. 3, 16, 1, ubi ipse accusativus ναῦς antecedit.

ἐπεκάλουν. Immo ἀπεκάλουν. *Pflugkius*.

5. τετρήρης. Τετρήρις ex opt. pro vulgato τετρήρης. Consentit Curt. 4, 4, 9. *Schmiederus*. Curtius: naves omnes fere aut demersit aut cepit. Ex quibus quum nihil colligi possit, ego nudo plurali cum singulari πενήρης τις juncto offensus, τετρήρης restitui.

6. αὐτῶν. Legendum αὐτῶ cum xm.

οὐδὲν οὐδὲ ταύτη ἦνυον. Objectum deesse posse non credam affirmanti Sinteni in cens. alt. p. 148. Deest quidem etiam Polyb. 4, 82, 8, sed ita ut proximum enunciatum pro objecto sit. Fortasse tamen verum non est quod edidi legendumque οὐδὲ ταύτη τι ἦνυον.

7. κατεσείσθη τὸ τεῖχος ἐπὶ μέγα quassatus est murus late sive magna ejus pars et aliqua pars etiam perfracta dirutaque est. Sic ἐπὶ μέγα recte translatum est c. sq. § 1. *Raphelius*. Pro nominativo τὸ τεῖχος *Pflugkius* conjecit τοῦ τεύχους, quod idem mihi quoque in mentem venerat cl. 23, 1. 27, 4 et Thuc. 2, 76, 3: τοῦ μεγάλου οἰκοδομήματος — ἐπὶ μέγα κατέσσεισε. Necessariam tamen eam emendationem non censui.

ὅσον mihi quidem sanum esse non videtur. In mentem venit ὅδον vel ὄδισμα cl. Aesch. Pers. 71. Sed hoc poeticum. Infra 4, 26, 6: ἀπὸ μηχανῆς γέμεραν ἐπιβαλὼν τοῦ τεύχους ἢ παρερωγὸς ἦν. ubi haec ipsa res comparatur. Atque ita fere hic emendandum aut delendum erit ὅσον. cf. App. Ill. 19.

C. 23.

1. κατέσεισε τοῦ τεύχους. Alias hoc verbum cum accusativo construitur, ut 1, 19, 2. 4, 26, 5; hic autem cum genitivo, quem casum adsciscunt saepe verba partem substantiae alicujus significantia. Possellii Synt. p. 106. Ita etiam c. 27, 4. *Raphelius*. Genitivus ex ἐπὶ μέγα, ut altero loco ex ἐπὶ πολὺ pendet.

2. οἱ ὑπασπισταί. Non omnes hypaspistae in una navi erant, sed manus eorum cui praeerat Admetus. Nec Coeni taxis continebat omnes *πιζεταίρους*, sed sextam eorum partem. Videntur autem reliqui hypaspistae et amici pedites aliis navibus advecti per eas naves quibus pontes impositi erant subinde in murum transisse. *Schmiederus*.

κατερορηγμένον. κατερημιμένος [vel potius κατερημιμένος] suadet Lennep. ad Phal. p. 20, a hic et alibi. Et posset alterum ex § 1 ortum esse. De forma Ellendtius confert 4, 26, 5. Adde Dion. Arch. 8, 67 et Lobeck. ad Buttm. Gr. max. in ῥήγνυμι.

παρείκοι, καιρὸς ἐπιτρέψει. Schol. ad Soph. Phil. 1048, ubi cf. Buttm. Sic mox § 3 et 6, 9, 2.

4. ἀπ' αὐτῶν. 4, 26, 6: ἀπὸ μηχανῆς γέφυραν ἐπιβαλὼν τοῦ τείχους. 5, 7, 4: καὶ ἀπ' ἀμφοῖν (πλοίων) ξύλα τε ἐς εὐθὺ ὄξέως ἐπιβάλλεται. Gronovius.

ὃ τε γὰρ — ἐγένετο. Voces ὃ τε γὰρ Ἄδμητος ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐν τῇ τότε ἐγένετο glossema redolent. Sunt enim maxime alieno loco. Jis rejectis constructio plana est nec impeditur, quum alias in mox sequentibus potius legendum esset αὐτῶ, non αὐτοῖς. Admeti fatum narratur paulo post § 5 eumque ἀνθρα ἀγαθὸν γενέσθαι c. 24, 4. Denique si Admetus virum fortem se in ea re gessit, vel potius fortiter pugnans mortuus est (hoc enim sonat phrasis ista), inde non sequitur milites strenue murum conscendisse. *Schmiederus*. Immo duae causae proponuntur cur hypaspistae naviter in moenia enisi sint: altera quod dux eorum forti animo rem gesserit (nam mortis significatio in ista formula haudquaquam inest); altera quod ipse Alexander eos secutus sit. Hinc Sintenis in altera cens. p. 148 et in tertia p. 1083 verba defendit, καὶ ἅμα aliam rationem quae antecesserit significare addens.

αὐτοῦ. scr. αὐτός. *Pflugk*. Idem sero mihi in mentem venisse significavi in praem. p. IX. cf. ann. ad 1, 22, 1.

5. βεβαίῳ τε —, firmo et simul non omnino arduo sive praecipiti ingressu utebantur. De pontibus haec muro injectis sunt accipienda, in quibus firmare gradum poterant, cum primum illi non nimis arduum adscensum haberent, liberoque nixu hostem depellere. *Raphelius*. Non firma erat via in pontibus et muri margine extremo, cujus rudus pedibus cedebat, ibidemque abscissa, quod cavendum erat ne in mare delaberentur. *Schmiederus*.

ἐπὶ δὲ αὐτῶ post ipsum (nempe Admetum mortuum) Alexander murum tenuit. Gronovius. Ita 2, 27, 6. *Raphelius*. Cogitabis vero: post Admetum suosque.

μεταπύργιον etiam 6, 7, 5 et 10, 4; μεσπύργιον 1, 21, 4 et 4, 26. 7. cf. ad Thuc. 3, 22, 2.

C. 24.

1. οἱ τε Φοίνικες et quidem, nempe Phoenicas. Cum plurium gentium naves Alexander habuerit, quas ex universa classe hoc loco velit intelligere ista nota οἱ τε indicat. Ita et supra vertimus τοὺς τε 2, 18, 4. 3, 3, 2. *Raphelius*. Distinctione emendata apparet huic particulae respondere verba καὶ οἱ Κύριοι.

οὐδὲ τοῦτον κλειθρὸν γε ἔχοντα ne claustrum quidem ha-

bentem; non quasi et alter claustrum non habuerit, sed quod alter habuerit, licet hostes id diruperint, hic vero ne quidem ullum habuerit. Neque enim negligenda est particula γέ, quae si annexa esset nomini τοῦτον, incommoda videri posset sententia: Nunc vero facile apparet hoc dicere velle Arrianum hunc portum ne claustro quidem munitum fuisse. Patebit magis sententia, si verbum τοῦτον paulo quam caetera submissiore voce pronuncies, vel si in alium locum transponas hoc modo: οὐδὲ κλειθρόν γε τοῦτον ἔχοντα. Certum enim est, quod ad sensum attinet, particulam οὐδέ ad κλειθρόν, non ad τοῦτον referendam; ut non dicatur neque hunc quidem claustrum habuisse, sed neque claustrum quidem hunc habuisse. Et quamquam mirum videri queat obsessae urbis portum sine claustro fuisse, tamen verba quidem certe hoc significant. *Raphelius*. De dicendi ratione cf. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 7, 7, 10 ed. max. Quamquam nunc dubito an altera scriptura praeferranda sit, quam Parisini libri tuentur. De re discrepare videtur Strab. 16, 2 p. 757: ὅσο δ' ἔχει λιμένας, τὸν μὲν κλειστόν, τὸν δ' ἀνεμίονον, ὃν Αἰγύπτιον καλοῦσιν.

2. Ἀγενόριον. Agenor Tyrum condidisse credebatur. Curt. 4, 4, 15 et 19. *Raphelius*. [Fuit] vel arx vel domus vel fanum ab Agenore vel in ejus honorem conditum; vel supplendum est πεδίον ut Tyri esset campus quidam Agenorius, quod praefert Lamb. Bos. Ill. Gr. p. 376 Schaeff. *Schmiederus*. Vix dubitaverim quin Agenoris templum dicatur.

αὐτοῦ ἰβί, ad Agenorium. *Raphelius*.

3. ἐπὶ πᾶν omnino, prorsus. *Raphelius*. Cf. Aesch. Suppl. 802, Pers. 42, Plat. Euthyd. p. 279, e, Legg. 875, Polyb. 10, 23, 2, 17, 15, 8, Diod. 3, 43 et ad Thuc. 2, 51, 1, 5, 68, 3.

τῇ τριβῆ. Tyrus septimo mense quam oppugnari coepta erat capta est. Curt. 4, 4, 19, Diod. 17, 46, Plut. Alex. 24. *Schmiederus*.

πλείοντας ἐκ Σιδῶνος. Curt. 4, 2, 15 praecipitatos esse scribit caeduceatores quos ad Tyrios misisset Alexander, ut eos ad pacem compelleret. *Schmiederus*.

4. ἐς ὀκτακισχιλίουσ. πλείους τῶν ἑπτακισχιλίων. Diod. 17, 46. Intra munimenta urbis sex millia crucidata sunt. Curt. 4, 4, 16. Duo millia crucibus, affixos per ingens littoris spatium pependisse tradit idem § 17 consentiente Diod. l. l.

5. θεωροί. Ita vocabantur sacrorum ministri qui ad deos externos mitebantur, vel ut sacrificia solennia illic celebrarent vel ut donaria illis ferrent vel ut eos consulerent. *Raphelius*. Solebant Carthaginenses ex omnibus preventibus decimam Herculi mittere. Diod. 20, 14. *Schmiederus*. Polyb. 31, 20, 12: εἰς τὴν Τύρον ἐκπέμποσαν οἱ Καρχηδόνιοι τὰς πατριῶσ ἀπαρχὰς τοῖσ θεοῖσ.

εἰς τὴν μητροπόλιν. Quippe Carthaginem Tyrii condiderant. Curt. 4, 2, 10. *Raphelius*.

ἐγκατελήθησαν capti fuerunt. Vulcanius supererant interpretatur, quasi esset ἐγκατελείθησαν. *Raphelius*.

6. γυμνακόν. Vereor ne καὶ μουσικόν interciderit. cf. tamen 3, 1, 4.

ποιήσας ἤ — ποιήσαντος. V. Gr. § 56, 14 ann. 2, et de formula ὅσος δὴ ἄλλος Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 4, 7, 25. cf. infra 4, 8, 2

Ἀνικῆτου. Νικῆτης dicitur apud Dion. de Din. p. 649, quod verum videtur. Annus erat Ol. 112, 1, a. C. n. 332.

C. 25.

1. γήμαντα — ductaque in matrimonium Darii filia Alexander amicus esset Darii et socius, sive eum esse debere. *Raphelius*. Paulo aliter rem enarrant Diod. 17, 39 et Curt. 4, 5, 1.

εἶναι pendet ex v. δοῦναι. cf. ad 1, 19, 6.

2. Παρμενίωνα. Hoc responsum Parmenionis ad aliud tempus Curtius 4, 11, 11 retulit, quo nempe tertium Darius pacem ab Alexandro petebat. *Raphelius*.

ἐπὶ τοῦτοις — his conditionibus mallet composito bello non amplius dimicare. *Raphelius*.

τῆς χώρας λαβεῖν. Gr. § 61, 6 an. 8.

3. γῆμαί τε ἂν ἐθέλῃ uxoremque ducere si vellet, Darii filiam ducturum etiam invito Dario. *Raphelius*.

εἴ τι εὐρέσθαι. Xenoph. Anab. 2, 1, 8: βασιλεὺς κελεύει τοὺς Ἕλληνας ἰόντας ἐπὶ τὰς βασιλικὰς θύρας εὐρίσκεισθαι ἢν τι δύνωνται ἀγαθόν, jubet rex Graecos ire ad regis aulam et periculum facere si quid forte commodi possent impetrare. *Raphelius*.

4. Γαζαίων. De horum fide cf. Polyb. 16, 40, 2 ss.

C. 26.

1. εἴκοσι μάλιστα σταδίους. Aliter Strabo 16, 2 p. 759: εἴθ' ὁ τῶν Γαζαίων λιμὴν πλησίον ὑπέρχεται δὲ καὶ ἡ πόλις ἐν ἑπτὰ σταδίοις, ἐνδοξὸς ποιεῖ γεινομένη, κατισπασμένη δ' ὑπ' Ἀλεξάνδρου καὶ μένουσα ἔρημος. cf. Mannert. 6, 1 p. 264.

ψαμμώδης. Curt. 4, 6, 9 et Strabo paulo post. ἡ ἀπὸ Γάζης λυπρὰ πᾶσα καὶ ἀμμώδης.

ψαμμώδης καὶ βαθεῖα. Non sine causa posterius adjungitur, neque solum propterea quod et humida alicubi atque firma sit arena, sed etiam quod, licet arida sit et vestigio cedens, non tamen continuo alta jacet. Hinc τὸ βάθος τῆς ψάμμου et ψάμμος βαθεῖα dicitur 6, 24, 4. *Raphelius*.

ἡ ἀνοδος adscensus a mari in urbem. Inferiora enim loca dicuntur mari propiora, superiora contra quae ab eo longius recedunt. Accedit hic quod Gaza in colle esset condita. *Raphelius*.

2. διὰ ὕψος τοῦ χώματος propter altitudinem collis in quo urbs sita erat. *Raphelius*.

3. τὸ ἔργον. Τὸ ἔργον potius hoc loco notat oppugnationem quam eventum. Ipsa fiducia sua sperabat Alexander hostes percussurum iri, si praeter opinionem ipsorum auderet urbem obsidere et situ et opere mitissimam. *Raphelius*. Non video cur simul eventum significari neget.

ἐν κύκλῳ τῆς πόλεως. Voces ἐν κύκλῳ τῆς πόλεως mula manu ex c. 27, 3 huc translatae censeo. Ad eum finem ut machinae ad murum adduci possent, non necesse erat agger qui totam urbem circumiret; et mox etiam videmus eum exstructum esse modo κατὰ τὸ νόμιον τῆς πόλεως τεύχος, non vero ἐν κύκλῳ

της πόλεως. Quam vero Alexander videret, se cum una mole versus unam urbis partem non multum proficere, tunc demum (c. 27, 3) jubet *χωμα χωννύναι ἐν κύκλῳ πάντοθεν τῆς πόλεως*, ut omni ex parte urbem aggredi posset. *Schmiederus*. Verum *κύκλω* et *ἐν κύκλῳ* interdum non totum ambitum significant. V. Kr. annot. ad Xenoph. Anab. 1, 5, 4 vel ind. ed. max. Itaque vide ne hoc loco de semicirculi figura accipi possit. Ceterum hic sermo non est de *περιτειχισμῶ*, sed de singulis aggeribus qui majoribus intervallis distantes in modum radiorum circuli urbi admovebantur. Cui interpretationi singularis non obstat. Nam *χωμα* quodammodo collectivum est.

ὡς ἐξ ἴσου ut in aggere non inferiori (quam collis in quo muri) machinae adduci possent. *Schmiederus*.

4. *ἐστεφανωμένῳ*. Cf. ann. ad Xenoph. Anab. 7, 4, 40 ed. max.

τῶν τις σαρκοφάγων. Atticus scriptor *τῶν σαρ. τις* collocavisset. Gr. § 47, 9 an. 20. cf. 5, 7, 19. 7, 3, 4. 22, 5.

νοοῖ significaret. Verbum in his rebus proprium. cf. 7, 18, 4 cl. 7, 1, 5 et Engelhardt. ad Plat. Apol. 31.

ἐπι ne quis delendum censeat, cf. 3, 4, 2 et 7, 23, 2.

C. 27.

1. *Ταῦτα — εἶλεν*. Verba *ταῦτα ἀκούσας — αὐτὸν εἶλεν* retraxerat Gronovius ad caput praecedens. Ego huic capiti adjungere malui, quia sunt prima pars periodi, quae continuatur verbis *ὡς δὲ ἐκδρομή τε* etc. *Schmiederus*.

τίεως μὲν interea quidem, dum nihil ab hoste movebatur. Sequitur *ὡς δὲ* postquam vero. Sic 2, 6, 3. *Raphelius*.

χώματος. Interpunctionem mutavi, post *ποιητῶν χώματος* comma scribens pro puncto. *Schmiederus*.

ἐκπλαγεῖς. Similiter Xenoph. Anab. 1, 8, 20 hoc verbum dixit de iis qui subita re percussi quid agant non contemplantur. v. ibi ann.

2. *ἔσχε τοῦ μή*. Sic verbo *ἔσχειν* utitur Xenoph. Cyrop. 7, 1, 36: *γνοῦς ὅτι οὐδαμῶς ἂν θᾶπτον σχοίη τοὺς πολεμίους τῆς εἰς τὸ πρόσθεν προόδου*, animadvertens nulla ratione retineri hostes facilius posse quominus progredierentur ulterius. *Raphelius*.

οὐχ ne cui suspectum videatur cl. Gr. § 67, 12 an. 3 et 6, cf. 4, 8, 3. 23, 3.

δαμπάξ per totum. Hinc Curtius 4, 6, 17 ait sagittam per loriam fuisse adactam. *Raphelius*.

ὡς δὲ ἔγνω — cum vero cognovisset de vulnere vera dixisse Aristandrum. *Raphelius*.

Ἀριστάνδρου ἔνεκα propter Aristandrum, i. e. quia Aristander ita fore praedixerat. Ad eundem fere modum Xenophon Memorab. 4, 3, 3: *γῶς εἰ μὴ εἶχομεν, ὅμοιοι τοῖς τυφλοῖς ἂν ἦμεν ἔνεκα τῶν ἡμετέρων ὀφθαλμῶν*, lucem nisi haberemus, caecis essemus consimiles, ad oculos sane quod attinet sive quia [volutine quamquam?] oculos habemus. *Raphelius*.

3. *μειάπειμπτοι ἀπὸ θαλάσσης accersitae a mari, a quo viginti ferme stadiis Gaza distabat. Raphelius.*

ἐν κύκλῳ πάντοθεν, ut 4, 2, 3 cl. 30, 3. 5, 24, 4 et ad 1, 27, 3.

4. *ἐπὶ πολὺ longe, late, magnam partem potius quam magna vi, uti paulo post § 5. Raphelius.*

ὑφιζάνον. v. ann. ad Thuc. 2, 76, 1.

τοῖς τε βέλεσιν telisque longe pertingerent Macedones. Curtius ait 4, 6, 22 interiora quoque urbis infesta telis fuisse. Raphelius.

5. *ἐς μὲν τρεῖς. Alterum periodi membrum; prius erat ὡς δέ § 4. Raphelius. Ante Schmiederum post πύργων puncto distingebatur.*

6. *ὅσοι τι ἀρετῆς μετεποιούντο. Thuc. 2, 51, 3: μάλιστα οἱ ἀρετῆς τι μειαποιοῦμενοι. cf. Ruhnken. ad Tim. p. 179.*

7. *ἅπαξ semel, ut supra 2, 1, 5. Raphelius.*

ἐντὸς τοῦ τείχους intra munimentum. Raphelius.

κατασχίσσαντες discissis, effractis. Raphelius.

ξυνοικίσας. Itaque non satis recte Strabo l. ad 26, 1 adscripto.

ἐχρητο ὅσα. v. ann. ad Thuc. 1, 3, 4.

Liber tertius.

C. 1.

ὁ δὲ ναυτικὸς στρατός. Hephaestione duce. Curt. 4, 5, 10. Schmiederus. De v. cf. 6, 19, 5.

2. *σατραπῆς, loco Sabacis qui apud Issum ceciderat. cf. 2, 11, 8. Schmiederus.*

Δαρεῖον ὅτι αἰσχρὰ φυγῆ ἔφυγε. In omnibus mss. legitur Δαρεῖον. Statim praecessit simili modo τὴν μάχην ὅπως συνέβη. Sic 2, 5, 7: ἐνταῦθα μανθάνει Πτολεμαῖον καὶ Ἀσανδρον οὐ ἐκράτησαν Ὀροντοβάτων. Gronovius, qui plura hujus generis exempla collegit. Raphelius.

τῆς Ἀραβίας τὰ πολλὰ magnam Arabiae partem, forte ejus Arabiae quae Persis parebat. Expugnaverat enim Alexander (2, 20, 4) eam solummodo Arabiae partem quae est ad Antilibanum montem; et ipse in oratione ad milites (5, 25, 4) Arabiae ἔσιν ἅ, i. e. aliquam partem, ab iis expugnatam gloriatur. Schmiederus. Fortasse articulus τὰ delendus est.

3. *ἀναπλεῖν. Credendus est Alexander per maxima Nili brachia navigasse, per Pelusiacum Memphin, ex Memphi deinde per Canopicum ad lacum Marian. Schmiederus.*

4. *τῷ Ἀπιδι, de quo v. Her. 3, 27 s. Schmiederus.*

οἱ ἀμφὶ ταῦτα τεχνῖται harum rerum artifices. Raphelius. Ad utrumque certaminum genus refert Schmiederus.

ἐπὶ τῶν νεῶν. Hae voces male huc translatae videntur ex § 3.

Scribendum enim fuerat ἐπὶ τὰς ναῦς. Sic 1, 4, 4 ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀναλαμβάνειν τὰ παιδάκια. Mox etiam saltem vacant verba τὴν τῶν ἑταίρων. Alia enim turma regia non fuit praeter eam amicorum. Singularis etiam hoc loco nec Arriano solennis est usus verbi λαμβάνειν, ut sit secum ducere, qua significatione uti solet verbo ἀναλαμβάνειν, ut 1, 1, 11. 2, 5, 5, 10 et sexcenties. *Schmiederus*. Defendit tamen Sintenis in cens. tert. p. 1084. Pro τὴν conjeceris καὶ μίαν. cf. 3, 8, 1.

5. κατὰ τὴν λίμνην — circumvectus ab ostio Canopico (praeter littora) usque ad lacum Mareotin. *Schmiederus*.

ἔδοξεν αὐτῷ ὁ χῶρος — καὶ — τὴν πόλιν. De variata structura v. ann. ad Xen. An. 1, 4, 18. De condita urbe cf. Strab. 17, 1 p. 792 s. Ammian. 22, 11, 6. 16, 15, interpr. ad Diod. 17, 52, ad Curt. 4, 8, 2 et ad Clint. F. H. 332, 2.

δείμασθαι. v. Gr. v. 2 § 39 in δέμω.

καὶ ἱερὰ ὄσα — et quot templa et quorum deorum, aliorum quidem Graecorum, Isidis autem Aegyptiae. Nam ὄσας et pro interrogativo accipitur, ut 1, 4, 7. 5, 3. *Raphelius*.

C. 2.

1. καταλιπεῖν αὐτὸν — voluisse Alexandrum ipsum relinquere signa munimenti fabris. Ipse monstrare volebat fabris quo loco ducendus esset murus, idque spatium fabri in terra describere debent. Unde ἐπιγράφουσι in plurali numero. Res satis declaratur in sequentibus. *Raphelius*. Pro καταλιπεῖν ego καταλευκαίνειν suasi. cf. ann. ad ἄλγιστα. Futuri usus ne cui cum Schmiedero singularis videatur, cf. Gr. § 53, 7 ann. 8.

ἐπιγραφασθέντα Jonico usu dixit. v. Gr. v. 2 § 40 in φράζω.

ἄλγιστα. Deerat terra alba vel calx, qua veteres uti solebant. *Schmiederus*. V. Strab. 17, 1 p. 792, Ammian. 22, 16, 7 et Steph. Byz. in Ἀλεξάνδρεια.

τὸν κύκλον. Alexandriam chlamydis figuram habuisse multi testantur: Diod. 17, 52, ubi v. Wessel, Plin. 5, 10, Strabo 17, 1143 b [p. 793], Plut. vita Alex. 26. Cuperus in Homeri Apoll. p. 158 Alexandriae formam non multum ab ovata deflexisse monstrat, chlamydis figuram repraesentans. *Schmiederus*.

ἔποιε. Conjecturam meam speciosam et elegantem, sed non necessariam dicit Sintenis in cens. alt. p. 149. Quod addit Arrianum ἐπινοεῖν verbum semper cum infinitivo junxisse videri, falsum est. v. 4, 4, 1: τὴν πόλιν ἦν ἐπινοεῖ τευχίσας. cf. 7, 1, 4. 2, 2.

2. πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα. Fortasse πολλὰ καὶ μεγάλα. *Pflugkius*. Non opus videtur; μὲν particulae oppositum cogitatur: νῦν δὲ καὶ τοῦτο.

Ἀλεξάνδρω. Eam quam ego optavi distinctionem etiam Sintenis in cens. priore p. 370 significare videtur sibi placere.

3. Ἑγέλοχος, cui ab Alexandro mandatum erat ut classem cogret contra Persas 2, 2, 3. *Schmiederus*. Minus recte Curt. 3, 1, 19.

Τενεδίους. De Tenediis v. 2, 2, 2 s, de Chio 2, 13, 4 s. *Schmiederus*.

Χίων ὅτι δὴ ὁ δῆμος — quod Chiorum populus adduxerit ipsos invitit iis qui urbem tenebant. Ἐπάγασθαι significat hostem ultro vocare et in urbem recipere. Unde Curtius 4, 5, 14: Tenedo quoque recepto Chium incolis ultro vocantibus stantuerant occupare, ceu locum hunc ex scriptura veteri restituit Gronovius. Ita 1, 17, 11. Βίαι [πνός] vero invitit et repugnantibus aliis dici in Graeca lingua notum est. Xenoph. Anab. 7, 8, 17: ἐξέρχεται καὶ αὐτὸς βίαι τῆς μηρός. Plura citantur in lexicis: βίαι ἡμῶν Thuc. [1, 43, 2], βίαι Θεβαίων Isocr. in Helene, βίαι τῶν πολλῶν Demosth., βίαι θεῶν Eurip. Occupaverat ergo Chium Hegelochus incolis ultro vocantibus invitisque Apollonide et Athenagora, quibus urbs cum modico praesidio militum tradita fuerat ab Autophradate et Pharnabazo. Eodem modo rem narrat Curtius 4, 5, 14 ss. Κατέχειν τὴν πόλιν similiter de praesidio usurpat Polyb. 1, 29 p. 42 l. 17: ἐγίνοντο πρὸς τὸ πολιορκεῖν αὐτήν, οὐ βουλευμένων ἔκουσίως σίσι προσχωρῆσαι τῶν κατεχόντων τὴν πόλιν, ad obsidionem loci se comparant, quia deditionem facere oppidani (sive potius praesidiarii) nolebant. *Raphelius.*

4. Ἐγκαταλείψθαι relictum in urbe, qui in ea remanserat, cum Autophradates discessisset, ut hic capi non potuerit. Ἐγκαταλείπεσθαι alias dicuntur qui in praesidio urbium relinquuntur 1, 20, 3. 2, 15, 1. *Raphelius.* Magna igitur Persarum classis solvitur et clade navali sub Datame (2, 2, 5) et multis navibus in Phoeniciam missis (2, 2, 1) et transitu Phoenicum et Cypriorum ab Autophradate ad Alexandrum (2, 20, 1 ss.); aliae naves distrahuntur Lacedaemoniis auxilio missae (2, 13, 6); reliquae ab Hegelochu capiuntur. *Schmiederus.*

Μηθυμναίων. Legendum videtur Μηθυμναίων. cf. Curt, 4, 8, 11. *Schmiederus.* Probat Sintenis in cens. priore p. 370, comparans quod paulo ante legitur Χίων ὁ δῆμος. Sed horum alia ratio est, quum populo sive potius plebi alii contrarii cogitandi sint, quod secus est nostro loco, quo Μηθυμναίων recte habet.

ἡμιολίαις. Etym: Ἡμιολία πάλαι ἔλεγτο ληστρικὸν πλοῖον, οὗ τὸ ἡμιόλιον μέρος μίλον ἰσριῶν ἔστι πρὸς τὸ ἀπ' αὐτοῦ μάχεσθαι. cf. Fischer. ind. ad Theophr. Piraticas naves dicit Curt. 4, 5, 19.

ἐξαπατηθέντα — ὅτι deceptum eo quod dicebatur. cf. ann. ad Xenoph. Anab. 5, 7, 6.

5. ἦγε. Cave cum Schmiedero ὅτι subaudias.

6. Μιτυλήνην — quod Mitylenen Chareti eam tenenti abstulerit. Ἀγαιρῆσθαι duplicem accusativum adsciscit, personae et rei. *Raphelius.*

ἐπεμψεν. sc. ὄν. Ex § 3 repetendum est καὶ ἀπαγγέλλει Ἀλεξάνδρῳ. *Schmiederus.*

7. ἀπέδρα. Quid differat ἀποδιδράσκειν ab ἀποφεύγειν pulchre intelligitur ex Xenoph. Anab. 1, 4, 8: ἀλλ' εὐ γε μέντοι ἐπιστάσθωσιν ὅτι οὐτε ἀποδιδράσασιν· οἶδα γὰρ ὅπη οἴχονται· οὐτε ἀποφευγῆσασιν· ἔχω γὰρ τριήρεις ὥστε εἶναι τὸ ἐκείνων πλοῖον, verum certo sciant nec clam se fugisse, quum egomet quo secesserint norim; nec effugisse, quum mihi triremes sint, quibus ego ipsorum navigium capere possum. *Raphelius.*

ἐς Κῶ. Veneta et Basil. legunt ἐν Κῶ, quod praeferrem, si Gronovius codices quosdam consentire notasset. *Schmiederus.*

τοὺς τυράννοους. Curt. 4, 8, 11: Tyrannos, inter eos Methymnaeorum Aristonicum et Chrysolauum, [fortasse etiam Dionem Mitylenaeorum 2, 1, 5. *Schmiederus.*] popularibus suis tra-

didit, quos illi in muris ob injurias tortos necaverunt. *Blancardus*.

πέμπει χρήσασθαι. Gr. § 55, 3 ann. 20.

ὅπως, fortasse leg. ὅτι, ut 3, 23, 8. cf. ann. ad Thuc. 2, 4, 4. Quamquam ita *βούλεσθαι* sequi solet.

C. 3.

1. τὸ μὲν τι partim quidem. Sequi deberet τὸ δέ, sed quia plura intercesserant, quam ut commode satis alterum periodi membrum per τὸ δέ posset subjungi, hinc missa priore constructione novam orditur § 2: καὶ οὖν παρ' Ἀμμωνα. Nempe duplicem ob causam Alexander adire volebat Ammonem, partim quidem ut de alijs rebus eum consuleret, utpote de orbis imperio sibi tribuendo, de parentis sui interfecto-ribus puniendis, de quibus Curtius 4, 7, 26 s., partim ut de rebus ad se pertinentibus consuleret, puta de generis sui auctore, verene is esset Jupiter. *Raphelius*. Gronovio prava distinctione decepto his respondere videbantur verba καὶ τι καὶ αὐτός. — Neutra ratio vera videtur. Scriptor perrecturus erat: τὸ δέ τι καὶ φιλοτιμία τῇ πρὸς Περσεία καὶ Ἡρακλεία. Verba καὶ τι καὶ αὐτός — tertiam causam adjungunt. Maxime illa φιλοτιμία Alexandrum agitata esse tradit Callisthenes apud Strab. 17, 1 p. 814: ὁ Καλλισθένης ἠροῖ τὸν Ἀλέξανδρον φιλοδοξῆσαι μάλιστα ἀνελθεῖν [τε] ἐπὶ τὸ χρησιήριον, ἐπειδὴ καὶ Περσεία ἤκουσε πρότερον ἀναβῆναι καὶ Ἡρακλεία.

ἀτρεκῆς et *ἀτρεκῶς* saepius Arr., quum Ionicum sit verbum.

2. ἀπό γένους τε ὄντι τοῦ ἀμφοῖν. Τοῦ sc. γένους, quippe qui a genere utriusque descenderet, non ab utroque, Perseo et Hercule, quod ne fieri quidem potuit, cum uterque esset Jovis satu editus, sed ab eodem a quo illi, i. e. a Jove. Nam ad Persea quidem Persarum reges nominis et generis sui originem referebant, ab Hercule autem Macedonum reges stirpis suae initia repetebant. Freinshem. Supplem. Curt. 2, 4, 26 et 1, 1, 9. Sed neque ab Hercule Alexandrum ortum hoc loco ait Arrianus, verum ab ipso plane Jove genitum se Alexandrum vel credidisse vel credi voluisse. Freinshem. ibid. 1, 1, 13. *Raphelius*. Verto simpliciter: qui erat a stirpe utriusque. Ab Hercule reges Macedonum originem deduxisse omnes tradunt. A Perseo idem fieri potuit. Mater enim Herculis fuit Alceme, cujus parentes Electryon et Anaxo; alter est Persei filius, altera est ejusdem ex Alcaeo neptis. V. Heynii notas ad Apollod. p. 1019 [129]. *Schmiederus*.

τε ὄντι — καὶ τι καὶ — ἀνέγερε. Sic participio adjunxit finitum verbum 1, 25, 2 et 7, 13, 1; pariter infinitivo 1, 18, 6. 4, 13, 1. Similia etiam apud Atticos reperias. cf. ad Thuc. 1, 57, 2 et 7, 47, 2.

καὶ τι καὶ αὐτός. Καὶ τι τῆς γενέσεως, et partem ortus sui, nempe paternum genus, nam materni generis Achille auctore gloriatus est. Vellej. 1, 6, 5. *Raphelius*.

καὶ οὖν — itaque et hoc consilio ad Hammonem proficerebatur, ut etiam quae ad se (i. e. ad genus suum) pertinerent certius cognosceret aut saltem se cognovisse jactaret. Omnino exprimenda arbitror illa duo καὶ, καὶ οὖν et ὡς καὶ, cum indicent alteram causam illius profectionis hic tradi, ut scilicet etiam de parente suo certior fieret. *Raphelius*.

ἐς Ἀμμωνα. Fabulam huc pertinentem tradidit Plut. vita Alex. 3 visum quondam esse draconem dormienti Olympiadi adjacentem; Philippum

eam ob causam Delphos misisse et χρησῶν κομισθῆναι λέγονται παρὰ τοῦ θεοῦ κτελεύοντος Ἄμμωνι θύειν καὶ σέβασθαι μάλιστα τούτον τὸν θεόν. Addit Just. 11, 11: Alexandrum Hammonem adiisse et ut originem divinitatis acquireret (forte: anquireret) et ut matrem infamia liberaret, quam Philip-pus velut stupri compertam dimiserat. *Schmiederus.*

ἔς Δία ad Jovem Graecorum. Opponitur ἔς Ἄμμωνα. Tota expeditione alieno tempore a rege suscepta videtur, cui primo quoque tempore Darius investigandus et debellandus erat. Fortasse vero rumore divinae originis suae hac expeditione stabilitum plus quam celeritatem ad victoriam allaturum credidit. Pericula vero itineris sine dubio a scriptoribus, ut sit, aucta sunt. *Schmiederus.* Cf. Strabo 17, 1 p. 813 s. Ceterum per hie-mem requies militibus concedenda fuit.

τὰ αὐτοῦ ὅτι originem suam. *Schmiederus.*

3. Παραϊωνίου. Strabo 17, 1 p. 798 s.: ἀπὸ Καταβάθμων (in con-finiis Aegypti et Cyrenaicae) εἰς Παραϊώνιον εὐθυπλοῦντι σταδίων ἔστιν ἐν-νακοσίωσιν ὁ δρόμος· πόλις δ' ἔστι καὶ λιμὴν μέγας τετραράκοντά πον σταδίων· καλοῦσι δ' οἱ μὲν Παραϊώνιον τὴν πόλιν, οἱ δὲ Ἄμμωνίαν. μεταξὺ δὲ — κόμη Ἄπυς, ἀγ' ἧς εἰς μὲν Παραϊώνιον στάδιοι ἑκατόν, εἰς δὲ Ἄμμωνος ὁδὸς ἡμε-ρῶν πέντε, ἀπὸ δὲ τοῦ Παραϊωνίου χίλιοι πον καὶ τετρακόσιοι στάδιοι. cf. p. 809 et 3 p. 838.

δι' ἐρήμων. Circiter in his regionibus Cyrenaei Alexandro cum donis obviam venire atque sese dedere. 7, 9, 8, Diod. 17, 49, Curt. 4, 7, 9. *Schmiederus.* De locis cf. Strab. 1, 3 p. 49 et 17, 1 p. 799.

μεσόγαιαν. Eadem forma 6, 26, 5 et Ind. 22, 2. cf. Lob. ad Phryn. p. 298.

4. ὕδωρ δὲ ἐξ οὐρανοῦ. Itinera per deserta Africae hieme fiunt, quum pluvia coelo demissa quam plurima arenam et stabilem et frigidam et inagabilem reddit. Alexander quoque hieme ad Ammonem profectus est. cf. c. 6, 1. *Schmiederus.*

οὐδὲ ἔστιν εἰδέναι — neque sciri potest qua eundem sit per illam arenam velut per mare. *Gronovius.*

ὅτι σημεῖα — ὄρος. Quum ab initio brevi annotatione Germanica Arriani Anabasin edere instituissem eadem ratione qua aliquot ante annis, 1830, Xenophonteam explicaveram, hoc loco haec adscripseram anno 1834: § 4 v. 5: „σημεῖα die Spuren.“ — v. 6 „ὅτι σημεῖα — ὄρος weil als Merk-zeichen kein — Berg da ist. Doch scheint σημεῖα fälschlich wiederholt zu sein.“ Sed anno 1836 Sintenis in cens. alt. p. 149 me non vidisse insi-mulat quod tantum imbecilliorum discipulorum gratia admonendum esse cen-sueram. Scilicet perperam me verba ὅτι οὐκ ἔστιν κατὰ τὴν ὁδὸν κτέ. cum superioribus οὐδὲ ἔστιν εἰδέναι junxisse: quod qua ratione facere possit qui vel primis labris Graeca degustaverit equidem non assequor; mihi quidem hanc absurditatem in mentem non venisse colligere poterat vel ex distin-ctione. Pariter critica annotatio satis significat maxime propterea illam vo-cem mihi suspectam esse visam quod, quum σημεῖα οὐδὲ ἔστιν antecedit, σημεῖα οὐκ ἔστιν sequatur, altero loco σημεῖα facillime temere a librariis re-peti poterit: quod genus mendorum quam frequens sit quis est qui igno-ret? Hoc autem loco eo credibilis est hac ratione ortum esse illud voca-culum, quum supervacaneum sit, quoniam ea notio satis significatur proximo enunciato relativo, atque nonnihil offensionis habet idem verbum hac ra-tione uno versu interjecto diversa significatione dictum.

γῆλοφοὶ βέβαιοι. Nulli firmi et stabiles colles exstabant. Nam quod ventus saepe arenam convertit et in callium speciem cumulat, certi illi tu-muli non sunt ventoque mox iterum dissipantur alioque congeruntur. *Ra-phelius.*

ἀνεστηχότες. cf. 6, 26, 4.

οἷς τισιν — ἀστροῖς. Freinshemius ad Curt. 7, 4, 28 coniecit: ὥστε καὶ οἱ ὀδῖται τιμωροῦνται τὴν πορείαν, καθάπερ οἱ ναῦται, τοῖς ἀστροῖς. Sed adversatur ἀλλὰ ἐπλανᾶτο γὰρ.

ἐπλανᾶτο — Similiter rem enarraverat Callisthenes auctore Strab. 17, 1 p. 814: ὁρμήσαντα δ' (Ἀλέξανδρον) ἐκ Παρατονίου, καίπερ νότων ἐπιπέσοντων, βιάσασθαι πλανώμενον δὲ ὑπὸ τοῦ κοριοῦ τοῦ σωθῆναι γενομένων ὄμβρων καὶ δυοῖν κοράκων ἡγήσασθαι τὴν ὁδόν, ἤδη τοῦτων κολακτικῶς λεγομένων. Plut. Alex. 27: Ὁ δ' ἦν θαυμασιώτατος, ὡς Καλλισθένης ἡσῖν, ταῖς φωναῖς ἀνακαλοῦμενοι τοὺς πλανωμένους νότιω καὶ κλάζοντες εἰς ἴχνος καθίστασαν τῆς πορείας. cf. Curt. 4, 7, 15.

6. κόρακας. Nihil et hic divini est. Solent enim aves volatu et nautis proximam designare terram. Nec incredibile est etiam serpentes in desertis arenosis, si fugae se mandant, cultiora loca, ubi nidificant, petere. Schmiederus.

προπετωμένους τῆς στρατιᾶς. Mss. omnes auctius repetita vocula 2, 26, 4: τῶν τις σαρκοφάγων ὀρνίθων ὑπερπετώμενος ἑπὲρ τοῦ βωμοῦ. Gronovius. Ceterum προπετομένους Par. C, fortasse recte. v. tamen Lobeck, ad Buttm. Gr. max. in πέτοιμα.

τούτους. Gr. § 51, 7 ann. 5.

C. 4.

1. Ὁ δὲ χῶρος — καὶ ψάμμος τὸ πᾶν ἔχει καὶ ἄνυδρος. ἀδὶὸς δέ. Locus corruptus est nec multum juvat optimus, qui cum duobus habet ψάμμον. Gronovium, cui ista optimi lectio vera esse videtur, quum hoc pacto vox ἄνυδρος rursum queat referri ad χῶρος, non intelligo. Locus enim ubi Ammonis templum ἄνυδρος non erat. Si retines vulgatum, delenda est copulativa ante ἄνυδρος. Si recipis lectionem optimi, legendum est καὶ ψάμμον τὸ πᾶν (sc. κατὰ) ἔχει ἄνυδρον. Malim tamen καὶ ψάμμον τὸ πᾶν ἔχει καὶ ἄνυδρον αὐτὴν. ὁ δὲ ἐν μέσῳ etc., quod Arrianeum est (v. not. [?] ad 1, 5, 4) et interim recepi. Schmiederus. Emendationis meae adversarius exstitit Sintenis in cens. alt. p. 149f, dubitans dicine possit ὁ χῶρος ἄνυδριαν ἔχει, non offensus ille consimili πάντα ἔρημα ἔχει. Verum tamen facile mitterem quod ex conjectura recepi, si satis probabilis videretur explicatio quam idem Sintenis proposuit, ex liberiore conformatione ἄνυδρος referri ad verba ὁ δὲ χῶρος τὰ μὲν κύκλω πάντα ἔρημα καὶ ψάμμον τὸ πᾶν ἔχει, quod ad sententiam idem esse putat atque ὁ ἐν κύκλω χῶρος: quod quomodo viro docto credibile videri potuerit, praesertim in scriptore tam laevi et perspicuo, non satis assequor. Equidem non dubito quin hic aliquid corruptum sit; veram esse meam emendationem non sponderim. Possit etiam legi ἄνυδρον sc. γῆν cf. § 3, nisi forte καὶ particula delenda est. cf. Diod. 17, 50: ἡ δὲ περὶ τὸ ἱερὸν τοῦτο χώρα περιέχεται ὑπὸ ἐρήμου καὶ ἄνυδρον τῆς ἄμμον.

ἔρχεται. cf. 6, 14, 5 et 5, 6, 8.

2. πηγὴ. ὀνομαζομένη ἡλίου κρήνη. Diod. 17, 50. Solis [aquam] vocant. Curt. 4, 7, 22.

οἶον ψυχρότατον tam est frigidus quam qui frigidissimus. Raphaelius. Gr. § 49, 10 ann. 4.

μέσας νότιας. Quod articulum delevi, Sintenis in cens. alt. p. 150

contra laudat Diod. 13, 67 et 19, 95 ex codd., Plutarch. Camill. 23. Lucian. dd. dd. 23 sec. Fritzscheium. Profecto librarii compluribus locis in hac formula articulum inculcaverunt, ut apud Xenoph. Anab. 7, 8, 12, ubi nuper cum codicibus sero collatis deletus est; quod illic etiam in vitis libris facturum eram. Neque vero apud Arrianum injuria me articulum sustulisse probabilius censebit qui eum ab hoc scriptore nusquam in hac formula admissum esse meminerit. Item mox iterum articulum deleui, quo substantivum cum verbo ἔκαστον junctum in his libris semper caret.

3. ἄλας. cf. Strab. 1, 3 p. 49 (et 50).

ἐπειδὴ — στελλονται. Corr. ἐπειδὴν — στελλονται. Pflugkivs. Idem ego sero videram.

ἔσβαλόντες δῶρον. Intellige ἔσβαλόντες τὰς ἄλας δῶρον.

4. ὁ χόνηρος. De sale hoc loquitur et Herodotus 4, 181. 182, ubi v. Wessel. Addatur St. Croix p. 277. Schmiederus.

ἦδη τινες, ut 3, 21, 6. 6, 4, 2. 28, 1.

5. τῷ θεῷ ἐχρήσατο. Callisthenes apud Strab. 17, 1 p. 814 tradit μόνῳ τῷ βασιλεῖ τὸν ἱερέα ἐπιτρέψαι παρελθεῖν εἰς τὸν νεῶν μετὰ τῆς συνήθους στολῆς· τοὺς δ' ἄλλους μετανδῦναι τὴν ἐσθῆτα, ἐξωθέν τε τῆς θεμιστίας ἀκροάσασθαι πάντας πλὴν Ἀλεξάνδρου, τοῦτον δ' ἐνδοθεν εἶναι· οὐχ ὥσπερ ἐν Αἰγυπτῷ καὶ Βραγχίαις τὰς ἀποθεσίσεις διὰ λόγων, ἀλλὰ νεύμασι καὶ συμβόλοις τὸ πλεον, ὡς καὶ παρ' Ὀμήρῳ,

Ἦ καὶ κτανέρσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῖσε Κρονίων,
τοῦ προσηῖτου τὸν Δία ὑποκρινομένου. τοῦτο μέντοι δητῶς εἶπεῖν τὸν ἄνθρωπον πρὸς τὸν βασιλέα οὐ εἶη Διὸς εἰός. Alia commenta v. apud Plut. Alex. 27, Diod. 17, 51, Curt. 4, 7, 25.

ὡς ἔλεγεν. Plut. Alex. 27: αὐτὸς δ' Ἀλέξανδρος ἐν ἐπιστολῇ πρὸς τὴν μητέρα γηοὶ γεγονέναι τινὰς αὐτῷ μαντίας ἀπορρήτους, ὡς αὐτὸς ἐπανελθὼν γράσει πρὸς μόνην ἐκείνην.

C. 5.

1. Μενίδας. Nostro loco vulgo scribitur Μενοίτας, alio 4, 18. 3 Μενοίτας, reliquis omnibus Μενίδας. At non imputanda est Arriano commutatio vocalium ε et ος et consonantium δ et τ. Eundem enim hominem designari ex indiæ comparet. Emendavi igitur hic Μενίδας, quia sic plurimis locis nomen scribitur; altero loco jam nuper ex opt. nomen restitutum est. Schmiederus.

2. πομπεῦει πομπὰν ducit. Raphaelius.

Δολόασπιν. Nomen Aegyptium videtur fuisse Δολόασπιν, nisi Aspidis vocabulum illic notum fuerit. In mss. quibusdam erat Δολίασπιν, sicut et Vulcanius ex V. C. interdum et Χολόασπις. Gronovius.

3. τὸν Πυδναῖον. Stellulam interjeci, quia patris nomen excidit. Sic in seqq. τὸν Μεγακλέους, Πιλλαῖον, non vero τὸν Πυδναῖον et mox non τὸν Αἰτωλόν. Schmiederus. Sed aliis tamen locis passim scriptor patris nomine non addito sic cum articulo designavit homines, ut non satis causae fuisse videatur cur locus suspectus credatur.

τῶν ξένων δὲ ἄρχειν. sc. κατέστησε. Sic § 6 ἄρχειν ἐπέστησε. Raphaelius. Cf. 3, 6, 4. 6 et 16, 4. Ex Atticis talia enotata non habeo.

γραμματεία. Scribarum apud singula agmina negotium fuisse videtur ut militibus necessaria compararent. Occurrit apud Curt. 7, 1, 15 Antiphanes scriba equitum Amyntae, cui curae est ut ex suis equis more solito daret iis qui amisissent suos. *Schmiederus*. Sed hic erat mos, non officium. Scribarum negotium maxime videtur fuisse ut tabulas conficerent.

Χαλκιδεύς nomen etiam ex Thuc. notum; *Χαλκιδαί* tamen maluit Geier Alexandri M. hist. scriptt. aet. supp. p. 309.

4. *Ἡρώων πόλει*. Strabo 17, 1 p. 804: *πλησίον δὲ τῆς Ἀρσινόης καὶ ἡ τῶν Ἡρώων ἐστὶ πόλις καὶ ἡ Κλεοπατρίς ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Ἀραβίου κ' ἵππου τῷ πρὸς Αἴγυπτον*. Nam alter sinus erat ὁ *Αἰλιανίης* 16, 2 p. 739 vel ὁ *Ἐλιανίης* 17, 1 p. 809. cf. Mannert. 10, 1 p. 5 ss.

τοὺς μὲν νομάρχας ἐὰν ἀρχεῖν. Pariter Romani. Strabo 17, 1 p. 820.

τῶν νομῶν τῶν κατὰ σὴς. *Νομαί* [immo *νομοί*] praefecturae provinciarum, regiunculae, in quas distincta erat Aegyptus. *Raphaelius*. *Κατὰ γὰρ δὴ νομοὺς Αἴγυπτος ἅπασα διαραίρηται*. Herod. 2, 164.

αἱ κατὰ σὴς ipsis tributae, suae, ad ipsos pertinentes. Ita *τοῖς κατὰ σὴς ἐξορμᾶν* suos milites cohortari 3, 9, 6, *τὸ κατὰ σὴς* agmen suum 3, 13, 1. Praesides suae quemque provinciae quam antea habuerant praesesse voluit. *Raphaelius*.

ἐκλέγειν παρ' αὐτῶν ab ipsis sc. nomarchis sive praesidibus. *Raphaelius*.

5. *κατέστησεν* vereor ne ex § 3 ortum et verum sit *ἐπέστησεν*, quod sic cum dativo jungere solet, ut 3, 5, 6, 5, 9, 1. Nisi forte antea *τῆς στρατιᾶς* legendum est. Ex priore emendatione post *Ἀμύντου* colo, post *Θηραμένων* commate distinguas.

Πολέμωννα, cui triginta triremes ad claustra Nili tuenda datae. Curt. 4, 8, 4. *Schmiederus*.

ἀντὶ Ἀρρήβου τὸν Λεοννάτου τὸν Ἀντίου. Verba *ἀντὶ Βαλάκρου τὸν Λεοννάτου τὸν Ὀνάσου* egregie corrupta sunt. Nomen Balacti, quod saepius in his occurrit, describentis negligentia loco alius nominis irrepsit. Similem errorem v. 4, 7, 2. Scribo pro eo *Ἀρρήβου*. De hoc Arrhyba nihil amplius constat, sed necesse non est omnes corporis custodes celebriores fuisse. Deinde expungo articulum *τὸν* ante *Λεοννάτου* propter Graecae linguae usum. Monstrum denique lectionis manet in *τὸν Ὀνάσου*. Idem enim Leonnatus hoc loco vocatur filius Onasi, 6, 28, 4 Antae, Ind. 18, 3 Enni, in Photii Excerptis *τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον* in principio ὁ *Ἄντου*. Omnibus his locis mss. nihil juvant. Reliqui scriptores patris nomen non addiderunt, ut verum nomen restitui nequeat. *Schmiederus*.

Ἀρνούβας. Gronovius ex optimo codice vult restitui *Ἀρρήβας*, idemque non immerito hic lacunam esse suspicatur, cum ad hujus successionis declarationem nihil pertineat morbus et mors Arrhybae, de quo mentionem nullam ante fecit. *Raphaelius*. De scriptura nominis v. interpr. Paus. 4, 11, 1.

6. *Κάλανος*. Vult Gronovius *Κάρανον*, quia istud nomen sit purum putum Indicum. Sed nihil muto, quia Caranus non peditum sed equitum praefectus est. V. indicem. Deinde si *Κάλας* erat nomen Macedonicum, cur non etiam *Κάλανος*? Denique verosimilius est nomen philosophi Indici immutatum esse in Macedonicum et Graecum, quod saepe factum videmus, quam vice versa. cf. nota ad 7, 2, 4. *Schmiederus*.

7. *ἐν φυλακῇ ἔχειν* — praesidio tenere, custodire Aegyptum, ne quid inde detrimenti capiat respublica, et neminem senatorii

ordinis propterea mittere proconsulem Aegypti, sed equestris census sive ordinis, ne quem potentiores posset ad bellum faciendum ipsa provinciae opportunitas adhortari. *Raphelius*. De hac re vide interpretes ad Tacitum Hist. 1, 11, ubi recte monuit Lipsius: „Cautio ab Alexandro esse potuit, non tamen imitatio, quia ille in plures [praefectos Aegyptum distribuit], isti uni [ex equitibus] permiserunt, sed infirmo.“ Tacitus „Aegyptum, ait, copiasque quibus coerceretur jam inde a D. Augusto equites Romani obtinent loco regum. Ita visum expedire provinciam aditu difficilem, annonae fecundam, superstitione ac lascivia discordem et mobilem, insciam legum, ignaram magistratum domi retinere. cf. etiam Annal. 2, 59. *Schmiederus*.

C. 6.

1. *Μέμφιος*. De flexione v. Bekkeri Anecd. p. 1192 et 1193.

διώρυγες fossae ex Nilo derivatae *Raphelius*. Ponte junxit omnes inter Memphim et Pelusium derivatas fossas alveosque. *Gronovius*.

καταλαμβάνει — reperit ibi advectam jam etiam classem, cum reliquum exercitum ipse pedestri itinere eo secum adduxisset. *Raphelius*.

ἀγῶνα ποιεῖ. V. Plut. Alex. 29.

2. ἡ *Πάραλος*. Naves duas habebant Athenienses publicas, quas sacras vocabant, quarum alteri Salaminiae, alteri Parali nomen erat, quibus nonnisi ad necessarias et magni momenti res utebantur teste Plutarcho in Politicis praeceptis. Videntur ergo hoc honori Alexandri dedisse quod legatos sacra navi ad eum miserint. Cf. Freinsh. ad Curt. 4, 8, 12. *Raphelius*.

οἱ Πάραλοι classiarii Parali navis, *τοὺς Παράλους, ἄνδρας Ἀθηναίους τε καὶ ἑλευθέρους πάντας ἐν τῇ νηὶ πλείοντας*. Thuc. 8, 73, 4, ubi cf. ann. Meursii Att. Lectt. 2, 7 laudat Hudson. Hi igitur omnes comites se adjunxerunt principibus legationis.

τοὺς αἰχμαλώτους. cf. 1, 29, 5.

3. *βοηθεῖν*. Recte judicavit Ellendtius *βοηθόν* ab eo profectum esse qui non intellexerit proxima sic accipi posse: *Πελοποννησίων τοῖσι ὄσοι*. Gr. § 51, 13 ann. 3.

πρὸς αἷς ἔχοντα. Atticismus usitatissimus pro *πρὸς ἐκείναις αἷς ἔχοντα*. Ita Joh. 17, 9: *περὶ ὧν δέδωκάς μοι* pro *περὶ ἐκείνων οὓς δέδωκάς μοι*. Verendusque totus locus cum Gronovio ita: centum alias naves supra eas quas habentem Amphoterum misit in Peloponnesum destinare. *Raphelius*.

4. *ἄνω ὠρμάτο*. Ἄνω et κάτω opponuntur; quorum hoc significat mare versus, ἄνω autem a mari versus mediterranea loca. Nos eodem modo in vernaculo sermone dicimus de itinere a mari et ad mare. *Raphelius*.

Βεῤῥοιαῖον. Strabo Exc. l. 7, 11 p. 330: *ὅτι ἡ Βέροια πόλις ἐν ταῖς ἠπρωταῖς κείται τοῦ Βεργίου ὄρους*. Hodie Veria sive Kara Veria. cf. Mannert 7 p. 276. 516 et Popponis Prolegg. in Thuc. 1, 2 p. 403 s. Apud Thucydidem 1, 61, 3 quum olim *Βεῤῥοια* legeretur, nunc *Βέροια* ediderunt; atque *Βεροιαῖος* etiam Ind. 18, 6 et *Βέροια* et *Βεροιαῖος* apud Stephanum

Byz. scriptum, ut nostro quoque loco sic emendandum esse videatur cum Par. C. Cf. Polyb. 27, 8, 5. 28, 8, 4, Luc. As. 34, Plut. Pyrrh. 11, Pomp. 64.

τὰ ἐπὶ τὰδε τοῦ Ταύρου in Asiae ea parte quae Alexandro in Phoenicia degenti cis Taurum (supra Phoeniciam) dici poterat. *Schmiederus.* cf. Plut. Alex. 22: Φιλόξενος ὁ τῶν ἐπὶ θαλάττῃ στρατηγός.

Μαχάται. Omittenda est puncti subnotatio [iota subscr.] in ultima litera et vertendum Machatae filio, ut 5, 8, 3. Φίλιππον τὸν Μαχάται. *Gronovius.*

ἤχοντι. Alteram fugam intellige quam paulo post narrat. *Schmiederus.*

5. τὰ μὲν πρῶτα ἐφυγε primum quidem fugerat sive in exilium ierat. Sed particula δὲ huic μὲν respondens demum sequitur § 7 ὀλίγον πρόσθεν. Bis enim fugit Harpalus, semel sub Philippo, iterum sub Alexandro. *Raphelius.*

οὐ πιστὸς ἦν quod fidus esset Alexandro. *Raphelius.* Sed hoc durius intelligas. Mihi in mentem venit οὐ ἕποπιος ἦν, videlicet Philippo.

Ἀνδροτίμων. Sic legitur hoc nomen Ind. 18, 4 et 10, et sic hoc loco restitui, quum in omnibus invenirem Ἀνδροτίμων. *Schmiederus.*

πρὸς Φίλιππον. Ms. opt. ἐς Φίλιππον 1, 12, 10. 7 17, 4. Verborum autem sententia potius haec est: quia suspectus erat Alexandro Philippus. Quare nec amici Alexandri satis tutam Philippi fidem rati exulatum abierunt. *Raphelius.* Cf. Gr. § 44, 4 ann. 3.

Εὐρυδίκη. Quantum scio, nemo alteram illam in contumeliam Olympiadis a Philippo ductam uxorem Eurydicem vocat. At Diod. 18, 39, 19, 41 loquitur de Eurydice Arrhidaei uxore, imperiosa muliere. Fateor Arrianum mihi confudisse videri turbas duplices in Macedonia, primas quum Philippus ipse Cleopatram uxorem duceret, alteras quum Arrhidaei, filio expellere, uxorem daret. Illae praecessere. Olympias in Epirum, Alexander in Illyriam fugiebant. Concordia vero restituta, quum Philippus Arrhidaeo uxorem dare vellet, per Olympiadem et amicos nova suspicio injecta est Alexandro, quasi Philippus eo consilio magnis sumptibus Arrhidaei nuptias faceret, ut is aliquando rex fiat. Ipse igitur clam patre sponsam Arrhidaei, Pixodari, regis Cariae, filiam, sibi ducere volebat. Qua re comperta pater et ipsum verbis male tractabat et internuncium Alexandri in vincula coniecit, τῶν δ' ἄλλων ἑταίρων Ἀρσάλον καὶ Νέαρχον, ἐπὶ δὲ Ἐργίῳ ν (sic scribe pro Φρύγιον) καὶ Πτολεμαῖον ἐκ Μακεδονίας μεταστῆσεν, οὓς ἕσπερον Ἀλέξανδρος καταγαγὼν ἐν ταῖς μεγίσταις ἔσχε τιμαῖς. Plut. Alex. 9. 10. Laomedon in Arriano amplius non occurrit, nisi corrupte in Ind. 18, 4 Λαυπέδων. Post Alexandri mortem Syriae praefectus fuit. *Schmiederus.*

6. δι' αὐτόν Alexandri causa. Ceterum summatum narrat Arrianus occasione data quod exsilibus hisce accideret, nec ita intelligendus est, quasi omnes nunc et quidem simul advenisse et statim post adventum honoribus auctos esse velit. Ptolemaeus enim jam pugnacem apud Issum intererat 2, 11, 8 et somatophylax factus est in Demetrii locum post mortem Darii 3, 27, 5. Sic etiam de Nearcho et Harpalo patet eos ante pugnam apud Issum ad Alexandrum venisse. De reliquis non omnia liquide constant. *Schmiederus.*

ἐς τὰ βαρβαρικά γράμματα. Praeter Graecarum etiam barbaricarum litterarum fuit peritus. *Raphelius.* Tale quid ad δὲ γλωσσοσ addi non solet. cf. Dion. Arch. 1, 25 et ann. ad Thuc. 4, 109, 2. Nec placet γράμματα, quum interpreti maxime locutione opus sit. Itaque πράγματα malim:

ad res barbaricas agendas, für die barbarischen Angelegenheiten. Nec magnopere repugnem si quis ista verba delenda censeat.

7. ὀλίγον δέ. Referendum hoc δέ ad superius μὲν § 5. *Raphaelius.*

ἐν Ἰσσω. Sic 3, 22, 4 ἐν Ἀρβήλοις ἔφυγε victus apud Arbela fugit. Et apud Xenoph. Hist. Gr. 7, 5, 11 Epaminondas dicitur ἐν τῇ πόλει τῶν Σπαρτιατῶν fuisse, cum eam nondum intrasset, ut sequentia declarant. *Raphaelius.*

Ἀλέξανδρον τὸν Ἠπειρώτην. Idem cujus sororem Philippus duxerat et cui idem filiam Cleopatram dederat, in cujus nuptiis occisus est. Tarentini ab eo, ut contra Lucanos et Brutios auxilio veniret, impetraverant. Id bellum tum gerebat, non sine prospero successu et spe occidentis, sicut Alexander Macedo orientis, subigendae incensus. Non multo post per insidias periit. *Schmiederus.*

φυγῆ. ἢ φυγῆ C, ut sero suspicatus eram.

οὐδὲν οἱ μείον ἔσεσθαι ἐπὶ τῇ φυγῇ nihil ipsi minus fore ob fugam, i. e. non propterea ipsum quod fugisset deteriore conditione fore, sed eundem quem ante tenuisset, honoris gradum habiturum. οὐδὲ ἐγένετο, sc. μείον, ἐπανελθόντι, neque fuit minus honoris reverso. *Raphaelius.*

8. Ἀντὶ δὲ Ἀρίμματος. Iterum novum nomen. Supra 2, 13, 7 constituerat Alexander satrapam Syriae Coeles Menona τὸν Κερδίμματος, qui idem esse videtur cum eo qui nunc Ariminas vocatur. Forte librariis debetur confusio. Sed nullam video variantem. *Schmiederus.* Itaque quod Doernero tribui fortasse jam Schmiederus voluit: ἀντὶ δὲ Μένωνος τοῦ Κερδίμματος. Sed obstat ὅτι Ἀρίμματος. Itaque vide ne 2, 13, 7 τῇ κοίλῃ Ἀρίμματος τὸν Κερδίμματος legendum sit.

Ἀσκληπιῶδωρον. Ab optimo scribitur Ἀσκληπιῶδοτον, quod, quia locis reliquis vulgata retinetur, non recepi. *Schmiederus.*

βασιλεῦσαι regie, id est nimis imperiose egisse. *Raph.* Gronovius veretur ne lacuna adsit. Mihi vitium haerere videtur in voce βασιλεῦσαι. Scribo αἰελεῦσαι, quia Arimmas regi in praeparandis necessariis negligens fuisse videbatur. Alexandro iter futurum erat per deserta et arenosa, et cura opus erat ad comparanda quae tanto exercitui ad tale iter essent necessaria. Earum rerum cura satrapis ab Alexandro dabatur. Nostris adhuc temporibus apud Turcas ejus qui regis vice est in satrapatu Damasceno summum negotium est ea comparare quae comestibus mercatorum in itineribus necessaria sunt, quamvis mercatorum via alia nunc sit quam fuit olim. Simile quid vides 6, 27, 1. Apollophanem, Oritarum satrapam, quod nihil eorum quae imperata ei fuerant perfecerat, satrapatu Alexander deponit. Plura exempla severitatis Alexandri in satrapas et duces morem sibi non gerentes vide 3, 29, 5. 4, 7, 1. 18, 2. 6, 27, 4 ss. et alibi. *Schmiederus.* De v. βλακείων v. 6, 9, 3, Ind. 23, 8 et Ruhnken. ad Tim. p. 60 s.

C. 7.

Ἀριστοφάνους. i. e. Ol. 112, 2, a. C. n. 331, media aestate.

ἔξευγμένον. sc. navibus. cf. 5, 7, 1. *Schmiederus.* Dio C. 40, 17: Ζεύγμα ἀπὸ τῆς τοῦ Ἀλεξάνδρου στρατίας τὸ χωρίον ἐκείνο, ὅτι ταύτῃ ἐπεραιώθη, ἐκλήθη. cf. Strab. 16, 1 p. 736. 746. 749 et Ammian. 18, 8, 1.

τὸν πόρον vadum, trajectum Euphratis. Curt. 4, 9, 12. *Raphaelius.*

περὶ τρισχιλίων. Curt. 4, 9, 7 habet sex millia. Hinc Gronovius cum in duobus codicibus invenerit *τετρακισχιλίων*, fere se credere ait paulo post excidisse voculam et pro *καὶ τούτων* fuisse *καὶ ὑπὲρ* vel *ἐπὶ τούτων*. Si enim bis quatuor millibus adjungantur duo millia Graecorum haberi ipsa illa sex millia. *Raphelius.* Gronovii conjecturam contra grammaticam peccare hodie vel tironibus notum. Itaque de conciliandis scriptoribus cogitandum non est. Equites mercenarios alibi quoque memoratos videas, veluti 4, 16, 6. 5, 12, 1.

τέως μὲν αὐτοῦ — hactenus ibi ad fluvium servabat (ut Terentius domi servare ait Eun. 4, 7, 10) et propterea non continuus pons erat junctus usque ad ulteriorem ripam a Macedonibus, verentibus ne adorirentur qui cum Mazaeo erant pontem ubi desinebat, id est extremam pontis oram; Mazaeus autem postquam audivit. Particulae *τέως μὲν* respectum habent ad *δὲ ὡς* § 2. v. 2, 6, 3. Verba *τοῖς Μακεδόσι* possunt utique construi cum *ἐξευγμένη*, licet etiam dativis interdum in consequentia designanda Graeci utantur. *Ἐπιπέσθαι* est invadere, adoriri. Et *παύσθαι* idem hic notat quod *ἀποπαύσθαι* 1, 27, 6. *Raphelius.* Strabo 4, 1 p. 177: *ἦκο τὸ Κέμμινον ὄρος διὰ μέσων τῶν πεδίων καὶ παύεται κατὰ μέσα.* 5, 2 p. 219: *Τυφῆνοι παύονται ὑπ' αὐτοῖς τοῖς ὄρεσι.* cf. infra 7, 7, 5.

2. *ἀντιπέραν.* Alteram formam apud Arrianum praeterquam hoc loco non legi jam annotavit Ellendtius cl. 3, 30, 9. 5, 9, 1. 6, 4, 1, quibus tamen locis Par. C. *ἀντιπέρας* habet.

δαιμαίνουσι. Idem verbum 4, 17, 5 et Ind. 40, 8, saepius apud Herodotum; raro apud Atticos solutae orationis scriptores, aliquoties tamen apud Platonem.

3. *Μεσοποταμίας.* Strab. 11, 14 p. 526 s.: *ὄλην τὴν μεταξὺ Εὐφράτου καὶ τοῦ Τύγριος Μεσοποταμίαν καλοῦσιν.* cf. 1, 2 p. 41.

εὐπορώτερα τὰ ξύμπαντα. cf. Xenoph. Anab. 1, 5, 1 ss. et de Alexandri itinere Strab. 16, 1 p. 746: *πρὸς ἄρχτον δὲ (τῆς Μεσοποταμίας) ὁ Ταύρος ὁ τοὺς Ἀρμενίους διορίζον ἀπὸ τῆς Μεσοποταμίας. τὸ μὲν οὖν μέγιστον ὃ ἀγλίστανται δέσσημα ἀπ' ἀλλήλων οἱ ποταμοὶ τὸ πρὸς τοῖς ὄρεσιν ἔσσι· τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ αὐτὸ ὅπερ εἰρηκὴν Ἐκριασοθένης, τὸ ἀπὸ Θαυάκου, καθ' ὃ ἦν τὸ ζεύγμα τοῦ Εὐφράτου τὸ παλαιὸν ἐπὶ τὴν τοῦ Τύγριος διέβασιν, καθ' ἣν διέβη Ἀλέξανδρος αὐτόν, διασχίλων τετρακοσίων.* Pariter 2, 1 p. 79 et 90.

λαμβάνειν ex *εὐπορώτερα* pendet. Gr. § 55, 3 ann. 7.

4. *στρατιὰν πολὺν μείζονα.* Curt. 4, 9, 3: quum dimidio ferme major esset exercitus quam in Cilicia fuerat. *Raphelius.*

5. *χαλεπῶς μὲν* — *οὐθενὸς δὲ εἶργοντος.* Gr. § 59, 2 ann. 3.

δι' ὀξύτητα τοῦ ὄου. Curt. 4, 9, 16: a celeritate qua defluit Tigri nomen est inditum: quia Persica lingua Tigrim sagittam appellant. *Raphelius.* Rem exornant idem Curtius in ss. et Diod. 17, 55.

6. *ἐκλιπὲς γέγενετο.* nocte 20 et 21 Septembris mensis die a. 331. v. Clinton F. H. h. a. et Ideler Chronol. p. 347.

ὄτων rursus legitur 4, 9, 1 et 7, 19, 1. cf. Gr. § 25, 9 ann. 1.

πρὸς Μακεδόνων. Qua superstitione pro Macedonibus lunae defectus esse pulari potuerit apparet ex Herodoto 7, 37, ubi cum Xerxi ex hibernis proficiscenti sol deficere narraretur, Magi affirmasse dicuntur solem esse Graecorum, lunam Persarum, solisque defectum Graecis urbes

esse relinquendas portendere. Vicissim ergo lunae defectus Persis exitum significare credebatur. Et quo anno pugna Marathonia Persae vincerentur, luna defecisse narratur. Quibus et similibus Macedones se consolatos esse credendi sunt. *Schmiederus*.

7. διὰ τῆς Ἀσσυρίας χώρας. Ita scripsi volentibus libris, cum antea [in vett. edd.] legeretur τῆς Συρίας. Eam regionem intellige quae medio situ inter Mesopotamiam, Armeniam majorem, Mediam et Susianam. Nam ex Syria quae ad occidentem Euphratis dudum moverat Alexander. *Blancardus* In Vulcaniana editione apponitur in ora vet. cod. Ἀσσυρίας. Sed praeter Vulcanii mentem id factum esse ipse notavit. Hinc tamen et nuper scribi placuit velle ita libros, ut idcirco fateri debeam me quidem sic invenisse in nonnullis sed nequaquam omnibus, quum viderim sicut in variis Πιργητος et Πιργητα ita etiam Ἀπυρίας. Idque ipsum ex v. c. observavit quoque Vulcanius, hinc interpretationem mutans per inculta loca. Certe ut de Assyria loquens addat vocem χώρας, id videtur dedecere. Sed est haec Ἀσουρία χώρα, quae ab Strabone [16, 1 p. 737] ex probatissima Freinshemii ad Curt. 4, 9, 8 conjectura dicitur τοῖς περὶ Ἀρβηλα τόποις ὁμοιος εἶναι. Unde et Stephanus: Νῖνος πόλις Ἀσσυρίων, ἣν ἔζησε Νῖνος Σεμιράμιδος ἀνῆρ ἐν Ἀσουρίᾳ. Et de hac idcirco etiam notavit Bochartus in Phaleg 1. 2 c. 3. *Gronovius*.

τὰ Γορδωναίων ὄρη. Vulgo legebatur τὰ Σογδιανῶν ὄρη. Emendavi τὰ Γορδωναίων, de qua lectione dubium esse non posse docet *Blancardus* p. 170 et 176, *Grentemesnilius* [*Palmerius* et *St. Croix* Examen p. 177 et p. 295. *Schneiderus*.] et praecipue *Plut.* Alex. 31, ubi exercitum Darii castra habuisse ait in planitie μεταξύ τοῦ Νυγάτου (montis) καὶ τῶν ὄρων τῶν Γορδωναίων vel Γορδουαίων. *Schmiederus*. cf. ann. ad *Xenoph.* Anab. 3, 5, 15 ed. max. et *Curt.* 4, 10, 8: dextra Tigrin habebat, a laeva montes quos Gordaeos vocant.

[ὄντοι]. *Sintenis* in cens. priore p. 370 αὐτοῖς coniecerat; posthac οὐ πόδιω coniecit. Mihi librarium oculis ad finem capitis aberrantibus hanc vocem huc transtulisse probabilis videtur.

C. 8.

1. ἀνὰ κράτος effuso cursu. *Raphelius*.

3. Ἴνδῶν. Indorum intellige qui paulo post vocantur Ἴνδοι ἐπὶ τῷ τοῦ Ἴνδοῦ. *Schmiederus*.

4. Βαρσαέντης. V. notam ad c. 21, 4. *Schmiederus*. Mox addendus articulus Β. δὲ ὁ Ἀραχῶτων σατιράης. *Pflugkius*.

Ταπούρους. Ταπύρους dicunt *Polyb.* 5, 44, 5. (10, 49, 1.) *Strab.* 11 p. 514 et 523, *App. Syr.* 55 cf. ad 3, 23, 7 et *Cellar.* p. 776. *Tapurii* *Amm.* 23, 6, 61.

Ἀτροπάτης. Ita scripsi, cum antea legeretur Ἀτροκάτης. Firmat *Arrianus* 7, 4, 1. 13, 2. *Strabo* 11, 13 p. 522 s.: ἡ δὲ ἐτέρα μερὶς ἐστὶν ἡ Ἀτροπάτιος Μηθία· τὸννομα δ' ἔσχεν ἀπὸ τοῦ Ἀτροπάτου ἡγεμόνος. *Ptolemaeus* ea Mediae pars Τρολατηνῆ dicta, corrupte, ut opinor. Rectius *Plinio* *Atropatene*. *Blancardus*.

Σαχεσίνας. Sacasinae, quorum nomen apud alios non reperio, incolebant forte Sacasenen, regionem Armeniae, propter fertilitatem passim

celebratam. Omnes ob propinquitatem cum Medis conjuncti fuerunt. *Schmiederus*.

5. τοὺς δὲ προσοίκους τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσῃ. Intellige Persas ipsos, quorum satrapa fuit Ariobarzanes. Reliqui forte sunt Carmanii et Gedrosii. *Schmiederus*. Strabo XVI, 3 p. 765: ἡ μεγάλη θάλασσα ἢ ἔξω τῶν κόλπων ἀμφοῖν, ἣν ἅπασαν ἐρυθρὰν καλοῦσιν. cf. tamen etiam interpr. ad Her. 4, 40. De nomine v. interpr. Curt. 8, 9, 14.

Ὀκονδοβάτης. Hoc nomen haud scio an nusquam legatur; quumque Facius Orundobati dederit, Blancardi conjecturam probaverim.

Ὀῦξιοι. Intellige campestres. cf. c. 17, 1. *Schmiederus*.

Ὁξιάθρην τὸν Ἀβουλίου. Contulit Blancardus 3, 16, 9. 19, 2. 7, 4, 1 et Curt. 5, 2, 8. Adde App. Mithr. 108. 117 et Plut. Alex. 43.

ἀνάσπαστοι Κᾶρες. Quos ex Herodoti libro 7 [c. 80] explicuit Brissonius libro 2 (§ 223) de regno Persarum eos esse qui in colonias missi fuerant in insulas Oceani meridiani. *Gronovius*. Cf. interpr. Her. 7, 80.

Σιακηνοί. Sic scribendum esse docuit Wesseling. ad Diod. 17, 65. De terrae situ Strabo 15, 3 p. 732: γεινιᾶ δὲ τῇ Σουσίδι τῆς Βαβυλωνίας ἢ Σιακηνῆ μὲν πρότερον, Ἀπολλωνιάτις δὲ ὕστερον προσαγορευθεῖσα. ἀπὸ τῶν ἀρχαίων δὲ ὑπέκχυνται ἀμφοῖν πρὸς ἕω Ἐλυμαῖοι τε καὶ Πυραϊτακηνοί. cf. 16, 1 p. 744.

Ἀριάκης. Pro Ἀριάκης *Grentemesnilius* ex Diod. 18, [16], Plut. in Eum. [3], Appiano in Mithr. [8], Just. 13, [6], Luciano in Macrobr. [13] scribendum censet Ἀριαράθης. *Schmiederus*. Adde Phot. Bibl. 244 p. 382 Bekker.

6. καὶ ὅσοι τῆς μεταξὺ τῶν ποταμῶν Συρίας et quotquot erant ex ea Syria quae est intra fluvios, id est ex Mesopotamia. Infra 5, 25, 4: Συρία ἢ τε κοίλη καὶ ἡ μέση τῶν ποταμῶν. *Raphelius*.

ἵππεῖς μὲν ἐς τετρακισμυρίους, πεζοὶ δὲ ἐς ἑκατὸν μυριάδας. Diod. 17, 53: ἀνέβηξεν ἐκ τῆς Βαβυλώνος ἔχων πεζοὺς μὲν περὶ ὀγδοήκοντα μυριάδας, ἵππεῖς δ' οὐκ ἐλάτους τῶν εἰκοσι μυριάδων. Plut. Alex. 31: ἤλαυνεν ἐπὶ Δαρσίον ἑκατὸν μυριάσι στρατοῦ καταβαίνοντα. Quod Arrianus plures tradit, improbabile non est Dario Babylone jam profecto fere 40000 homines ex superioribus provinciis adductos esse.

ἄρματα δρεπανηφόρα διακόσια. Totidem Diod. l. l. Idem hos currus descripsit; sed plus tribuendum videtur Xenophonti Anab. 1, 8, 10. ubi v. ann. Adde Brisson. l. l. 3, 39 ss,

7. ἐν Γανγαμήλοις De Arbelis et Gaugamelis v. 6, 11, 4 ss. Gaugamela significat ex sententia Plut. Alex. 31 et Strabonis 16, initio [p. 737] domum camelis et quidem, si priorem sequimur, quia veterum quis regum [Darius Hystaspes et Scythia rediens auctore Strabone] ἐκχυγῶν πολεμίους ἐπὶ καμήλων θρομάδος ἐνταῦθα καθίσθυσεν αὐτὴν, ἀποτίξας τινὰς κώμας καὶ προσόδους εἰς τὴν ἐπιμέλειαν. Strabo paulisper differt. *Schmiederus*.

Βομώδωφ. Pariter apud Curt. 4, 9, 10 aliquoti codices Bumadum vel Bumodum habent; ex aliis Bumelum scripsit Zumptius, ut vulgo infra legebatur 6, 11, 5, ad quem l. de re dicitur.

καὶ γὰρ καὶ ὅσα — etenim etiam quidquid inaequalis soli ibi erat ad equitationem, id multo ante Persae et curribus invehendis commodum fecerant et equitatu equitabile. *Raphelius*.

ὑπὲρ τῆς —. Lacunosa haec dixi non quo intelligi nequeant, sed quod sermonis usui parum accommodata videntur. Quodsi ὑπὲρ deleas et τῇ γενομένη πρὸς Ἴ μάχη legas, utcunque verba ferri possunt.

C. 9.

2. *προσηγγέλθη*. Ellendtius quum frustra hoc verbum apud Arrianum et Xenophontem quaeri vidisset, *ἐξηγγέλθη* edidit, verbum hic quidem non satis aptum mutatione parum probabili substituens. Verisimilius videatur praepositionem proximo *προσάγων* originem debere. Nec incommodum fuerit *προσηγγέλθη*. cf. 3, 26, 1. Attamen *προσαγγέλλω*, quamquam etiam apud Herodotum et Thucydidem aliosque Atticos vix reperias, fortasse non damnandum est. cf. Polyb. 21, 1, 1, et Plat. epist. 13 p. 362, c.

3. *καὶ κατ' αὐτῶν ἦδη* — et de ipsis jam collibus descendebat ejus exercitus. Quo sensu *κατά* in nullis locis reperitur. Quodsi tantum ad ipsos prope tumulos, ut habet interpretes Latinus, non in ipsis omnino tumulis exercitus fuisset, fieri nequaquam potuisset ut inde magis hostium aciem quam ante conspicerent. Interjecti enim colles aequae prospectum oculorum impediunt sive longe sive procul ab iis absis; quin imo quo propius ad eos accedimus, hoc magis illorum altitudo prohibet perspicere ea quae post illos sunt. *Raphelius*.

αὐτόθιν confestim, ut 2, 6, 1. Nam de eo consultabant utrum e vestigio in hostem ducendus esset exercitus, an ibi expectandum donec omnia certius explorarentur. *Raphelius*.

4. *καλῶς ἐδόκει*. Alterum hujus locutionis exemplum apud Arrianum se non repperisse annotavit Ellendtius; atque vix usquam reperitur. Sinteni tamen cens. alt. p. 150 similiter dictum videtur ut *καλῶς ἦν*. Ego nunc *καὶ ἄλλοις ἐδόκει* malim.

καταστρατοπεδεῦεν. Anacoluthon adest. Ex constructione praecedente legendum esset *καταστρατοπεδεύοι* — *καταστέφαιτο* et *κατίδου*. Infinitivus vero natus est ex omissis *εὶ ἐδόκει*. *Schmiederus*. Videlicet *ἐδόκει*, quamquam interpositum, ut propius verbum hanc vim habuit ut infinitivus poneretur.

ἀπορον impeditum aut inaccessum. *Gronovius*.

5. *πάλαι γάρ* — dudum sive ante enim esse et virtute sua incitatos. Ita *πάλαι* ante notat Ind. 23, 6. *Raphelius*.

7. *τις καθ' αὐτόν* pro se quisque. *Raphelius*.

8. *ἐν τῷ καθ' αὐτόν*. Paulo implicatior videri queat elegantissima sententia; quae patebit hoc ordine demonstrata: *μεινῆσθαι τε καὶ τὸ πᾶν ἐνγκλινδυνεύον τε ἐν τῷ ἀμελουμένῳ καθ' αὐτόν ἕκαστον, καὶ ξυνορθούμενον* (sc. τὸ πᾶν ἐν τῷ καθ' αὐτόν ἕκαστον) *δι' ἐπιμελείας ἐκπονομένῳ*, meminertique etiam summam rei tum periclitari in eo quod negligatur a quoque seorsum, tum conservari in eo quod accurate conficiatur. Eandem sententiam et Curtius habet 3, 8, 30: ubi partes labant summa turbatur. *Raphelius*. Fere ad verbum Germanice reddideris: es sei nöthig zu bedenken, dass in dem jeden Einzelnen Betreffenden (von ihm zu Leistenden), wenn es vernachlässigt würde, das Ganze mit gefährdet, wenn es mit Sorgsamkeit ausgeführt würde, mit gefördert werde. Ante ὅπως tam § 7 quam 8 exhortandi notio cogitanda est, quae facile ex *ἀναγκάων εἶναι* elicitur, ex quo rursus ipsum *ἀναγκάων εἶναι* ad *μεινῆσθαι* repetendum est.

C. 10.

1. *Θαρήδων ἐπὶ σήλῃσι* se suisque fretus. cf. Gr. § 58, 4 ann. 3. Quod Sintenis conjecit *θαρήειν, ἐπὶ τούτοις*, infinitivus, quem Par. C habet, cum antecedentibus non satis apte, certe non ex Arriani ratione conjungeretur.

Παρμενίων δὲ λέγουσιν ὅτι. Sic 1, 1, 5: *διαβὰς δὲ — λέγουσαν ὅτι.*

νύκτωρ. Pertinet ad *ἐπιθέσθαι.* *Schmiederus.* cf. Plut. Alex. 31: *οἱ δὲ προσβύτροι τῶν ἐπαύρων καὶ μάλιστα Παρμενίων — ἐπειθον αὐτὸν νύκτωρ ἐπιχειρῆσαι τοῖς πολεμίοις.*

2. *ὅτι καὶ ἄλλοι —.* Vertendum: quia et alii audiebant hos sermones. Quae verba addita videntur propterea ne quis forte, si haec sine arbitris inter Alexandrum et Parmenionem acta putet, miretur unde ea ad alios dimanarint. Solet enim auctor noster, ut probabilior fiat narratio, indicare unde quaeque sciri potuerint. Ita paulo post c. 11, 3 descriptionem aciei Persicae ait post pugnam repertam fuisse. *Raphelius.* Arrianus innuere videtur Alexandrum forte, si solus fuisset, cum Parmenione longius de ejus consilio cogitasse. At cum et alii adessent, ad ostendendam suam fiduciam et magnanimitatem et ad augendum reliquorum animum ista respondisse. *Schmiederus.* Hanc interpretationem confirmant hujus c. verba extrema.

τὸ μεγαλήγορον — haec magnifica ejus vox non tam arrogantiae quam fortitudini in adeundis periculis tributa est. *Vulcanius.*

3. *αὐτῷ τε κινδυνεύοντι.* Hactenus Arrianus quid saepe in hujusmodi irruptionibus nocturnis fieri soleat exposuit; jam haec generalim dicta ad rem praesentem accommodat et quid inde Alexander damni, quid contra hostis conmodi capere possit ostendit. Hinc *αὐτῷ τε* cohaeret cum *καὶ ἄμα.* *Raphelius.* Verba sic interpretatur Vulcanius: ipsi quoque Alexandro plerumque proelium ineunti nox periculosa videbatur. Contra Gronovius: etiam ipsi dimicanti vel maxime, aut quia et ipse dimicare strenue ac periculo se committere solebat, visam fuisse praesertim vitandam noctem. *Τὸ πολὺ* sine dubio hic quoque est plerumque atque cum *κινδυνεύοντι* participio jungendum.

ἤτηθέντι τε. Qui *ἤτηθέντι γε* correctum voluit, non vidit his respondere *εἴ τε*, de quo genere v. quae contuli in Dionysii historiogr. p. 267 s. Paulo aliter *εἴ τε* 7, 23, 8.

χείροني ὄντι. *Κακοῖς* a Graecis notum est timidus vocari et ignavos, uti e contrario *ἀγαθοί* viri fortes dicuntur. *Raphelius.* De re cf. Plut. Alex. 31: *(ἐνίοις ἐδόκει) σιοχάζεσθαι τοῦ μέλλοντος ὄρθως μὴ διδοῦς πρόμασιν ἤτηθέντι λαρεῖν πρὸς ἄλλην αὐ ἀναθάρσῆσαι πείραν αἰωμένῳ τούτων νότια καὶ σκότος, ὡς ὄρη καὶ σιενὰ τῶν προτέρων.*

4. *ξυνηπιθησόμενοι* una cum toto Persarum exercitu invasuri. *Raphelius.*

C. 11.

οὔτε — καί sibi respondent, ut 1, 28, 5 et 2, 10, 5. Sic interdum etiam apud Atticos, veluti Eur. Iph. T. 591, Lys. 20, 6.

2. ὁ τιπερ φιλεῖ. Haec verba quasi in parenthesi sunt legenda; continent enim generalem sententiam neque ad solos Persas pertinent. Similiter Curtius 3, 8, 20: ut solet fieri quum ultimi discriminis tempus adventat. Caetera autem verba de solo Persarum motu sunt intelligenda. Et quamquam Gronovius paulo post verbum πολλοῖς volentibus ita vetustis codicibus exulare jubet: tamen etiam illo ejecto nihilominus haec et debent de solis Persis accipi, non de omnibus aliis. *Raphaelius*.

τὴν γνώμην. Singularis quin recte habeat nemo dubitabit. cf. 6, 16, 2 et Xenoph. Anab. 1, 7, 8: ὁ δὲ ἐμπιπλᾶς ἀπάντων τὴν γνώμην ἀπέπεμπε. Adde Gr. § 44, 1 ann. 7. Sed τὰς γνώμας etiam C.

τὰς γνώμας αὐτῶν δουλωσάμενον. Tanta vis est timoris vehementis ut quorum animos occupavit, eos segnes inutilesque ad pugnam reddat cogatque ipsos jam victos se agnoscere antequam vincantur. Elegans haec de re exstat disputatio apud Xenoph. Cyrop. 3, 1, 23: οἶμι οὖν τι, εἴη ὁ Τιγοράνης, μᾶλλον καταδουλοῦσθαι ἀνθρώπους τοῦ ἰσχυροῦ φόβου; οὐκ οἶσθ' ὅτι οἱ μὲν τῷ ἰσχυροτάτῳ κολάσματι νομιζομένῳ σιδήρῳ παιόμενοι ὁμῶς ἐθέλουσι καὶ πάλιν μάχεσθαι τοῖς αὐτοῖς; οὗς δ' ἂν σφόδρα φοβηθῶσιν ἄνθρωποι, τοῦτοις οὐδὲ παραμυθουμένοις ἐπιαντιβλέπειν δύνανται. *Raphaelius*.

5. οἷ τε συγγενεῖς. Hoc nomen primo quidem consanguineis Regis, quibus proprie competit, deinde vero etiam aliis honoris et dignitatis causa tributum fuisse Freinshemius ad Curtium 3, 3, 14 et Blancardus ad hunc locum demonstrant. V. infra 7, 11, 6. *Raphaelius*.

μηλοφόροι. Numerabantur hi inter satellites regis Persarum, sic dicti quod malum praeferrerent in hastis. Athen. 12 [p. 514]. *Raphaelius*. Herod. 7, 41 et 49 ss. Erant melophoron decem millia, novem millia habebant argentea, reliqui aurea mala in ima hastilis parte, quam manu tenebant. cf. adhuc Wesseling. ad Diod. 17, 59. *Schmiederus*.

ἐς Βάθος. Βάθος aciei quid sit dictum supra 1, 2, 4. *Raphaelius*.

6. κατὰ τὴν Δαρείου ἕλην. Gronovio hic locus suspectus est, et Alexandri potius quam Darii turma videtur intelligenda, non sine probabilitate cum c. 10 § 5 regiae Alexandri turmae dicantur oppositi fuisse currus, qui item hic κατὰ τὴν ἕλην ad versus turmam stetisse perhibentur. *Raphaelius*. Verum hic ubi de Persis loquitur deleta voce Δαρτίου quis nudo ἕλης βασιλικῆς verbo Macedonum turmam regiam dici potuisse sibi persuadeat? Nam hanc appellationem haudquaquam Macedonum propriam fuisse, ut Gronovius rebatur, egregie docet Plut. Alex. 33: (Ἀλέξανδρος Δαρτίον) κατέειπε διὰ τῶν προτεταγμένων ἐν βάθει τῆς βασιλικῆς ἕλης ἐκμανέντα. Τὸ ἀμφὶ βασιλεῖα σῆμος dicit Xenoph. Anab. 1, 8, 26 cl. 24.

ὡς μόνοι δὲ ἀντιθρόποι par Macedonicae phalangi acies. Curt. 3, 9, 2. *Raphaelius*.

ἐτάχθησαν. Desunt Ariti sub Satibarzane, quos nominaverat auctor supra c. 8; accesserunt autem Dae, Mardi sagittarii, et Scythae nominantur bis § 3 et 6 [?]. Non dubito hanc confusionem librarium imputandam esse. *Schmiederus*.

9. τῆς δὲ φάλαγγος — de phalange sive in phalange autem

Macedonum conjunctum equitibus primum statutum erat agema scutatorum. Nempe a dextra parte aciei locali erant equites; his ad sinistram juncta erat phalanx; sed in phalange primo loco stabat et equitibus proximum erat agema scutatorum. Sic paulo ante § 8 genitivus usurpatur ὧν προετίτακτο, ex quibus priore loco collocata erat. *Raphelius*.

τοῦ Ἀνδρομένοῦς. Scripsi confidenter ex conjectura Grentemesnillii et Blancardi τοῦ Ἀνδρομένοῦς. cf. 16, 10, 1, 14, 2, 2, 8, 4. Diodorus 17, 57 ejus loco scripsit nomen Philippi, Balacri filii. Unde jam olim de eo qui Amyntae locum tenebat dubium fuisse videtur. *Schmiederus*.

ἐς ξυλλογὴν στρατιᾶς. Diod. 17, 49 Ol. 112, 2: Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς τὰ περὶ τὴν Γάζαν διοικήσας Ἀμύνταν μετὰ δέκα νέων εἰς Μακεδονίαν ἐξέπεμψε, προστάξας τῶν νέων τοὺς εὐθέτους ἐπιλέξειν πρὸς στρατίαν.

ἀνεστρέφοντο. Gronovio auctore Schmiederus verbum delevit, quod tamen abesse non potest. Ellentius comparat 5, 17, 6. 18, 5. Adde Thuc. 7, 44, 2. 8, 94, 2.

C. 12.

1. ἐπέταξε a tergo, post priorem aciem constituit. Curt. 4, 13, 30: ne circumiri posset a multitudine ultimum agmen valida manu cinxerat. *Raphelius*.

τὴν γάλαγγα ἀμφίστομον. Arrianus Tact. 39: ἀμφίστομος γάλαγγε καλεῖται ἢ τοὺς ἡμίσεας τῶν ἐν τοῖς λόχοις ἀνδρῶν ἀπεστραμμένους ἀπὸ σφῶν ἔχουσα, ὡς ἀντιώτους εἶναι. *Raphelius*.

2. ἐς ἐπικαμπήν. Turbavit hanc descriptae aciei partem confusa et depravata verborum interpunctio. Equidem delendum arbitror post γάλαγγα punctum, ut ἐς ἐπικαμπήν non minus hic in dextro cornu conjungantur quam paulo inferius in sinistro § 4 ἐς ἐπικαμπήν οἱ τε Θράκες ἐπέτακτο. Idque exigit ipse rerum ordo et natura. Exposita namque superiori capite fronte aciei Macedonicae jam hoc capite porro enarratur primo quidem qua ratione terga suorum Alexander munierit, deinde quomodo etiam cornua subsidiis firmarit non recta fronte, sed a latere positus, ut, si hostis circumvenire aciem tentasset, parata pugnae forent, ceu Curtius loquitur 4, 13, 30: id quod Arrianus ἐς ἐπικαμπήν dicit, ad inflexionem, i. e. ut in latera converterentur, hostemque non a fronte sed a latere sese offerentem vel laxata acie adorirentur vel condensata exciperent irruentem, id quod est ἀναπύξαι ἢ ξυγκλίσει τὴν γάλαγγα. Totum ergo locum ita verterim: ad inflexionem autem sicubi necessitas cogeret vel explicare vel coarctare phalangem juxta dextrum quidem cornu proxima regiae turmae collocata erat etc. Haec enim turma priorem locum in dextro cornu tenebat 11, 8. Unde qui latus dextri cornu tuebantur huic turmae proximi steterint necesse est. Huic membro narrationis vide quam apte alterum respondeat § 4: juxta laevum vero cornu ad inflexionem Thraeces collocati erant. *Raphelius*. cf. ad 2, 7, 3.

οἱ Μακεδόνες οἱ τοξόται. Non quidem nego potuisse etiam Macedonas esse sagittarios. Sed quum nusquam praeterea eorum in his libris Arrianus meminerit ac Curtius quoque [4, 13, 31] tam diserte referat: Hic Agriani erant, quibus Attalus praecerat adjunctis sagittariis Cretensibus, non possum non testatum relinquere videri mihi

aliquid mirifice aut suspectum aut memorandum in his verbis. Si ex libro primo revisas cc. 5, 10 et 6, 6 s. et 14, 1 et 28, 4, si etiam libro 2, 20, 4, cernes Ἀγροῦνας καὶ τοξότας junctim semper positos sine tali differentia: quam tamen nunc inductam videtur significare hic specialis locus, ut quum adeo multos ex Asia jam admisisset militia Macedonica peritos arcuum et sagittarum, augeri et discerni corpora eorum et nomina placuerit. Id quod perspicue indicare videntur sequentia. *Gronovius*. Possunt esse altera totius agminis sagittariorum pars; reliqui sagittarii, qui erant Cretenses, occurrunt § 3. *Schmiederus*.

οἱ ἀρχαῖοι καλοῦμενοι ξένοι. Quos mirum est nunc demum commemorari et nusquam vel ante vel posthac. Vide annon potius hi essent nominandi omnium recentissimi, quum hoc sit tempus quo quatuor millia Graccorum ex Peloponneso a Cleandro adducta legimus 2, 20, 3, qui ipsi potuerunt fuisse. Nec enim suspicari libet Ἀχαιοί. Agnoscamus ergo non in sagittariis modo contigisse mutationem, sed etiam agmina τῶν ξένων accepisse aliquid peculiare, ut distinguerentur in prisecos, qui ex Macedonia cum rege ierant, et novellos nunc adscitos. *Gronovius*.

3. κατὰ ἄρματα. Hoc ferri posse admonet Sintenis in cens. alt. p. 150, quum non omnes dicantur currus, quamquam sic quoque articulus poni potuerit. Idem me arbitratum fuisse significavi in praem. p. VIII, nunc quoque articulum non spreurus. Par. C κατὰ ἄρματα τὰ.

4. ἐπικάμψαντας in latus se flectentes. *Raphelius*.

Κοίρανος. Idem esse videtur qui reliquis locis Caranus vocatur. *Schmiederus*.

5. μυριάδας. ἐγένοντο vel ἦν s. ἦσαν intelligit Sintenis l. 1.; ἐλέγοντο aptum non esse, quum scriptor de copiarum multitudine certa tradita habuisse videatur.

C. 13.

1. Δαρεῖος καὶ. Assentior Schmiedero Gronoviani exemplaris scripturam operarum vitio inductam rati.

ἦγε δὲ —. Ducebat autem Alexander magis versus dextram sui partem, sive, ut Curtius loquitur, agmen obliquum incedere jubebat, idque propterea ut locum quo murices ferreos defoderat Darius, circumiret et Dario qui laevum cornu tuebatur, occurreret. Curt. 4, 15, 1. Et Persae contra promovebant aciem (Curt. 4, 15, 2: Darius quoque eodem suum agmen obvertit.) excedentes multum aciem Macedonum in sinistro suo (Persarum) cornu. Quid sit ὑπερκαλλυγῆν vide supra 2, 8, 4. Ἀντιπαράγειν est eo procedere quo hostes progrediuntur seseque iis opponere. Polyb. 1, 77 in. cf. infra 5, 10, 3. *Raphelius*. — παρα — praepositio, hic quoque praeter, juxta significans ad Macedonum aciem referenda est.

2. τῶν προτεταγμένων. Intellige Agrianum et sagittariorum dimidiam partem et Balacri jaculatores. *Schmiederus*.

ἐγγὺς ἦν τοῦ ἐξαλλάσσειν ac jam prope erat ut locum excederet quem Persae aequaverant. Facius. *Raphelius*.

ἐπὶ δόρυ ad hostem, i. e. dextram versus. V. not. 1, 6, 6. *Raphelius*.

τοῦ ἐθωνύμου, nempe Persarum. τὸ δεξιόν sc. Macedonum *Schmiederus*.

3. ἐκθλίβουσιν. Ita edidit Gronovius, cum in aliis hoc verbum plane deesset, in optimo autem codice legeretur ἐκλίπουσιν, pro quo ipse minima mutatione scripsit ἐκθλίβουσιν, ut esset integra narratio. *Raphelius*.

Ἀρέταν τε. Scripsi Ἀριστωνά τε et quia non Aretes sed Ariston Paenibus praest (2, 9, 2. 3, 12, 3) et quia mox Aretes cum reliquis prodromis contra alios mittitur c. 14, 1. 3. *Schmiederus*.

τοὺς ξένους. sc. Cleandri. *Schmiederus*.

4. πεφραγμένοι. Curt. 4, 9, 3: equitibus (Persicis) equisque tegumenta erant ex ferreis laminis serie inter se connexis. *Schmiederus*.

βία καὶ ἴλας προσπίπτοντες turmatim magna vi invecti. Eadem constructio 5, 15, 2: οὐκ ἐπὶ μειώπῳ, ἀλλὰ καὶ ἴλας ἐμβεβλητός. *Gronovius*.

5. κατηκόντισαν, equos intellige.

6. καὶ ταύτη — ἀβλαβεῖς. Haec ego quidem non expedio. Scribendum videtur: καὶ ταῦτα — ἀβλαβῶς. *Pflugkiius*. Καὶ ταύτη interpretabar: et hic; ἀβλαβῶς mihi quoque in mentem venerat. cf. 1, 1, 9. Passiva vi legitur 4, 21, 6. 6, 19, 2.

ἵπποκόμοι equisones, equorum curatores, magistri. Infra 4, 13, 1. *Raphelius*.

C. 14.

1. ἐς κύκλωσιν. Cyclosis est quando hostes veluti circulo quodam nostri militis includuntur. Liv. 31, 21: circumvenire a cornibus et amplecti hostium aciem, quod multitudinī adversus paucos facile videbatur, conati sunt. *Raphelius*.

ἐπὶ κέρως, h. e. ita ut altitudo aciei esset major quam longitudo. V. annot. 2, 8, 2. *Raphelius*.

2 καλουμένοις. Scribendum ex optimo codice κυκλουμένοις vertendumque: equites qui contra circumvenientes dexterum suorum cornu auxilio ierant. *Gronovius*. Fuerit ergo ἐκβοηθεῖν τινι auxilium ferre contra aliquem, quod 4, 16, 6 dicitur ἐκβοηθεῖν ἐπὶ τινι. *Raphelius*. Verte: quum vero equites ii (Persarum) qui (suis) dextrum (Macedonum) cornu circumeuntibus auxilio ierant aliquantulum frontem distraxissent etc. Bactrii dum suis auxilio prodeunt, reliqui non subsequuntur, ita ut spatium aliquod in fronte Persarum maneret vacuum. Id quod confirmat Curtius 4, 25, 20: Rarior, inquit, acies erat in dextro cornu (debuisset scribere in sinistro vel potius in media acie) Persarum. Namque inde Bactriani decesserant (addit: ad impedimenta opprimenda, quod iterum falsum); itaque Alexander laxatos ordines invadit etc. *Schmiederus*. Huic interpretationi obstare videtur παραβῆγγνῶναι verbum: superiori datus. Equidem verba τοῖς κυκλουμένοις τὸ κέρως τὸ δεξιόν sepiam.

ἐμβολον. Quale hoc genus aciei sit explicatum supra 1, 15, 7. *Raph.*

τὸ κέρως τὸ δεξιόν, dextrum nempe Alexandri. *Raphelius*. Haec verba ex superiore § temere repetita esse suspicatus est xm.

3. ὠθισμῶ. Thuc. 4, 96, 2: ὠθισμῶ ἀσπίδων, ubi Duker. Lips. de mil. Rom. 3, 2 laudat.

πεφρικυῖαι. Homeri versus Il. 4, 281: πικναὶ κίνυντο φάλαγγες κυαναίαι σάκεσιν τε καὶ ἔγχεσιν πεφρικυῖαι jam laudavit Polyb. 17, 25. cf. Arrian. Syr. 19: τὰς σαρίσσας ἐν τάξει πυκνάς προὔβαλλοντο, ᾧ δὴ μάλιστα οἱ Μακεδόνες ἐξ Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου κατεπλήσσοντο τοὺς πολεμίους, ἀντιοῖς δόρασι πολλοῖς καὶ μακροῖς οὐ τολμῶντας πελάζειν. Polyb. 29, 6, 11: Λεύκιος ἀνθωμολογεῖτο μὴδὲν ἑωρακέναι φοβερώτερον καὶ δεινότερον φάλαγγος τῆς Μακεδονικῆς. Arrian. Tact. 12 p. 35: ἡ Μακεδονικὴ (φάλαγξ) φοβερά τοῖς πολεμίοις οὐκ ἐν τῷ ἔργῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ [ἐν] τῇ ὄψει ἐγαίνετο. cf. Liv. 32, 17 et Pol. 2, 69, 9.

5. παραρραγεῖσης disrupta ipsis acie. *Raphelius.*

ἐπὶ σφᾶς διεκπεσεῖσθαι τινας ut ad se evaderent, penetrarent, pertransirent quidam, ulli, non vero pauci. *Raphelius.*

διπλὴν τὴν φάλαγγα. De phalange hujusmodi duplici v. supra ad 1, 13, 1. *Raphelius.*

6. τῶν δ' ἐπιτεταγμένων — duces eorum qui post primae phalangis tergum locati erant. Intelligit enim aciei totius illam partem quae jussa erat in omnes partes (malleum retrorsum. *Raphelius.*) se convertere et facere ἀμγίστομον (τὴν) φάλαγγα. Hoc ut plane sic intelligatur, scribe, ut scripsit Arrianus ex ms. opt. ἐπιτεταγμένων ἐπὶ τῇ πρ. *Gronovius.* Hoc quidem non opus; nec solet ita Arrianus.

ἦπερ παρήγγελλτο αὐτοῖς. Supra c. 12, 1. *Raphelius.*

C. 15.

1. τοῦ διώκειν ἔτι a persequendo ulterius. *Raphelius.*

τοῖς φεύγουσι. Intelligas eos Persici exercitus qui per disruptam phalangem in impedimenta impetum fecerant et c. 14, 6 repulsi narrabantur. Nunc instabat iis a tergo phalanx subsidiaria, a fronte Alexander cum equitatu, nec erat quo fugerent, nisi perfracta alterutra acie. Parthyaevi vero supra (14, 5) in numero perrumpentium non nominati sunt. *Schmiederus.*

2. ἐς βάθος — nam et in altitudinem, utpote turmatim constituti, sese converterunt barbari nempe in Macedonas. Curt. 4, 46, 21: Macedonum paucitate conspecta turmas in obvios concitaverunt. Βάθος quid sit v. 1, 2, 4. Ἀναστρέφειν se convertere reperitur et 4, 29, 3. *Raphelius.*

ἔξελιγμοῖς. Varias exeligmorum species recenset Arrian. Tact. 39. *Raph.*

ἦπερ — δίχη. V. praem. T. 1 p. VII. Atque ἦπερ cum Sinteni scribendum esse ex Homero colligas, unde scriptor hanc locutionem repetivit. Sic Od. δ, 691: ἦτ' ἐστὶ δίχη (mos) θείων βασιλῆων cf. Damm. Lex. Hom. in v. δίχη. Similiter ἦ (non ἦ) θέμις ἐστίν, de quo v. Buttm. Lexil. 58, 6.

διεκπαῖσαι πᾶς τις — penetrare (nempe per copias hostiles) pro se quisque, qua sola haec salus ipsis esset, conantes. Ita διεκπαῖς usurpatur paulo ante 14, 5. πᾶς τις τὸ καθ' αὐτόν pro se quisque, ut 3, 9, 8. 4, 12, 6, vel penetrare quisque per adversarium sibi oppositum, ut § 4 et 5, 17, 2. [Vera videtur superior ra-

tio.] ὡς autem cum accusativo adhibetur pro aJlatis consequentiam designantibus. Multi etiam quod cupiebant assecuti sunt perruptisque Macedonum ordinibus evaserunt, uti mox ipse Arrianus § 3 memorat. *Raphelius*.

τοῦ Ἀλεξάνδρου delendum esse censui, quod numerus major est quam ut de amicis Alexandri sermo esse possit. Itaque de militibus qui ἑταῖροι dicebantur cogitandum est, qui nunquam ἑταῖροι Ἀλεξάνδρου dicuntur. Suspectum reddit nomen etiam articulus, numquam, ut opinor, ab Arriano regis nomini additus. Nam paucis illis locis, maxime primi libri, quibus etiam nunc legitur, temere a librariis adjectus videtur.

Κοῖνος καὶ Μενίδας. Miror Coenum et Menidam hic vulneratos dici. Coenus praefectus erat agminis peditum et Menidas equitum mercenariorum. Alexander autem solummodo cum agmine amicorum reversus narrabatur § 1. Saltem etiam Diod. 17, 61 et Curtius [4, 16, 32] eos non in periculo hoc sed in praelio vulneratos indicat. *Schmiederus*.

3. ὅσοι ἐξέπεσον — qui per eos qui circa Alexandrum erant elapsi effugerunt. Gronov. Ita ἐκπείσιν idem Arrianus usurpat Tact. 26: εἰ μὴ που ἐκπείσιν διὰ πολέμιας τάξεως ἐθέλομεν, nisi forte perrumpere hostilem aciem voluerimus. Ad quem locum Schefferus: Respicit haud dubie eos qui undique ab hoste circumdati facto cuneo viam sibi aperiunt hostesque perrumpunt. *Raphelius*.

ἔφευγον [ἦδη] ἀνά. Quum paulo post iterum ἐφευγον ἦδη legatur, non dubito quin vel librarii vel adeo ipsius Gronovii oculus illuc aberraverit. Defendit tamen adverbium nostro quoque loco Sintenis cens. prior p. 367 cl. 2, 11, 4 et cens. alt. p. 134.

4. καὶ αὐτούς sibi oppositos, qui contra ipsos in acie steterant. Ita 5, 17, 2. *Raphelius*. καθ' αὐτούς Bas. Ferri potest utrumque.

ἀλλὰ Ἀλέξανδρος — Strabo 16, 1 p. 737: μετὰ δὲ Ἀρβηλα καὶ τὸ Νικατόριον ὄρος, ὃ προσωνόμασεν Ἀλέξανδρος νικήσας τὴν περὶ Ἀρβηλα μάχην, ὃ Κάπρος ἐστὶ ποταμὸς, ἐν ἴσῳ διαστήματι ὄσῳ καὶ ὁ Ἀύκος· ἢ δὲ χώρα Ἀρτακηνῆ λέγεται.

5. ἀμφ' αὐτόν. Scripsi ἀμφ' αὐτόν pro ἀμφ' αὐτόν, quod sententia loci postulat. *Schmiederus*.

διώξας τοὺς πάντας. Non de Persis intelligendum, sed referendum ad σταδίους vertendumque: insecutus omnino a pugna stadia circiter ad sexcenta. Ita πᾶς cum articulo multis in locis reperitur. [V. Gr. § 50, 11 ann. 13.] Ἐκ τῆς μάχης a pugna, post pugnam. Ita mox 16, 1. ἐκ τούτου 1, 15, 5. ἐκ νότων σκληρῶν post notos vehementes 1, 26, 2 [cf. 1, 3, 1 ibique ann.] Διώκειν denique sine casu exstat 1, 28, 7. *Raphelius*.

ἐλινύσας. ἐλινύσας C. ἐλλινύων idem 4, 30, 1, sed ἐλινύειν 7, 25, 4. cf. App. Mithr. 43. Atque una ν littera scriptum probatur. Ceterum Attici solutae orationis scriptores hoc verbo fere abstinere, quamquam in *μαντιῆς* apud Dem. 21, 53 legitur. Saepius utuntur Herodotus et poetae, veluti Aesch. Pro. 53 et Ar. Thesm. 598; non item Sophocles et Euripides.

6. ἐς ἑκατόν. Nimis parvum hunc numerum esse videbis, si confers 13, 3. 4. 14, 5. 15, 1. 2. Curtio auctore [4, 16, 26] minus quam 300, Diodoro auctore [17, 61] ad 500 Macedonum caesi sunt. Unde in Arriano scriptum fuisse opinor [H] i. e. quingenti, non H quod esset centum. Mox etiam numerus caesorum Persarum omnem verosimilitudinem excedit. Si cum Diodoro consentiret Arrianus, scribendum fuisset ἐς ΠΙΠΠΙ μυριάδας, ad novem myriades. Isti numeri male scripti facile pro ΔΔΔ haberi

potuere. *Schmiederus*. Etiamsi numeros corruptos esse concesseris, dubitaveris tamen Arrianum Diodori fide emendare.

ὑπὲρ τοὺς χιλίους ultra mille. *Raphelius*.

νεκρῶν. νεκροί, quod suasi, necessarium videtur.

τὸ τέλος. Articulum habet C; non additum voluerat Sintenis p. 150. Profecto abesse potest v. ann. ad Thuc. 1, 1, 2. Sed Arrianus in hac formula addere solet. cf. 4, 29, 6. 5, 19, 3.

Ἰννανεψιῶνος. Quum pugna 1 die Octobris, 7 Maemacterionis facta sit, Ideler Chron. p. 347 mensem aut ab Arriano aut ab auctore quem secutus sit male traditum esse censet. Arrianum defendere instituit Clinton F. H. a. 331; 2. Ceterum cf. ad 3, 7, 1 et 6.

C. 16.

1. ἐπὶ Μηδίας. De ea cf. Polyb. 5, 44 et 10, 27.

ἵππεις ὡς τότε. Initium e cod. C sic est a te restitutum ut nihil aut non multum ab genuina forma discrepet. Non pigebit tamen proponere quae ipse conjectura ductus excogitaveram: ἵππεις ἅμα Σκυθαις, οἷς τότε. De Scythis istis v. 11, 6. *Pflugkius*. Quod ὡς particula offenditur, relativum requirens, sic ipsum ὡς τότε aliquoties dixisse Thucydidem docui ad Dionys. p. 332.

ἐπανεληλυθότι. Quid sibi hic velit istud verbum viderit Gronovius, qui primus hunc locum ita exhibuit ex codice, quem ipse ubique optimum appellat; cum antea defuerint ista omnia καὶ ξὺν αὐτῷ — ἐμγον. *Raphelius*. Mre *Schmiederus* interpretabatur: qui reversum, quum (adhuc) pugnaretur, comitabantur.

2. ταύτην eam ob causam. *Schmiederus*.

ῥόδός. Fortasse ἡ ῥόδός.

τοῦ πολέμου τὸ αἶθλον. Caussam belli vocat Curt. 5, 1, 7: jam Susa, jam cetera ornamenta regni caussamque belli victorem occupaturum. *Raphelius*. Praemia belli etiam Romani dixerunt saepissime. Cf. ann. ad Xenoph. Anab. 3, 1, 21.

3. ξὺν ἱερεῦσι, Magis et Chaldaeis. *Schmiederus*.

καὶ ἄρχουσι, nempe Mazaeo satrapa et Bagophane, arcis et regiae pecuniae custode. *Schmiederus*.

4. τὰ τε ἄλλα — cum alia tum Beli templum. *Raphelius*.

Ἀπολλόθωρον. cf. Plut. Alex. 73, Diod. 17, 63 et qui cum eo consentit Curt. 5, 1, 43.

τοῦ Βήλου τὸ ἱερόν. cf. 7, 17, 1 ss. Strabo 16, 1 p. 738: ἔστι δὲ καὶ ὁ τοῦ Βήλου τάφος αὐτόθι (Babylone), νῦν μὲν κατεσκαμμένος, Ξέρξης δ' αὐτὸν κατεσπασεν, ὡς φασιν· ἦν δὲ πυραμῖς τετράγωνος ἐξ ὁπίης πλίνθου, καὶ αὐτὴ (l. αὐτῆ) σταδιαία τὸ ὕψος, σταδιαία δὲ καὶ ἐκάστη τῶν πλευρῶν.

5. Μιθρίνην. V. 1, 17, 3 s. Diod. 17, 63. Curt. 5, 1, 44.

ἀμφὶ τὰ ἱερά circa templorum instaurationem. *Vulcanius*. Fortasse vertendum: circa sacra sive sacrificia quae Babylone fiebant. *Raphelius*. Τὰ ἱερά hic omnino sunt sacra, religiones, der Cultus. De Chaldaeis v. Strab. 16, 1 p. 739.

6. ἐπὶ Σοῦσων. Athen 12, 8 p. 513 f.: κληθῆναι δὲ τὰ Σοῦσά γησιν Ἀριστόβουλος καὶ Χάρης διὰ τὴν ὠραιότητα τοῦ τόπου· συῦσον γὰρ εἶναι τῇ Ἑλληνικῇ γωνῇ τὸ κρίνον.

σατράπου. Is satrapa Abulifes est. *Schmiederus.*

ἐκ τῆς μάχης a praelio, post illud 3, 15, 5. *Raphaelius.*

7. τὰ τε χρήματα. Strabo 15, 3 p. 730 s.: (Κῦρος) πάντα τὰ ἐν τῇ Περσίδι χρήματα ἐξεσκέασατο εἰς τὰ Σοῦσα, καὶ αὐτὰ θησαυρῶν καὶ κατασκευῆς μεστέ. — γασὶ δὲ χωρὶς τῶν ἐν Βαβυλῶνι καὶ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν περὶ ταῦτα μὴ ληθέντων αὐτὰ τὰ ἐν Σοῖσσι καὶ τὰ ἐν Περσίδι τέταρτος μυριάδας τάλαντων ἐξεσθῆναι· τινὲς δὲ καὶ πέντε λέγουσιν· ἄλλοι δὲ πάντα πέντιοθεν ἑκατὸν παραθεσώμασιν εἰς Ἐκβάτανα (cf. infra 3, 19, 7) ὀκτωκαίδεκα μυριάδας τάλαντων. τὰ δὲ Σαρδίῳ γυγόντα ἐκ τῆς Μηδίας συνεκκομισθέντα τάλαντα ὀκτοκισχίλια διήρπασαν οἱ Δολογονήσαντες αὐτόν.

ἐς πεντακισμύοια. Curt. 5, 2, 11: 50 millia talentum argenti non signati forma sed rudi pondere. Plut. Alex. 36: Ἀλέξανδρος δὲ Σοῦσων κομίσσας παρέλαβεν ἐν τοῖς βασιλείοις τετρακισμύρια τάλαντα νομισματος, τὴν δ' ἄλλην κατασκευὴν καὶ πολιτείαν ἀδιήγητον. Totidem Justin. 11, 4. Diodorus vero 17, 66: εὐφην ἀσήμου χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πλείω τῶν τετρακισμύριων τάλαντων. — χωρὶς δὲ τούτων ὑπῆρχεν ἑννακισχίλια τάλαντα χρυσοῦ χαμαζῆρε Σαρικὸν ἔχοντα.

8. Ἀρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος. Meminit harum statuarum et Pausanias 1, 8, 5. Eas vero ait ab Antiocho Atheniensibus restitutas. Sed Arriano potius credendum puto. Facit et infra horum tyrannicidarum mentionem 4, 10, 3, uti et statuarum 7, 19, 2. *Raphaelius.* cf. Plin. 34, (8) 19 et Sillig. Catal. Artiff. p. 48 s.

ἐν Κεραμειῷ. Ceramicus locus fuit Athenis extra urbem, duas habens porticus, picturis statisticis exornatas. Pausan. 1, 3, 1. Thuc. 6, 57. *Raphaelius.* Immo hic alter Ceramicus qui intra moenia erat dicitur. Vidit etiam Schmiederus.

ἐς πόλιν. i. e. ἐς τὴν ἀκρόπολιν. V. ad 1, 16, 7.

τοῦ Μητρώου. Μητρός θεῶν ἱερὸν appellat Pausan. 1, 3, 4. *Raphaelius.*

μαζράν. οὐ μαζράν legisse Vulcanium constat ex ipsius interpretatione. *Raphaelius.*

τῶν Εὐδανέμων τοῦ βωμοῦ. Hic ipse locus materiam dedit clarissimo Meursio colligendi partem priorem capitis ultimi libri 5 Lectionum Atticarum, ubi ita agit ut omnino varietatem numeri quae in Arriano obtinet de Eudanemo et Eudanemis probet ac confirmet; atque ille sit iste Ἄγγελος ibi monstratus cui sacra fuerit ara; hi vero qui propter illam aram habitabant. Nec obnoit, si modo illius pluralis possit ea esse vis. Est enim prorsus simile quod in Africa habemus Φιλαιῶν βωμούς, quos tum Scylax tum Polybius appellat Φιλαιῶν. Vulcanius sane notat ex v. c. τοῦ Εἰδανέμων, quod et ipse in uno vidi. Sed meliores servant pluralem, et πόλις videtur esse ἀκρόπολις. *Gronovius.*

ταῖν θεῶν binis deabus. Cereri nempe et Liberæ sive Semelæ. Nam et hanc una cum Cerere et Baccho in Eleusiniis sacris cultam fuisse ex Cic. N. D. 2, 24 colligere licet: Hunc dico Liberum Semela natum, non eum quod nostri majores anguste sancteque cum Libera consecraverunt, quod quale sit ex mysteriis intelligi potest. *Raphaelius.*

9. ἐνταῦθα. Ibidem etiam Alexander matrem Darii et liberos deponit

Diodoro 17, 67 et Curtio 5, 2, 17 testibus. Uxor Darii ante pugnam apud Gaugamela defuncta erat. *Schmiederus*.

Ἀβουλίτην. Sic etiam Curt. 5, 2, 10. 17. *Ἀβουλήτης* Diod. 17, 65. Ceterum aliter Curtius: Rex Persidis finem aditurus Susa urbem Archelao et praesidium 3 millium tradidit; Xenophilo arcis cura mandata est Macedonum aetate gravibus praesidere arcis custodiam iussis; thesaurorum Callicrati tutela permissa: satrapea regionis Susianae restituta Abulitae.

ἐπὶ θάλασσαν. Obscurior est locus eo quod non adjectum est utrum priores satrapae vita decesserint vel aliud quid passi sint. Syriae enim satrapa nuper demum factus est Asclepiodorus, qui etiam in ss. 4, 13, 4 occurrit tanquam adhuc eo munere functus. [Immo *σατραπέυσας* dicitur.] Ciliciae satrapa est Balacrus. Sed lucem affert Diod. 17, 64: Apollodorum et Meneta *ἀπέδειξε στρατηγούς τῆς τε Βαβυλῶνος καὶ τῶν σατραπειῶν μέχρι Κιλικίας, θεὸς δὲ αὐτοῖς ἀργυρίου τάλαντα χίλια προσέταξε ξηνολογεῖν στρατιῶτας ὡς πλείστους*. *Schmiederus*.

11. *κατὰ ἔθνη*. Jam supra 1, 2, 5 et 2, 9, 3 singulas vidimus equitum alas vel turmas ex singulis gentibus Macedonibus constitisse. De agminibus peditum idem conspicuum est ex Diod. 17, 57, ubi Coeni τάξις vocatur *Ἐλυμῶπις στρατιά* et Perdiccae τάξις constitisse dicitur ex peditibus τῶν Ὀρησῶν καὶ Ἀνγισῶν. *Schmiederns*.

C. 17.

1. *ἐκ Σούσων*. Strabo 15, 3 p. 727: *ἀπὸ Σούσων εἰς Περσαίπολιν στάδιοι τετρακισχίλιοι διακόσιοι*. De hoc Alexandri itinere v. Strab. 15, 3 p. 729 cl. 16, 1 p. 744, Curt. 5, 3, 1 ss et Diod. 17, 67.

παρήσειν. Strabo 15, 3 p. 728: *παρρησιπτεῖ γὰρ τις ὄρεινὴ τραχεία καὶ ἀπότοιμος μεταξὺ τῶν Σουσίων καὶ τῆς Περσίδος στενὰ ἔχουσα διασπάρουσα καὶ ἀνθρώπους λησιᾶς, οὗ μισθοὺς ἐπράττοντο καὶ αὐτοὺς τοῖς βασιλείαις κατὰ τὴν ἐκ Σούσων εἰς Πέρσας εἰσβολὴν*. 11, 13 p. 524: *Νέαρχος γησι τετάρων ὄντων ληστρικῶν ἔθνων, ὧν Μάρδοι μὲν Πέρσαις προσεχέεις ἦσαν, Οὐξιοὶ δὲ καὶ Ἐλυμαῖοι τούτοις τε καὶ Σουσίαις, Κοσσαῖοι δὲ Μήδοις, πάντας μὲν φόρους πρᾶττεσθαι τοῖς βασιλείαις, Κοσσαῖοι δὲ καὶ δῶρα λαμβάνειν ἡνίκα ὁ βασιλεὺς θέριας ἐν Ἐκβατάνοις εἰς τὴν Βαβυλωνίαν καταβαίνει. καταλῆσαι δ' αὐτῶν τὴν πολλὴν τάλμαν Ἀλέξανδρον ἐπιθέμενον χειμῶνος*. v. 7, 15, 1 ss.

τὴν ἐπὶ Πέρσας τὴν sc. ὁδόν. Sic mox c. 18, 2 *τὴν διὰ τῶν ὄρων*. *Raphelius*.

ἢ λαβεῖν pro *ἢ εἰ λάβοιεν*. cf. ann. ad Thuc. 4, 66, 2.

2. *ἐπὶ σφίσειν* — in sua potestate arbitrabantur esse transitum in Persiam. Nota est sententia Epicteti initio Enchiridii: *τῶν ὄντων τὰ μὲν ἔστιν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν*. Caeterum quae de Uxiis Arrianus, eadem fere de Carduchis narrat Xenophon Anab. lib. 3 extremo et 4 init. *Raphelius*.

τοὺς σωματοφύλακας τοὺς βασιλικοὺς καὶ τοὺς ὑποσπιστάς. *Mirifica definitio corporum militarium*. Atqui nulli fuerunt alii *σωματοφύλακες* neque unquam *σωματοφύλακες βασιλικοὶ* dicuntur ad differentiam aliorum *σωματοφυλάκων*, ut *ἐταίρων* aliqua dicta est *ἐλὴ βασιλική* et distinguitur ab aliis. Somnare hic puto omnes libros mss. et transpositis vocibus le-

gendum τοὺς σωματογύλακας καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς τοὺς βασιλικούς. Hi enim ὑπασπισταὶ divisi fuerunt in diversa genera. Gronovius. Intellego juvenes qui Alexandro ministrabant, de quibus v. 4, 13, 1, ubi ab Arriano quidem παῖδες vocantur, ab Diodoro et Curtio autem non raro corporis custodes appellantur. Unde etiam in Arriano, si σωματογύλακας tanquam agmen memorantur hos pueros intelligendos censeo, ex c. 1, 6, 5. 4, 3, 2. 30, 3. Nam pauci non erant; Amyntas una cum supplementis militum quinquaginta adduxerat. Diod. 17, 65. Curt. 5, 1. Idem Curtius 8, 6, 2 diserte ait: comitabantur (regem) et venantem et in proeliis. Schmiederus. Haec sententia quam improbabilis sit satis, opinor, apparet ex ann. ad 1, 6, 5. Mihi Gronovius videtur recte conjecisse.

3. ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Ex conjectura mea emendavi ἅμα ἡμέρᾳ, ut c. 21, 3. Nam Alexander τῆς νυκτὸς ἦν ἐν αὐτῶν ἐπὶ ἐν ταῖς εὐναῖς ὄντων πολλοὺς κατέκτεινεν. Schmiederus. Elegantem conjecturam retinere non sum ausus, quamquam vulgaris scriptura mihi quoque parum apta videtur.

κατέκτεινεν. ἀπέκτεινεν Par. C. Illud restat modo 1, 6, 10, ubi proinde ἀπέκτεινον commendavi, quod sibi quoque in mentem venisse nuper Sintenis mihi scripsit.

4. ἐνθα ᾤετο — in quae Uxios pressos sese recepturos existimabat. Vulcanius.

6. δοῦναι σῆμισι ut permetteret Alexander ipsis regionem incolere. Argumentum est, non effectus precum Sisygambis. Quod alii scribunt ipsos Uxios petiisse, hoc Ptolemaeus ait Sisygambin rogasse. Raphaelius. Ceterum Curt. 5, 3, 16: Uxiorum gentem subactam Susianorum satrapae contribuit.

C. 18.

2. τὰς πύλας τὰς Περσίδας. Strabo 15. 3 p. 729: ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πλείω σιενὰ διεκβάλλοντι (l. διεκβαλόντι) τὰ ἐν τοῖς Οὐξίοις κατ' αὐτὴν τὴν Περσίδι, ἃ καὶ αὐτὰ βίη διήλθεν Ἀλέξανδρος κατὰ τε τὰς Περσικὰς πύλας καὶ κατ' ἄλλους τόπους διεξιὼν τὴν χώραν καὶ κατοπιπέσαι σπεύδων τὰ κυριώτατα μέρη καὶ τὰ γαζοφυλάκια, ἃ τοσοῦτοις χρόνοις ἐξεπεπλήρωτο οἷς ἑθασμολόγησαν Πέρσαι τὴν Ἀσίαν. Diodorus 17, 68 τὰς Σουσιάδας καλουμένας πύλας, Susidas pylas hic memorat Curt. 5, 3, 17. cf. eundem 5, 4, 5.

ἐς τετρακισμυρίους. Diod. l. l.: μετὰ στρατιωτῶν πεζῶν μὲν δισμυρίων καὶ πεντακισχιλίων, ἵππειων δὲ τριακισίων. Temere ex hoc scriptore emendatus est Curtius l. l.

ἀποχωρεῖ. sc. 30 stadia retrorsum, ut habent Curt. [4, 3, 23] et Polyaeus [4, 3, 27]. Schmiederus. Unde emendandum esse Diodorum apud quem τριακισίους legimus jam Loccenius adnotavit.

4. τῶν δὲ ἀρχμαλώτων —, cf. Plut. Alex. 37.

ἐπὶ στρατιοπέδον et ἀπὸ στρα. saepe sine articulo dicuntur. cf. 5, 10, 4, 11, 3. 4. Plurima exempla e Dionysio et Plutarcho enotavi. cf. ann. ad Xenoph. Anab. 6, 3, 4.

5. διελευσάν. Centum fere stadia progressus tradita partē copiarum Amyntae, Philotae et Coeno ipse cum caeteris per ardua nitebatur. Curt. 5, 4, 20: Tandem venere in jugum. A dextera iter ad ipsum Ariobarzanem erat, hic Philotam et Coenom cum Amynta et

Polyperconte expeditam habentes manum reliquit, monitos ut, quia eques pediti erat mixtus, qua pinguissimum esset solum et pabuli fertile, sensim procederent; duces itineris de captivis dati. Ipse cum armigeris et ala quam agema appellant ardua semita, sed longius a stationibus hostium remota multa cum vexatione processit. *Raphelius.*

ἀναλαμβάνει. sc. ex iis quos secum duxerat. *Schmiederus.*

ἐπικάμψας. ἐπικάμπιν est ad latus se inflectere, 3, 12, 2. Et erat ad Ariobarzanem iter a dextera. Curt. l. cit. *Raphelius.*

6. τὸν ποταμόν. Araxen. Curt. 5, 4, 7. *Schmiederus.* Strabo 15, 3 p. 729: πρὸς αὐτῇ τῇ Περσαιπόλει τὸν Ἀράξην διέρη. Adde Diod. 17, 69.

πρίν cum genitivo nec Atticum et omnino rarissimum est. v. Viger. p. 442.

7. καὶ οὐδέ. Nescio an praestet ἀλλ' οὐδέ. Καί et ἀλλά confundi in libris mss. satis constat. *Pflugkius.*

αὐτόθεν, ὡς εἶχον statim, ut erant. v. 3, 9, 3. 3. 13, 2. Sic 2, 6, 1 et 2, 11, 4: εὐθὺς ὡς εἶχεν. *Raphelius.*

ὀπὸ τῆν ἔω. ἐπὶ τῆν ἔω etiam Thuc. 2, 84, 1, quamquam dubito an illio quoque *ὀπὸ* emendandum sit.

9. ἀπολελοιπεί αὐτοῦ. Sine accurata cognitione regionis vix explicari possunt omnia. *Αὐτοῦ* est pro *κατὰ τὰ τείχη*. Videtur Alexander muris primo impetu occupatis relictoque ibi Ptolemaeo fugientes Persas ita persecutus esse ut montibus viam fugae praeculentibus ipsoque et Cratero ab omni parte instantibus in muros refugere coacti in manus Ptolemaei inciderent. *Schmiederus.*

ἐν χερσὶ — κατεκόπησαν in conflictu trucidati sunt, sive in ipso pugnae ardore, ut Stephanus interpretatur multa hujusmodi exempla ex Thucydide proferens Thes. t. 4 p. 415, b. *Raphelius.* De re Plut. Alex. 37: γόνον μὲν οὖν ἐνταῦθα πολλὴν τῶν ἀμακκουίων γενέσθαι συνέπεσε· γράμμι γὰρ αὐτὸς (Ἀλέξανδρος) ὡς νομιζῶν αὐτῷ τούτο λευτελεῖν ἐκέλευεν ἀποσφάττεσθαι τοὺς ἀνθρώπους. Videlicet ut alii a resistendi conatu detererentur.

κατὰ τῶν κρημνῶν ῥίψαντες — per praecipitia se ipsos dejicientes. *Raphelius.*

ῥίψαντες. ἐαντούς Vulc. ex interpretamento addidit. cf. 2, 4, 7 et Dorvill. ad Char. p. 387. Attici tamen *ἐαντόν* addere solent.

10. σπονδῇ [*αὐθὺς*] ἤγεν. Suspecta est media vox tanquam glossema vel male repetita ex ss., unde uncis inclusi. *Schmiederus.* Defendit tamen Sintenis in cens. tertia p. 1084, quod Parisini *αὐθὺς σπονδῇ* habeant; repetita eadem verba legi 3, 21, 4. 5, 28, 6. 1, 7, 3 et Ellendt. 1 p. 55 et 294.

ἔς Πέρσας pro *ἔς Περσέπολιν*. Aperte enim de duobus locis sermo est ubi pecunia servaretur: alter est Pasagardae, alter sine dubio Persepolis, quas urbes diversas esse neminem fugit. cf. 7, 1, 1. Pasagardae fuit antiqua Cyri regia; ibidem ejusdem sepulcrum vidit Alexander. cf. etiam Curt. 5, 6, 8 — 10. Diodorus et cum eo Curtius auctores sunt Tridatem litteris Alexandrum monuisse ut celeriter Persepolin veniat, ne gaza diriperetur. *Schmiederus.* Strabo 15, 3 p. 728: κοσμήσαντες δὲ τὰ ἐν Σοῖσιν βασιλεία μαλίστα τῶν ἄλλων οὐδὲν ἤτιον καὶ τὰ ἐν Περσαιπόλει καὶ τὰ ἐν Πασαργάδαις ἐξετίμησαν· καὶ ἦ γε γὰρα καὶ οἱ θησαυροὶ καὶ τὰ μνημεῖα τῆν ἐνταῦθα ὡς ἐν τόποις ἐρμηνοπορις καὶ ἄμα προγομοῖς. cf. p. 729 ss.

ὥστε ἐγθῆ ἀφικέσθαι ut praeveniendo adfuerit. Nam ad-
esset de festinationis consilio potius quam eventu intelligeretur. Graeca
autem verba non hoc videntur declarare cur properarit, sed quod prope-
rando thesaurorum direptionem praevenerit. *Raphelius*.

τὰ χρῆματα. Plut. Alex. 37: (γράφει Ἀλέξανδρος) νομισματος εὐρεῖν
πλήθος (in Perside omnino) ὅσον ἐν Σούσις (v. ad c. 16, 7), τὴν δ' ἄλλην
κατασκευὴν καὶ τὸν πλοῦτον ἐκκομισθῆναι ἡμῖν μυριάσις ὀρειοῖς ζευγεῖσι καὶ
πεντακισχίλοις καμήλοις. Diod. 17, 71: εὐρέθησαν ἐν αὐτοῖς (τοῖς θησαυροῖς)
δωδεκά μυριάδες ταλάντων εἰς ἀργυρίου λόγον ἀγομένου τοῦ χρυσοῦ. Pariter
Curt. 5, 6, 9. cf. supra ad 3, 16, 7.

τοῦ πρώτου, qui ὁ ἀρχαῖος dicitur Xen. An. 1, 9, 1.

11. Πασαργάδαι. De scriptura nominis v. interpr. ad Curt. 5, 6,
10 et Tychsen ac G. F. Grotefend apud Heeren. Ideen t. 1 p. 625 ss.
644 s.

τὰ βασιλεια δὲ τὰ Περσικὰ ἐνέπρησε. Hoc eum fecisse prius-
quam Pasargadas venerit ex Strab. 15, 3 p. 729 s. collegeris: ἐνέπρησε δὲ
ὁ Ἀλέξανδρος τὰ ἐν Περσιστοῦ βασιλεια, ἡμῶν τοῖς Ἕλλησι, ὅτι κακείνων
ιερά καὶ πόλεις οἱ Περσῶν πρὸ καὶ σιδήρω ἐπόρθησαν. εἴτ' εἰς Πασαργάδας
ἦεν. De re v. Plut. Alex. 38, Diod. 17, 70, Curt. 5, 6, 1 ss.

τὰ τε ἄλλα — cum alias ob causas, tum quod pulchrum
etc. *Raphelius*.

ἀπελθεῖν. Opt. ἐπιλθεῖν, quod probatissimae venae verbum hoc loco.
Gronovius. Ἐπίρχεσθαι aulem est obire, peragrarē. *Raphelius*. Curt.
8, 8, 11: habere Asiam, non transire volumus.

12. κακά. Vulcanius legit κατά, qui tamen, ceu annotavit Gronovius,
et hanc lectionem ex v. c. confirmavit versionemque ideo sic mutavit:
aliisque multis damnis Graecos affecerant. *Raphelius*.

ὑπέρ usitatius deesset. cf. Gr. § 47, 7 ann. 6.

σὺν νόῳ. 6, 10, 3: σὺ ξὺν νόῳ κινδυνεύων. *Raphelius*. Altera scri-
ptura σὺν δίκῃ orta videtur ex interpretamento vocis ἡμῶν. Hic quidem
δίκην ineptam esse apparet. Nam verbis οὐδ' ἐμοί significat scriptor non
magis sibi quam Parmenioni videri considerate fecisse.

C. 19.

1. τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον. Τῶν etiam pro neutro genere possit
haberi: si forte quid novaretur sive novi accideret in rebus
Alexandri. *Raphelius*. Recte.

αὐτός δέ. Kr. ad Xen. An. 5, 6, 12.

εἶναι τὴν. sc. ὁδόν. *Raphelius*.

2. ἄρμαμάξας. Hoc nomine appellatur curruum quoddam genus
quibus mulieres apud Persas vehebantur. V. Freinshem. Comment. ad
Curt. 3, 3, 23. *Raphelius*. Adde Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 1, 2, 16.
Hodie dicitur Araba auctore Hammero Fundgruben des Orients 6, 3 p.
339. Falli videtur Morier. Itinerar. c. 7 in., qui lecticam fuisse opinatur quae
hodie Takhteravan appellatur.

Κασπίας. Plin. 6, 14 [17]: Ecbatana, caput Mediae, distat

a portis Caspiis XXM passuum [vicies centenis M]. Causa portarum nominis eadem quae supra, interruptis angusto transitu jugis, ita ut vix singula meent plaustra, longitudine VIII M passuum, toto opere manu facto. Dextra laevaue ambustis similes impendent scopuli sitiente tractu per XXXVIII [XXVII] M passuum. Angustias impedit corrivatus salis e cautibus liquor atque eadem emissus. Praeterea serpentium multitudo nisi hieme transitum non sinit. *Schmiederus*. Forma eadem 7, 10, 6 et apud Strab. 1, 3 p. 60. 11, 2 p. 492. 12 p. 520, quum aliis locis Κασπίους πύλας dicere soleat. De itinere idem 2, 1 p. 79: (ἀπὸ τῆς κατὰ Θάψμακον διαβάσεως) μέχρι τοῦ Τύργου, ὅπου Ἀλέξανδρος διέβη, σταθῶν διασχίλους καὶ τετρακοσίου γράμμι (ἑπταχόσ)· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τοὺς ἑξῆς τόπους διὰ Γαγγαμήλων καὶ τοῦ Ἀύκου καὶ Ἀρβήλων καὶ Ἐχβατιάνων, ἢ Δαρείος ἐκ τῶν Γαγγαμήλων ἔφυγε μέχρι Κασπίων πελῶν, τοὺς μισθοὺς ἐκπληροῦ, τετρακοσίου μόνον πλεονάσας. cf. 1, 4 p. 64. 2, 1 p. 80 s. 11, 13 p. 524 s.

ἐν Ἐχβατιάνοις. V. de hac urbe Strab. 11, 13 p. 522. 524 et Polyb. 10, 27, 4 ss. Hodie eo loco situm esse Hamadan confirmat etiam Morier l. l. c. 17 p. 290 s. interpretationis Germanicae.

Παραϊτάκτας. Oppidi alicujus, nomine Tabas, in Paraetacene ultima mentio fit apud Curt. 5, 13, 2. *Rapheli* s. Forma eadem 4, 24, 1 et apud Strab. 15, 3 p. 729: ἔτι δ' ὁ Ἀράξις ἐκ τῶν Παραϊτακῶν. Nam hoc accentu scribendum esse apparet ex 16, 1 p. 736, ubi Παραϊτάκται dicuntur. Plerumque apud eundem, ut infra 4, 22, 1, Παραϊτακηνοὶ vocantur. De terra eorum Strabo 11, 13 p. 522: μετὰ τὸ Ζάγγρον (ὄρος) ἐκδέχεται ὑπὲρ τῆς Βαβυλωνίας ἢ τε τῶν Ἑλυμαίων ὄρεινῇ καὶ ἢ τῶν Παραϊτακηνῶν ὑπὲρ δὲ τῆς Μηθίας ἢ τῶν Κοσσαίων. ib. p. 524: (ἡ μεγάλη Μηθία) ὁρίζεται ἀπὸ μὲν τῆς ἑω τῇ τε Παρθυαίων καὶ τοῖς Κοσσαίων ὄρεσι — καὶ ἐπὶ τοῖς Παραϊτακηνοῖς, οἱ συνάπτουσι Πέρσας, ὄκνοι καὶ αὐτοὶ καὶ ληστρικοί. cf. 15, 3 p. 732: γενεῖν δὲ τῇ Σουσίδι τῆς Βαβυλωνίας ἢ Σιακηνῇ — ἀπὸ τῶν ἄρχων δ' ὑπέροικενται αἰφῶνι πρὸς ἑω Ἑλυμαῖοι τε καὶ Παραϊτακηνοί, ληστρικοὶ ἄνδρες καὶ ὄρεινῇ τραχέει πεποιθότες. cf. 16, 1 p. 739 et p. 744: (τῇ Περσίδι) συνάπτει ἢ Παραϊτακηνῇ καὶ ἢ Κοσσαία μέχρι Κασπίων πελῶν, ὄρεινῇ καὶ ληστρικῇ ἔθνη· τῇ δὲ Σουσίδι ἢ Ἑλυμαῖς, καὶ αὐτῇ τραχέει ἢ πολλῇ καὶ ληστρικῇ. — οἱ δὲ Παραϊτακηνοὶ μᾶλλον μὲν τῶν Κοσσαίων ἐπιμελοῦνται γῆς, ὅμως δὲ καὶ αὐτοὶ ληστρῶν οὐκ ἀπέχονται.

πρότερον. Illud πρότερον quid sit miror. Nam non fuit solum, sed erat tunc adhuc Susiorum satrapa. Demum libro 7 ob delicta necatus fertur. Uncis vocem inclusi tanquam glossema. *Schmiederus*. Fortasse margini quis adscripsit: πρότερον εἴρηται, indeque ineptum verbum irrepsit. Pro Σούσαν malim Σουσίαν.

3. ἔσταλμένους. Gr. § 58, 4 ann. 1.

4. Καδοῦσιοις. Strabo 11, 13 p. 523: οἱ Καδοῦσιοι πλήθει τῷ πεζῷ [s. τῶν πεζῶν] μικρὸν ἀπολείπονται τῶν Ἀριανῶν, ἄνδρες θειοὶ πετροβατεῖν καὶ ἀχορισταὶ ἄρστοι· ἐν δὲ τοῖς τραχέειν ἀνθ' ἰππέων πεζοὶ διαμάχονται. Plura v. ad § 7.

ἀλλ' ὅτι. Gr. § 59, 2 ann. 5.

ὁ Ὅχου. Errat igitur Diod. 17, 5 omnes Ochi filios praeter Arsen a Bagoa occisos scribens. *Schmiederus*.

5. παρ' αὐτοῦ a se, sua sponte, doni loco addens. Curtius similem historiam narrat 6, 2, 17, sed temporum ratio non satis congruit. *Raphelius*. Vides vero ex hoc loco etiam socios stipendia meruisse. Remittuntur Thessali, quod rex alacritatem ad perferendos labores in iis

fractam sentiret, quod ipse auctor dicit 5, 27, 5, ubi tamen memoria lapsam invenies auctorem, dum quos h. l. ab Ecbatanis remissos tradit, altero loco a Bactris scribat. Quod eo magis falsum convincitur, quia quum rex in Bactriana esset, Epocillus redibat, qui Thessalos ad mare deduxerat 4, 7, 2. *Schmiederus*. Sed fortasse 5, 27, 5 ἀπ' Ἐκβατάνων pro ἀπὸ Βάκτρων emendandum est. Ceterum cf. Plut. Alex. 42: δισχίλια τάλαντα δωρεάν ἐπιμετρῆσας ταῖς μισθοφοραῖς. et Diod. 17, 74: ἐδωρήσατο τῶν μὲν ἠπείων ἐκάστω τάλαντον, τῶν δὲ πεζῶν μνᾶς δέκα.

6. ἰδίᾳ privatim, hoc est non reipublicae sed suo nomine, sua sponte. Diod. 17, 74 opponit τοὺς ἀπὸ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων συμμαχήσαντας et τοὺς ἐλομένους ἐν τῇ στρατιᾷ τῇ μετὰ τοῦ βασιλέως μένειν. *Gronovius*.

Ἐπόκιλλον —. Male interpretes reliquos. Eos enim ipsos intelligit de quibus § 5. *Raphelius*. Interpretes intellexit reliquos praeter eos qui in Asia privato consilio remanebant.

ἀπέδοντο. Vide annon intelligi debeat vendiderunt. *Gronovius*. Sic Act. 5, 8 et 7, 9 et Xenophon passim. *Raphelius*. Nimirum male interpretes reddiderunt, quod esset ἀπέδουσαν.

ἐπειδὴν ἀφίκωνται τοὺς ἐπὶ — scripsit vero etiam Meneli, postquam venissent, ut maris accolae curarent quo triremibus transveherentur in Euboeam. Sed versio Vulcanii ostendit legisse cum, prout legendum esse ait *Gronovius*, ἐπειδὴν ἀφίκωνται ἐπὶ θάλασσαν ἐπιμεληθῆναι. *Raphelius*.

7. ἀπέλιπε. A codicem sequutus sum, quamquam κατέλιπε aptius esse arbitratus. Nam illud est: a se disjunctum relinquere, hoc: constituentem relinquere.

τὰ χρήματα. Diod. 17, 71 auctor est Alexandrum alienissimo a Persis animo fuisse itaque undique jumenta contraxisse quibus pecuniae partem ad bellum secum duceret et reliquam Susa transportaret. Arriani narrationem praefero. *Schmiederus*.

ἐς ἑξακισχιλίους. Sine dubio hi quoque Parmenionis exercitus pars erant. cf. 26, 3 et Curt. 7, 3, 4: ibi (in Arachosii) exercitum qui sub Parmenione fuerat occupavit. Sex millia Macedonum erant et CC nobiles et quinque millia Graecorum cum equitibus DC, haud dubie robur omnium virium regis.

αὐτὸν δέ. Repete προσείαξε.

Καδούσιοι, ἔθνος μεταξὺ τῆς Κασπίας θαλάττης καὶ τοῦ Πόντου. Σιρόβων ἑνδεκάτῃ Steph. Strabo 11, 13 p. 524: (ἡ μεγάλη Μηθία ὀρίζεται) ἀπὸ τῶν ἄρκτων τοῖς ὑπερικοῦσι τῆς Ὑρκανίας θαλάττης Καδουσίους καὶ τοῖς ἄλλοις οὓς ἄρτι δηλώσαμεν. 11, 7 p. 508: τὸ μὲν τοι πλέον τῆς περὶ τὴν ὀρεινὴν παραλίης Καδουσίους νέμονται, σχεδὸν δὲ π ἐπὶ πεντακισχιλίους σταδίων, ὡς γησι *Ηαιροζλῆς*. Ammian. 23, 6, 13: ab Aretoo cardine adusque Caspias portas Cadusiis conterminat. Plin. 6, 18: Gelae, quos Graeci Cadusios appellavere.

περὶ τήν. παρὰ τήν C, quod verum erit.

8. τῶν χρημάτων. τὰ χρήματα scriptura eo videtur orta esse quod librarii oculus ad § 7 in. aberravit.

C. 20.

1. Ῥάγας. Ea urbs procul dubio est Rages Tobiae 3, 7, de qua etiam Diod. 19, [44: εἰς τὴν ἐπαρχίαν τὴν προσαγορευομένην Ῥάγας. ubi

cf. Wesseling.] *Greatemesnilius*. Steph. Byz.: Πάγα πόλις ἐν Μηδίᾳ. Strabo 11, 9 p. 514: μέρη δ' ἐστὶ τῆς Παρθηνῆς ἢ τε Κωμισσηνῆ καὶ ἡ Χωρηθῆ. σχεδὸν δ' ἐστὶ καὶ τὰ μέχρι πύλων Κασπίων καὶ Ραγῶν καὶ Ταπίρων ὄντα τῆς Μηδείας πρότερον. cf. 11, 13 p. 524. 525: ἡ πολλὴ ἐνὸς καὶ ἐπιπέδου τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ἐπιρριζωμένα τῶν Ἑκβατιάνων ἔρη καὶ τὰ περὶ τὰς Ραγῶν καὶ τοὺς Κασπίους πόδας. 1, 3 p. 60: Ἰσθμὸς τὰς Ραγῶνας τὰς κατὰ Μηδίαν ὀνομαζόμεναι ἡσὶν ἐπὶ σεισμῶν ὁραγίσης τὰς περὶ τὰς Κασπίας πύλης γῆς. ubi cum Wesselingio l. 1. Ραγῶν legendum.

2. διέχει δὲ — πύλων. Strabo 11, 9 p. 514: εἰσὶ δ' ἀπὸ Κασπίων πύλων εἰς Ραγῶν σταδίοι πεντακόσιοι.

ἐξῆράκει ἡ δὴ παρεληλυθώς intraverat jam intra Caspiae portas. Sic § 4. *Raphelius*.

3. κατὰ πόδας αἰρήσειν per vestigia insequendo capturum, vestigiis consequenturum. Xenophon de canibus leporem insequentibus: κόνας εἶχε ἐπιτηθευμένους πρὸς τὸ κατὰ πόδας αἰρεῖν Cyrop. 1, 6, 40. *Raphelius*.

Ὁξυδάτην. Scripsi Ὁξοδάτην jubente optimo in libro 4, 13, 3. *Schmiederus*. Oxycetes tamen dicitur Curt. 6, 2, 11.

ἐλογούμενος. Malim εἰργυμῖνος. *Pflugkiius*. Non opus. v. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 1, 2, 3.

4. ἔστε οἰκούμενα ἦν quousque loca culta erant. *Raphelius*. Sed ἔστε cum indicativo aut alio modo junctum Arrianum de locis usurpare non memini, ideoque ἐς τὴν οἰκουμένην vel ἔστε ἐν (τῇ) οἰκουμένῃ ἦν commendavi.

ἐπισιτισάμενος δὲ αὐτόθι commeatum autem illic paraturus, ut aoristus sit in significatione futuri temporis, ut 7, 3, 2: ὡς δ' οὐχ ἡτησόμενον ἑώρα. ἀλλ' αἰκλως ἂν ἀπαλλαγέτα. Nam Coenum equidem ob id ipsum arbitror frumentatum missum ut commeatum conveheret. *Raphelius*. Vere judicavit, male ratus aoristi participium non addita ἂν particula futuri vim habere posse.

C. 21.

1. Ἀντιβηλος. Brocubelum appellat Curtius 5, 13, 11. *Raphelius*. Nomen Ἀντιβηλος vehementer suspectum est. Idem enim homo 7, 6, 4 vocatur Ἀρτυβόλης. Quid rectius sit non decerno. *Schmiederus*.

χιλιάρχη. Scripsi ὁ χιλιάρχη. Articulus deest in omnibus editis, at deficere nequit. Sic mox bis ὁ σατράπης. *Schmiederus*. In vitis libris non erat recipiendus. Nam potest abesse.

Βραζίας. Idem est qui Curtio Barsaentes dicitur 6, 6, 36. *Raphelius*. Emendavi Βαρσαέντης pro vulgato Βραζίας, quod est monstrum lectionis. Idem homo 3, 8, 4 vocabatur Barsaetes, c. 21. 10. 25, 8 Barsaentes, quod reliquis locis restituere non dubitavi. Blancardus emendat Βαρζαέντης, ut scribit Curcius 6, 6, 36 et 8, 13, 3. et Diod. 17, 74 Βαρζαίης, gen. Βαρζαέντης. De varietate scripturae jam monuit Freinsheim ad Curt. 8, 13, 3. *Schmiederus*.

2. τῶν πεζῶν. In optimo non habentur voces τῶν πεζῶν; at desicere nequeant ob § 7. *Schmiederus*.

3. ὄθρην ἀνωρομήξει ὀπίσω unde concesserat retro ad Alexandrum, supra § 1. *Raphelius.*

4. *Ααρτίου* δὲ *πέρι ἐπύθετο.* Ex quo haec cognoverit Curtius refert 5, 13, 6: Perwentum erat in vicum in quo Darius Bessus comprehenderat. Ibi Melon Darii interpres excipitur. Corpore aeger non potuerat agmen sequi et deprehensus celeritate regis transfugam se esse simulat. Ex hoc acta cognoscit. *Raphelius.*

κατὰ σφᾶς Facius: seorsum. *Raphelius.*

5. *καὶ σφίσι τι ἀγαθόν.* Curt. 5, 9, 2: tradito rege vivo inirent gratiam victoris. *Raphelius.*

τοὺς δέ. Saepius Arrianus ὁ δέ post temporales particulas dixit (1, 23, 4. 3, 24, 3. 4, 29, 4. 7, 11, 5. 14, 1); post εἰ 7, 29, 2, ac fortasse etiam 5, 21, 2 *τοὺς δέ* legendum est.

διασώζειν ἐς τὸ κοινὸν τὴν ἀρχήν servare in commune regnum, ut ex aequo pertineret ad omnes qui in eodem consilio erant cum Besso. Curt. 5, 9, 2: interfecto Dario regnum sibi occuparent. *Raphelius.*

Βῆσσον δὲ — Bessum autem in praesentia exercitus ducem esse oportere. Repetenda sunt illa *γνώμην πεποιῆσθαι*, a quibus haec pendent, ut hoc ab ipsis decretum fuisse intelligatur, Bessum interea imperatoris fungi officiis oportere. *Raphelius.*

6. *ἐπὶ τῇ ταλαιπωρίᾳ.* Alteram scripturam defendit Sintenis in cens. priore p. 373: ὑπὸ praepositione *τὴν ταλαιπωρίαν* quasi onus quod feratur significari.

7. *ἤλεγχε τοὺς προσχώρους.* cf. Kr. ad Xenoph. Anab. 3, 5, 14.

ὅπως οἱ πεζοὶ ὠπλισμένους delete *ἦσαν* nunc verum puto, quum solo articulo abjecto verba non satis placeant.

8. *ἐν τάξει ἐπεσθαι* composito agmine sequi, ut apud Curt. 6, 4, 14. Opposita sunt *ἐν τάξει* et *δρόμῳ* cursu, quod statim sequitur. Manifestissimum hoc fit ex Xenoph. Anab. 1, 8, 19: *ἐβόων δὲ ἀλλήλοις μὴ θῆν δρόμῳ ἀλλ' ἐν τάξει ἐπεσθαι.* V. not. ad 2, 10, 3. *Raphelius.*

9. *δρόμῳ ἡγεῖτο.* Curt. 5, 13, 2: calcariibus subditis effuso cursu eunt. *Raphelius.*

ἐς τετρακοσίους. Non parum admiranda est Alexandri celeritas. Sed vide quae St. Croix de itineribus Alexandri scripsit p. 101 ss. Docet Xenophontis decem millia Alexandro celeritate non cessisse atque plane evanescere miraculosa in Alexandri itineribus, si cum rapidissimis Tamerlani aliorumque recentiorum comparentur. Nimis parva vero stadiorum mensura uti mihi videtur, quam geographus d'Anville ad Alexandri itinera constituerat a 50 toises. Qua recepta de celeritate vix loqui decet. Stadium Pythicum (125 toises) nimis magnum est. Quapropter quum interdum stadiis milliarium Germanicorum numerum adscriberem, sequutus sum Cel. Barthelemy stadio Olympiaco $94\frac{1}{2}$ toises tribuentem, qui numerus medius est. Taliū stadiorum circiter 40 aequalia sunt uni milliari Germanico. Haec igitur nocte confecit Alexander cum suis (equitantibus, quod probe notandum) decem miliaria. cf. nota ad Hist. Ind. 2, 2. *Schmiederus.* Haec res observata fuisse videtur Acliano V. H. 10, 4. cf. Plut. Alex. 42: *ἐνδεκα ἡμέραις ἠπάσαιο τρισχιλίους καὶ τριακοσίους σταδίους.*

ἀτάκτως *λοῦσι* incompasite eunt. Curt. 5, 13, 11: exer-

citum, utpote qui nihil praecaveret, incompositum inordinatumque procedere. *Raphelius*.

10. μετὰ σφῶν ἐκόμιζον secum ducebant. *Raphelius*.

ἀποθνήσκει. Rem amplificantes lege Plut. Alex. 43, de Alex. fort. 1, 11, Diod. 17, 73 et Curt. 5, 13, 15 ss.

Ναβαρζάνης. Nomen Satibarzanis alieno loco est. Erat Ariorum satrapa nec fuit comes Darii fugientis. V. de eo indicem. Legendum est *Ναβαρζάνης*, quod recepi. Hic enim conjunctim cum Besso et Barsaente in principio hujus capituli inter insidiatores Darii nominatur. Nec Curtius de alio quam Nabarzane loquitur 5 c. 9 ss. Si vero codices juvarent, mallet scribere *Βῆσος*. Is enim c. 30, 4 inter occisores Darii numeratur et Nabarzanis se dedit Alexandro 23, 4 nec eum poenam necis dedisse reperitur. *Schmiederus*.

C. 22.

1. θῆκαις, quas describit Diod. 17, 71. *Schmiederus*.

Παρθουαίων. Strabo 11, 9 p. 514: ἡ δὲ Παρθουαία πολλὴ μὲν οὐκ ἔστι συνετέλει γούν μετὰ τῶν Ὑρκανῶν [κατὰ] τὰ Περσικὰ καὶ μετὰ ταῦτα τῶν Μακεδόνων κρατούντων ἐπὶ χρόνον πολὺν· πρὸς δὲ τῇ σμικρότητι δεσεία καὶ ὀρεινὴ ἔστι καὶ ἄπορος. ἀλλὰ νῦν ἠϋξήται. De Hyrcania v. c. 23, 1.

Ἀμυνάπη. Videntur priores syllabae congruere τῷ Aminadab. *Gronovius*. A Curtio 6, 4, 25 Menapis vocatur. Freinshemius suspicatur illud Α in Graeca scriptura nihil aliud esse quam articulum orientalem. *Schmiederus*. Ἀμμινάσπη, quod C habet, verum puto.

μετὰ Μαζάκου supra 3, 1, 2. *Raphelius*.

σκοπιῖν. ἐπισκοπεῖν conjeci cl. 3, 5, 3 et 28, 4. De Atheniensium ἐπισκόποις v. Schneider. ad Xen. R. A 1, 14 et Boeckh. Staatshaush. d. A. 1 p. 168. 256. 437.

2. Ἀριστοφῶντος. i. c. Ol. 112, 3, a. C. n. 330. v. Clinton. F. H. et Winiewsky Commentarios in Dem. or. de cor. p. 288.

εἴπερ τινὶ ἄλλῳ. Eadem attractione Thuc. 7, 21, 5: Ἐρμοκράτους καὶ εἴ του ἄλλου πειθόντων. cf. ibi ann. et Lobeck. ad Soph. Aj. 485.

ἀποδειξαμένῳ ἢ οὐδὲ ἐγγενόμενον. Gr. § 56, 14 ann. 2.

ὄτι ὁμοῦ. Interposuerim οἶ, quo hic aegre caream.

ἀποδειξασθαι. Traditiones orientales ultimam a genere Cajanidarum regem describunt tanquam violentum et crudelem qui sceleribus odium procerum plebisque sibi contraxerit. Herbelot Biblioth. Oriental. Art. Darab. p. 285. *Schmiederus*.

4. ἐπεῖθεν. Improperie hic utitur isto verbo, proprie autem 5, 27, 6. *Raphelius*.

5. φυγὰς τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς. v. Kr. ad Thuc. 6, 92, 2. Plut. Ant 69: διήγεν αὐτόθι φυγὰς ἀνθρώπων.

ἐς τὰ ἔσχατα. Optimi codicis scriptura, quae vix Graeca est, superiori πρὸς originem debet. Ante πλανώμενος haec collocanda esse censeo, quod ἐς τὰ ἔσχατα προδοθεῖς aut simile quid me legere non memini.

πρὸς τῶν οἰκειοτάτων, a Besso praccipue, de cuius necessitudine cum Dario supra 3, 21, 5. *Raphelius*.

6. Ἀλεξάνδρου. Ferri potest (v. Kr. ad Thuc. 1, 18, 2); vereor tamen ne Arrianus ἐξ Ἀλεξάνδρου vel, ut Schmiederus arbitratur, παρ' Ἀ. scripserit.

καὶ γαμβρός. cf. 7, 4, 4. *Schmiederus*.

C. 23.

1. τοὺς ὑπολειφθέντας. supra 3, 21, 8. *Raphelius*.

προὐχώρει, ut 1, 5, 1 non progressus est orientem versus, sed regressus ex Parthienc, in qua Curtio et Justino testibus Darius occisus est, in Hyrcaniam, quam Darium persequens praetercurrerat magis quam subegerat. *Schmiederus*.

δασέσι. Strabo 11, 7 p. 509: γησὶ δ' Ἀριστόβουλος ἐλώδη οὖσαν τὴν Ὑρκανίαν ὄρον ἔχειν, πύκην δὲ καὶ ἐλάτην καὶ πίτυν μὴ γύνει.

τὸ πεδίον δέ. Strabo l. l. p. 508: ἡ δὲ Ὑρκανία σφόδρα εὐδαιμών καὶ πολλὴ καὶ τὸ πλεόν πεδιάς, πόλεσι τε ἀξιολόγους διελημμένη.

τὴν ταύτη θάλασσαν, quod quidam Caspium, quidam Hyrcanum appellant. Curt. 6, 4, 18 s. *Raphelius*.

ταύτην. sc. ὄδον, viam in montes, qui sepiunt Hyrcaniam, quorum partem incolunt Tapuri, in quos fugerant Graeci c. 21, 4. *Schmiederus*.

ἐς τὰ τῶν Ταπούρων — ἅμα τοὺς Ταπούρους. Vulgo legitur ἐς τὰ τῶν Πάγων et ἅμα τοὺς Πάγρους. Jam Blancardus vidit istud nomen hic non convenire, et quia liber Gaudensis habebat Μάργων ὄρη scribi vult Μάρδων et Μάρδους. Sed in hos movet Alexander serius. Emendavi Ταπούρων et Ταπούρους. Mox enim mittitur Craterus in Tapuros § 2 Alexandro in Hyrcaniam ipsam movente. Ibi quum Alexander moraretur, redit ad eum Craterus Tapurorum finibus et vi et conditione subjectis, Graecis vero non repertis § 6. Paulo post denique ad Alexandrum veniunt Auto-phradates Tapurorum satrapa et cum eo Graecorum legati deditionem offerentes § 7. Quibus omnibus conjectura mea firmatur. *Schmiederus*. Strabo 11, 9 p. 514: γησὶ δ' Ἐραϊοσθένης — μεταξύ Ὑρκανῶν καὶ Ἀρίων Ταπούρους οἰκεῖν. 11, 12 p. 520: οἰκοῦσι δὲ (Ταπούριοι) μεταξύ Δερβικῶν καὶ Ὑρκανῶν. 11, 13 p. 523: ἡ δὲ προσάρκιος, ὄρεινὴ καὶ τραχεῖα καὶ ψυχρά, Καδουσίαν κατοικία τῶν ὄρεινῶν καὶ Ἀμάρδων καὶ Ταπούρων καὶ Κυρτίων καὶ ἄλλων τοιούτων, οὗ μετανάσται εἰσὶ καὶ λριστικοί. Ταπούρους scribunt etiam Athen. 10 p. 442, Aelian. V. H. 3, 13, Dionys. Perieg. 733; Ταπούρους Steph. Byz. Sed apud Arrianum recte Blancardus et Schmiederus 3, 8, 4 et 11, 4 ac nostro loco Ταπούρους dederunt, quoniam 3, 23, 2. 7. 24, 3 et 7, 23, 1 sic scribuntur. Dubia est scriptura 4, 18, 2 atque Ptolem. 6, 2 et Curt. 8, 3, 17.

ἐπύθειο καὶ χειρωσόμενος. Gr. § 59, 2 ann. 5.

3. κατ' ἐκείνο. sc. (τὸ) σφαλερόν, in illo loco periculoso. *Raphelius*. Sed quum de pluribus locis sermo esse videatur, κατ' ἐκείνα emendaverim.

οἱ τὸ ὄρη ἔχοντες. Hi et propugnatores et incolae montium intelligi possunt, cum mox 3 ὄρειοι vocentur. Verbum tamen ἔχειν insidendi potius

et praesidio tuendi quam incolendi et habitandi significacionem habere puto. Sic 1, 7, 1 et 9. *Raphelius*.

4. *πρὸς ποταμῷ*. De hoc flumine loqui videtur Curt. 6, 4, [4] 7 idque vocat Zioberin, Diod. 17, 75 Stiboeten. *Schmiederus*.

Φραδαφέρνης. Scripsi *Φραταφέρνης*, ut Arrianus et Curtius omnibus reliquis locis. *Schmiederus*. Curt. 8, 3, 17: Phratapherni Hyrcaniam et Mardos cum Tapyris tradidit. 9, 10, 17 Parthicorum satrapa dicitur. Satis convenit Arrianus, apud quem *Παρθυαίων καὶ Ὑρκανίας σατράπης* memoratur. V. ind. hist.

5. *τοὺς ὑπολειφθέντας*. § 3 *φύλακας τῶν ὁδῶν*. *Raphelius*.

διελθόντας — *ἐπέθεντο*. v. ann. ad Xen. Anab. 4, 2, 15 et ind. Thuc. in Uebergang. Adde infra c. 26, 1.

6. *ἐν τούτῳ*. Quum non tempus sed locus significetur, *ἐνταῦθα* suasi.

7. *Κωρήν*. Varie hoc nomen scribitur apud Curt. 7, 11, 5 et 22 s. *τά τε ἄλλα*. v. ann. ad 1, 25, 1.

στρατευομένοις ἐναντία τῇ Ἐ. v. ad 1, 16, 6.

8. *παρὰ τὰ δόγματα*. cf. supra 1, 1, 2 et 1, 16, 6. *Schmiederus*.

9. *ἐς χιλίους καὶ πεντακοσίους*, Totidem Diod. 17, 76.

C. 24.

1. *προῆγεν* regressus est. cf. § 2. *Schmiederus*.

Μάρδους. Mardi hi non procul habitabant ab Hyrcanio mari atque distinguendi sunt ab aliis Mardis in vicinia Persidis. St. Croix p. 212 vocem *Mard* ait Persico sermone significare hominem ferocem, sibi que verosimile esse nomen Mardorum montium incolis datum esse, qui opportunitate locorum ad libertatem defendendam uterentur, ideoque etiam Uxios montanos Mardos vocatos. *Schmiederus*. *Ἀμάρδους* dicit Strabo 11, 9 p. 514, inter Hyrcanos atque Anariacas Cadusiosque ad Caspium mare collocans. cf. 11, 13 p. 523. Steph. Byz.: *Μάρδοι ἔθνος Ὑρκανῶν* [*ἐγγύς* addit in *Ἀμαρδοί*] *λησται δ' οὗτοι καὶ τοξῆται*. Plin. 6, 18: Ab hujus (Margianae) excelsis per juga Caucasi protenditur ad Bactros usque gens Mardorum, fera, sui juris.

ἵππακοντισταί. In Alexandri exercitu occurrunt *ἵπποιοξῆται* 1000 (5, 16, 4) ex natione Daarum 5, 12, 2. Ab his parum differunt, nisi forte iidem sunt *ἵππακοντισταί*, jaculatores equestres, quorum agmen non multo ante expeditionem in Mardos in exercitum receptum est. Utrique pertinebant ad milites levis armaturae c. 25, 6. 29, 7 etc. *Schmiederus*. Utrumque genus diversum fuisse arbitror.

2. *χρόνῳ* unquam. *Raphelius*. Sed ita hoc intelligi non potest. De genitivo, quem nunc e Par. C enotatum video, cf. Aristoph. eqq. 944: *ἀγαθὸς πολίτης, οἷος οὐθεὶς πῶ χρόνον ἀνὴρ γεγένηται τοῖς πολλοῖσι τούβολῳ*.

καὶ μάχιμοι. Tertia haec causa est cur nemo ipsorum regionem invaserit. Verterim ego simpliciter: et quia pauperes Mardi et bellicosi propter [imo praeter] paupertatem erant. *Raphelius*.

ἐμβαλεῖν ἄν. Rectius μὴ ἐμβάλη vel ἐμβάλοι dixisset. Gr. § 55, 3 ann. 18. Similiter tamen interdum poetae. Eur. Hec. 768: πατήρ νιν ἐξέπεμψεν ὄρθρωδῶν θανείν. Jon. 1564: θανείν σε δείσας μητρὸς ἐκ βουλευμάτων. (Lys. 13, 27: οὐκ ἐδεδίεσαν βασινοθήναι.)

ταύτη μᾶλλον τι propterea hoc magis. *Raphelius.*

4. ἐπανελθῶν, quinto die, ut habet Curt. 6, 5, 21. *Raphelius.*

τοὺς Ἕλληνας τοὺς μισθοφόρους, de quibus modo c. 23, 7 ss. *Raphelius.*

5. Καλχηθονίων. cf. Kr. ad Xenoph. Anab. 6, 4, 38.

τοὺς δὲ ἄλλους. ξένους addendum esse negat Sintenis in cens. alt. p. 150: dici Graecos praeter eos qui ante pacem cum Macedonibus factam apud Persas meruerint ac propterea liberi dimissi sint. Haec ego parum intelligo.

ἐνδηλος ἐγεγόνει — perspicuum fuerat quod ipse non parvam rem duceret servare hos viros. Non negligentem se praebuerat Andronicus in reducendis Graecis, quasi leve quippiam et contemnendum esset; sed tanquam in re quam ipse magni momenti iudicaret, tantam curam tantaque diligentiam adhibuerat ut ipsius studium atque industriam alii quoque intellexerint. Vel etiam verti potest: prae se ferebat non parvi se aestimare quod servasset hos viros. [Verum est superius.] Ut ergo praemium aliquod operae huius et fidei ipsi persolveret Alexander praeesse eum iussit iis ipsis quos incolumes praestiterat, ut fidem ei essent praemii materia qui laboris fuissent. Ita ἐνδηλον γίνεσθαι usurpatur 2, 4, 10 et simplex δῆλον 1, 5, 2. 5, 28, 4. Et οὐ γὰρ ἄλλον ποιεῖσθαι, non parvum ducere, non negligere, non contemnere, non tanquam rem frivolum negligenter agere 1, 7, 4. 25, 8. *Raphelius.*

C. 25.

1. Ζευδράκαρτα. Scripsi Ζαδράκαρτα ut c. 23, 6, ne diversa in tam paucis scriptura lector turbetur, quamvis liquide affirmare nequeam utrum rectius sit Ζευδράκαρτα an Ζαδράκαρτα. *Schmiederus.* Hanc ipsam ob causam neutro loco scripturam mutavi, quamquam mihi persuasum est urbem utroque loco dici eandem: quod qui nuper negavit verbis 23, 6: προῆμι ὡς ἐγὼ Ἰρχανίας εἰς Ζαδράκαρτα πόλιν Ἰρχανίων Alexandrum iam tum illuc pervenisse dici opinatur. Sed ibi tantum quo contenderit significatur, ut proxima quoque καὶ ἐν τούτῳ κ. τ. λ. significant. Ζαδράκαρτα hic et c. 23, 6 Paris. C.

τὰ βασίλεια. Aliter Strabo 11, 7 p. 508 inter Hyrcaniae oppida nominans Κάρια καὶ τὸ βασίλειον Τάπη. Siquidem Ζάδρα oppidum significat, Κάρια fuerit Arriani Ζαδράκαρτα, quam urbem qui Ptolemaei Hyrcaniam esse volunt atque nostra aetate Khurghan sive Dschorschan dici putant rem incertam videntur pro explorata ponere.

Ἀρείας. Ἀρίαν vel Ἀριανήν scribit Strabo, quam late pertinuerit docens 2, 1 p. 84. 2, 5 p. 130. 11, 10 p. 516. 15, 2 p. 720. cf. Cellar. Notit. orbis ant. t. 2 p. 842 ss.

Σουσίαν. Urbem Ariae Susiam praeter hunc locum memoratam non vidit. *Schmiederus.*

3. τὴν τε τιάραν ὀρθήν. Regium hoc erat insigne. Xenoph. Cyrop. 8, 3, 13: προῦφάνετο ὁ Κῦρος ἐφ' ἄρματος ὀρθήν ἔχων τὴν τιάραν καὶ χιτῶνα πορφυροῦν μεσόλευκον. Infra 6, 29, 3 ὀρθὴν χιτῶνα vocat. *Raphelius*. Τὴν βασιλικὴν καὶ ὀρθοπαγῆ ζιταρίω dicit Plut. de Alex. fort. 2, 3. V. Kr. ad Xenoph. Anab. 2, 5, 23 cl. schol. ad Aristoph. Av. 487 et interpr. Curt. 3, 3, 19.

Περσικὴν. Βασιλικὴν coniecit Sintenis. Sed vereor ne ipsius scriptoris culpa subsit minus accurate locuti. Ceterum proprie fuit Μηδικὴ στολή. V. Strab. 11, 13 p. 523 s. et Kr. annot. ad Xenoph. Anab. 1, 2, 27.

Περσικὴν στολήν. Intelligas eam vestem quam Xenoph. Cyrop. 8, 3, 13 vocat χιτῶνα μεσόλευκον· ἄλλω δ' οὐκ ἔξεσι μεσόλευκον ἔχειν, sc. praeter regem, et Curt. 3, 3, 17: tunicam purpuream, cui medium album intextum erat. Sarapis vocabatur. De reliquis regum Persarum insignibus v. Xenophontem l. l. cum interpretibus. *Schmiederus*. At non solum tunica significatur, sed omnino vestis regia, descripta a Curtio l. l.

Ἀρταξέρξης. Vox Artaxerxes significat strenuum bellatorem, sicut Xerxes bellatorem simpliciter, et Darius coercitorem, domitorem Herodoto teste 6, 98. Recipere tale nomen solebant qui e conditione privata in regnum proveherentur. *Schmiederus*. Fortasse tamen Artaxerxes magnum regem significabat. V. librum meum hist. philol. Studien p. 53 ann.

προσδοκᾶσθαι — ξυμμαχούς sperare [sperari] autem venturos sibi et Scythas auxilio. Confoederatos Bessi minus recte Scythas dici nec id Arrianum velle puto. *Raphelius*.

4. τοὺς ἐθελοντὰς ὑπομείναντας qui voluntarii remanserant cum caeteri dimitterentur domum 3, 19, 6. *Raphelius*. De dicendi ratione cf. 3, 29, 5 et Gr. § 50, 12 ann. 1. Sic ἐθελοντὴς μετέσχε 4, 4, 1 cl. 5, 29. 3. 6, 8, 3. 7, 12, 1 et Gr. § 57, 3 ann. 2. Ἐθέλων apud Arrianum sic non legitur.

Νικάνωρ δὲ — νόσφ. Haec praeter opinionem et sine ullo nexu inseruntur, ut putem vel excidisse quaedam, sic forte: τοὺς Ἀνδρομάχου καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς τοὺς Σελένου· Νικάνωρ δὲ κτλ., vel transponenda esse ea verba in c. sequens § 3 sic: καὶ ὅσοι ἄλλοι μετέσχον αὐτῷ τῆς ἐπιβουλῆς· Νικάνωρ δὲ κτλ., quod verosimilius. *Schmiederus*. Nisi Arrianum subabsurde scripsisse placet, haec suspicio justa videbitur; probabilior autem posterior conjectura.

5. τὴν ἐπὶ Βάκτρα sc. ὀδόν, uti mox integre scribitur § 6. *Raphelius*.

Ἀρτακόανα. Artacacnam vocat Curt. 6, 6, 33. *Raphelius*. Scribitur hoc nomen in uno msto Ἀρτακόαν, in Veneta et Bas. altero loco Ἀρτοβόανα, a Diod. 17, 78 Χορτάκινα, in Strabone Ἀρτακάνα vel Ἀρτακάνα 11, 11 p. 516. Curtius 6, 6, 33 eodem modo et pluries variat. V. Freinsheimium. In his turbis sequi malui optimum, qui habet Ἀρτκόανα. *Schmiederus*. Artacoana in Parthis novit Ammian. 23, 6, 43, Artacoana Arianae Plin. 6, 23 (25); atque haec videtur verior scriptura esse.

ἔγνωκεν. immo ἐγνώκει.

δυσίη, cf. 4, 3, 1. Non ita Attici. Gr. § 24, 2 ann. 3.

7. ἐν τῷ τότε et tunc adveniente Alexandro, ne ipsi poenas defectionis darent, deseruerant vicos suos. *Raphelius*.

ἀπολειπόντας τὰς χώμας, τοῦτων δὲ ἄλλη. In tribus mss. offendi, etiam Vulcanius in v. c. ἀπολιπόντας et τοῦτων, ut sit oratio elegantior suspensa et intercisa, quod ab Arriano non est alienum 1, 22, 5. *Gronovius*. cf. 4, 23, 3. *Raphelius*.

ἄλλη καὶ ἄλλη hinc inde, diversis viis. *Raphelius.*

Ἀρσάμην. Sic idem homo scribitur 3, 29, 5. 4, 7, 1. *Schmiederus.* Posteriore loco Bas. rursus Ἀρσάκην.

Ζαραγγαίων. Δράγγας legitur 3, 28, 1. 4, 13, 3. 7, 10, 5. Δράγγων 3, 21, 1. 6, 15, 5, quod Δραγγῶν pronunciandum. Nam Δράγγαι appellantur a Strab. 15, 2 p. 723 s. et Steph. Byz. s. v. cf. Curt. 6, 6, 36. 8, 3, 17 et Plin. 6, 17 (21). 23 (25). Sed quod Blancardus statuit Drangas apud Arrianum Ζαραγγαίων et Ζαράγγων 7, 7, 3 vel potius Ζαραγγῶν populo substituendos esse, merito adversatur Valckenarius ad Herod. 3, 117: „veri, inquit, valde videtur simile barbaricum unius gentis nomen a Graecis diversimode fuisse pronunciatum, Σδράγγας, Δράγγας, Σαράγγας, quod et suspicatus est Fabricius ad Isidor. Charac.“ Eandem autem gentem dictam esse his verbis statuere licebit, tametsi a Plinio 6, 23 (25) Drangae et Zarangae disjunguntur. Ceterum de his Alexandri itineribus v. Strab. l. l. et Plin. 6, 17 (21) et de situ terrae ad c. 28, 1.

τὰ βασίλεια τῶν Ζαραγγαίων, ut videtur Zarang appellata. V. Rennell. Geogr. Herod. p. 196 vel Clint. Fastt. Hell. p. 233. Prophthasiam Drangarum nominant Strabo et Plin. l. l. atque Ammian. 23, 6, 71.

Βαρσαέντης δέ —. cf. Curt. 8, 13, 3.

C. 26.

1. Ἐνιαῦθα, in Drangiana. cf. Strabo 15, 2 p. 724.

τὴν Φιλώτα ἐπιβουλὴν. De hac fusissime Curtius totis quinque capitibus ultimis libri sexti. *Raphelius.*

ὅτι προηγγελμένην ἤδη οἱ. ὅτι cum accusativo construitur per peculiarem Graecismum cujus generis exempla invenies ad 2, 16, 6. *Raphelius.* Emendata distinctione accusativus pendet ex ἔμαθε verbo repetendo. Similiter 4, 3, 5. Mox liberum enunciatum adjungitur participio, ut 3, 23, 5.

ἐν Αἰγύπτῳ. Lucem his servavit Plut. Alex. 48. Inter feminas apud Damascum captas erat Antigone, pulcherrima, Πύδναε, quae Philotae cessit. οἷα δὲ νέος πρὸς ἑρωμένην καὶ σὺν οἴνῳ πολλὰ γιλότιμα καὶ στρατιωτικὰ παρησιαζόμενος ἑαυτοῦ τε τὰ μέγιστα τὰ ἔργων ἀπέβαινε καὶ τοῦ πατρὸς. Ἀλέξανδρον δὲ μισράκιον ἀπεκάλεσε δι' αὐτοῦς τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα καρπούμενον. Quae et alia cum per feminam loquacem emanarent atque Alexandro referrentur, tamen, quamquam non parum suspectum redderent Philotam, ab ultione se abstinuit Alexander, ignorantiam simulans. *Schmiederus.* Adde Plut. de Alex. fort. 2, 7.

2. ἐς Μακεδόνας. Curt. 6, 8, 23. 25: Rex edixit, omnes armati coirent. Sex millia fere militum venerant. — De capitalibus rebus vetusto Macedonum modo inquirebat exercitus; in pace erat vulgi; et nihil potestas regum valebat nisi prius valuisset auctoritas. cf. Freimshem. ad h. l.

ἐξελέγξαι convicisse, uti paulo post hac ipsa periodo. *Raphelius.*

ἐπιβουλὴν τινα, de qua scripserunt Diod. 17, 79 s., Curt. 6, 7—11. Plut. Alex. 49, Just. 12, 5. Dimnus quidam de re quippiam regem incusans insidias ei comparat. Nicomachus autem quem in communionem sceleris pertraxerat, fratri Cebalino rem communicat, qui, metuens ne conciorum quis prior insidias indicaret ipseque in periculo haereret, Philotae

omnia exponit. Qui vero quum primo et secundo die regi rem non indicasset, Cebalinus quendam e pueris regis adiit, Metronem, et singulis accurate expositis, ut omnia quam celerrime regi nuncientur orat. Ceterum in his omnibus maxima fides habenda est Arriano, meliores auctores sequuto; minima Curtio, qui quae Diodorus historice tradidit per quinque capita rhetorice et tragice tractavit. Curtius omnia arripit ad animum lectorum movendum. In hujus rei descriptione lectorum misericordiam pro Philota movere vult; inde evenit ut hic Alexandri gloriam diminuens proposito suo ipse obstare videatur, quum in reliquis admirationis Alexandri augendae cupidissimus sit. *Schmiederus*.

3. Πολυδάμανια. cf. Curt. 7, 2, 11 ss.

ἐν Μηθία. Parmenion jubente Alexandro pecuniam omnem ex Persis Ecbatana transportandam curaverat c. 19, 7. *Schmiederus*.

4. περιών. Participium aptissime alteri ἀνηρημένου oppositum in A codice ob proximum Παρμενίων excidit.

ἐν τοσαύτη ὧν ἀξιώσει. Laudes ejus complectitur Curt. 7, 2, 33 cl. c. 1, 3 et 6, 11, 32.

τῶν ἄλλων ξένων. Gr. § 50, 4 ann. 11.

ὧν πολλάκις —. Vertendum fuerat: quibus saepe seu ordine ipsum vocante seu etiam extra ordinem jussu Alexandri praefuerat. Ἐν μέρει est vice propria et suo ordine. Rursum παρὰ τὸ μέρος est quum non vicem suam obiret, sed Alexandri jussu aliis praeteritis id munus ipsi potissimum non vocante ipsum serie injungeretur. Hoc autem erat ex disciplina Macedonicae militiae ut primus locus seu imperia sive inter duces sive inter τάγματα et pro iis quoque duces eorum transirent vel per dies vel per hebdomadas (num vero et Macedonibus haec notae fucere? Raphaelius.), ut demonstravimus satis perspicua fide ad 1, 14, 6. Gronovius. Xenophon Anab. 7, 6, 36: ἴστε ὅτι ἄνδρα καταλαβόντες ἔσεσθε — πολλὰ σὺν ὑμῖν πονήσαντα καὶ κινδυνεύσαντα καὶ ἐν τῷ μέρει καὶ παρὰ τὸ μέρος. Ἐν μέρει sine articulo est per vices, ut 4, 21, 4, 5, 18, 7; ea sententia quam Gronovius dixit requirit articulum. cf. 1, 9, 3, 7, 9, 4.

C. 27.

3. αὐτῆ τῆ ἡμέρα. τῆ cur delendum censuerim docet ann. ad 1, 4, 5.

4. καταστήσας — δύο praefecit amicorum equitatus duces duos. Et verba hanc versionem postulant et res ipsa, cum mox dicantur amicorum copiae in duas partes divisae. *Raphaelius*.

δίχα διελῶν. Quae amicorum copiae in unius antea Philotae manu, ut clarum ex Curt. 6, 9, 21: equitatus, optimae exercitus parti, principibus nobilissimae juventutis unum praefeci. Sic et Arrian. 3, 14, 8. *Blancardus*.

οὐδὲ φίλων ἄν ne amicorum quidem, ex quorum numero erant Hephaestio et Clitus. Ceterum notandum hic est discrimen τοῦ ἑταίρου et τοῦ φίλου. Illud nomen est honoris et dignitatis tribuebaturque praestantissimae equitatus parti, uti vel hic locus declarat: hoc autem fidei et amoris, quo sensu Latini proprie amicos appellant. Quae duo cum Latini non distinguant, obscurius haec Latine dicuntur, quae in Graeco sunt plana et perspicua. *Raphaelius*.

ἦλλον ἂν ἤβουλετο. Inchoavit loci emendationem Freinsh., non perfecit. Lego ὅτι ἦλλον ἔτ' ἄνδρα ἤβουλετο. *Pflugkiius*. Non certam praestiterim hanc conjecturam.

ἀφικνεῖται. Strabo 15, 2 p. 724 s.: εἰτ' ἐξ Ἀραγγῶν ἐπὶ τε τοὺς Ἐδεργέτας ἦεν, οὓς ὁ Κῦρος οὕτως ὠνόμασε, καὶ τοὺς Ἀραχωτοὺς ἦτοι διὰ τῶν Παροπαμισαδῶν ὑπὸ Πλειάδος ὄσαν. ἔστι δ' ὄρινη καὶ χειονοβόληιο τότε, ὥστε χαλεπῶς ὠδεύετο· πυκναὶ μῆντοι κῶμαι δεχόμεναι, πάντων εὐποροὶ πλὴν ἐλαίου, παρευθοῦντο τὰς δυσκολίας. εἶχον τε ἐν ἀριστερᾷ τὰς ἀκρωρείας. ἔστι δὲ τὰ μεσημβρινὰ μὲν τοῦ ὄρους τοῦ Παροπαμισοῦ Ἰνδικὰ τε καὶ Ἀριανὰ, τὰ δὲ προσάρκια καὶ τὰ πρὸς ἐσπέραν Βάκτρια.

Ἐδεργέτας. cf. Curt. 7, 3, 1 et Diod. 17, 81, ubi Ἀριμασποί dicuntur, ubi apud Steph. Byz. in Ἐδεργεῖαι, ad quem locum Holstenius apud Arrianum Ἀριμάσπας legendum esse arbitrat.

5. ἴσα. Thuc. 3, 14: ἐν τῷ ἱερῷ ἴσα καὶ ἐκτετα ἐσμέν. ubi v. ann.

τοῖς κρατίστοις. Accusativum requisivi propter Thucydidis verba l. (ἴσα καὶ οἱ ἀριστοὶ μεταποιονταί); τοῖς ἀριστοῖς propterea quod hic non fortitudo sed justitia respicitur. cf. Gr. § 23, 7 ann. 1.

Δημήτριον. Hic inter conjuratos nominatur Curt. 6, 7, 15. [11, 35.] *Raphelius*.

C. 28.

1. Ἀράγγας τε καὶ Ἀραγωγούς. Legendum censemus Ἀράγγας τε καὶ Γαδρωσούς, quia confusas statuo fuisse litteras et non nisi unica mutatur: et ecce causas daturas, ut opinor, βλέποντα μαρτίρια. Primum nusquam eos subigi ab Alexandro narrat Arrianus, sed deum 6, 25, 4 ss. per eos periculose redisse dicitur, quod omnino sine pugnis factum non foret, nisi pacalis jam ante ab Alexandro incolis. Tantum dicit [6, 22, 1] in confinio locatos quosdam Oritas et Gedrosos fuisse, qui audito Alexandri adventu diffugerint, Oritas statim ad se dedendum mittentibus. De Gedrosis nihil, nisi quod tantum transit et quidem difficillima ratione, ita ut si hostes passus tunc fuisset Gedrosos, millies trucidari potuerit: [?] atque adeo hi Gedrosi in confinii praesidio locati videntur non publica auctoritate gentis, sed tanquam temeraria colluvies illic consedissee. Immo et ipse Alexander praebet huic emendationi firmissimum robur, dum Cartmaniam et Oritas in reditu subactos, non item Gedrosiam fatetur 7, 10, 7. Deinde quum Alexander venisset in Gadrosorum regiam [6, 27, 1], Apollophanem, quem tamen paulo ante [6, 22, 2] Oritas datum dixerat, satrapam ejus regionis, ὅτι οὐθενὸς ἔγνω ἐπιμεληθέντα τῶν προσηγγελημένων, dignitate exiit, substituens Thoanta, quo mortuo Sibyrtilium 6, 27, 1. Jam quaero quando hic Apollophanes sit constitutus? Procul dubio nunc, quum subactis illis aut accepto aliquo parendi indicio ad alia transiret: quod non memorasse Arrianum quis credet? Nec locus ei narrationi tamen ullus est alius hoc ipso. Quin et apparet occasionem fuisse hujus satrapae Oritis constituendi 6, 22, 2, quod jam Gedrosis imperaret vicinis eorum. Etiam ipse situs hoc docet, quem sic describit Periplus sub nomine Marciani Heracleotae: Γεδρωσία περιβάλλεται ἀπὸ μὲν ἄρκιων τῇ Ἀραγγιανῇ, ἀπὸ δὲ δύσεως τῇ προσημμένη Καρμανία μέχρι θαλάσσης, ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῷ τῆς Ἰνδικῆς μέρει τῷ παρὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν μέχρι τοῦ πρὸς τῇ μνημονουμένη Ἀραχωσίου ὄριον, quae etiam nota habuit Raderus apud Freinshemium in notis Curtianis 9, 10, 5. Huic situi quid commodius dici possit quam quod dicit Arrianus ἐν τῇ κερίδῳ περρασιγασίμενος ignoro. Denique Curtius Arachotis et Ge-

drosis eundem praefectum ponit, nempe Menona [Arachosiis quidem 7, 3, 5, sed de Gadrosis 9, 10, 5: liber hic populus concilio habito deditit se. Aliter tamen Freinshem. ad 9, 10, 5.], ut vero simile sit hos populos uno tempore subjugatos fuisse. Plane ut nunc quoque subegit τοὺς προσχώρους Ἀραχωίτους. Gronovius. Ejus conjecturam et firmat Diod. 17, 81: τὸ δὲ αὐτὸ καὶ τῶν ὁμόρων τῶν ὀνομαζομένων Κεδρωσίων ποιησάντων καὶ τούτους ταῖς προπούσαις χάριον ἡμίφατο. ἀμφοτέρων δὲ (Ἐνεργετῶν καὶ Κεδρωσίων) τὴν στρατηγίαν Τηριδάτη παρέδωκε. Schmiederus.

τοὺς Ἀραχωίτους. Strabo 11, 9 p. 513: γησὶ δ' Ἐρατοσθένους τοὺς Ἀραχωίτους καὶ Μασσαγέτας Βακτριούς παρακίεσθαι πρὸς Ὠξόν. 11, 10 p. 516: ὁμορεῖ δὲ ἡ Ἀρία τῇ Βακτριανῇ — συντελῆς δ' ἦν αὐτῇ καὶ ἡ Ἀραγριανῇ μίχρον Καρμανίας, τὸ μὲν πλεόν τοῖς νοτιοῖς μέρεσι τῶν ὁρῶν περιπεπωκῆναι, ἔχουσα μέντοι τινα τῶν μερῶν καὶ τοῖς ἀρχικοῖς πλησιάζοντα τοῖς κατὰ τὴν Ἀρίαν' καὶ ἡ Ἀραχωσία δὲ οὐ πολὺ ἀπωθὲν ἔστι, καὶ αὐτῇ [v. αὐτῇ] τοῖς νοτιοῖς μέρεσι τῶν ὁρῶν ὑποπεπωκῆναι καὶ μέχρι τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ τιαμῆνη μέρος οὖσα τῆς Ἀριανῆς. Inepte Curt. 7, 3, 4

4. ἐν τούτῳ δὲ —. Strabo 15, 2 p. 725: διαχειμάσας δ' αὐτόθι [v. ad c. 27, 4] ὑπερδέξιον ἔχων τὴν Ἰνδικὴν καὶ πόλιν κίσις ὑπερήχρισεν εἰς τὴν Βακτριανὴν διὰ ψιλῶν ὁδῶν, πλὴν τεμίνθου θαμνώδους ὀλίγης, ἀπορούμενος καὶ τροφῆς, ὥστε ταῖς τῶν κτηρῶν σαρξὶ χρῆσθαι, καὶ ταύταις ἀμαῖς διὰ τὴν ἀξυλίαν' πρὸς δὲ τὴν ὠμοσιτίαν πεπυκόν τι ἦν αὐτοῖς τὸ σίληιον πολὺ πεινκός. πεντεκαδεκαταῖος δὲ ἀπὸ τῆς κτισθείσης πόλεως καὶ τῶν χειμαδίων ἦκεν εἰς Ἀδραφα, πόλιν τῆς Βακτριανῆς. cf. Aeliani V. H. 12, 37.

ἄσοις νόμος αὐτῷ quibus solebat. Raphaelius.

τὸν Καύκασον τὸ ὄρος. Strabo 11, 8 p. 511: τὰ δ' ὄρη Μακεδόνες μὲν ἄπαντα τὰ ἐφεξῆς ἀπὸ Ἀρίων Καύκασον ἐκάλεσαν· παρὰ δὲ τοῖς βαρβάρους τὰ τε ἄκρα καὶ τοῦ Παροπαμίσου τὰ προσβόρεια καὶ τὰ Ἡμωδία καὶ τὸ Ἰμαίον καὶ ἄλλα τοιαῦτα ὀνόματα ἐκάστοις μέρεσιν ἐπέκειτο. cf. 15, 1 p. 689.

5. ὥσπερ τι ἄλλο. Ferri quidem hoc potest, sed non est Arrianeum, qui dicere solet εἴπερ τι ἄλλο, ut 1, 24, 2. 2, 1, 3. 3, 11, 2. 22, 2. 5, 27, 9. Schmiederus. Oblitus erat 6, 14, 2. Consimilia v. in ann. ad Xenoph. Anab. 1, 3, 15. Ceterum haec formula proprie tantum comparandi est, ut perspicue apud Thuc. 6, 18, 7; altera, εἴπερ τι ἄλλο, extollendi vim habet.

ψιλὸν δὲ τὸ πολὺ. Vult auctor magnam Caucasii partem, inprimis eam in qua tunc Alexander versabatur, nudam et effoetam gignentium fuisse, non solum isto tempore, sed etiam perpetuo. Gronovius. De ψιλὸν vocis vi cf. Kr. ind. ad Xenoph. Anab. in v. ed. max.

διακεκριμένα — distinctos a Caucasio alia atque alia appellatione. Ita 3, 30, 9: ἡ Λιβύη ἀπὸ τῆς Ἀσίας τῆς ἄλλης τῷ Νεῖλω ποταμῷ διακρίεται. Plura de Caucasio et Tauro traduntur Ind. c. 2. Raphaelius. De re cf. Salmas. ad Solin. p. 555.

κατὰ ἔθνη. Mss. κατὰ ἤθη et Stephanus in ora editionis Vulcanii. Raphaelius. Quam scripturam ut recipias cogit quod additum est τὰ ἐκείνων.

6. ἐν γε τούτῳ τῷ Καυκάσῳ in hoc quidem Caucasio. Legenti Indica c. 2, 4 patebit cur Arrianus dicat ἐν γε τούτῳ, quibus verbis hunc Caucasum ab alio Caucasio, Scythico nempe illo, distinguit, quem Alexander nunquam transscendit. Raphaelius.

τέμινθοι. De Terebintho adscribo Plin. 12, 6 [13]: Genera arborum Macedones narravere majore ex parte sine nominibus. Est et (sc. arbor) terebintho similis cetera, pomo amygdalis, minore tantum magnitudine, praecipuae suavitatis. In Bactris utique hanc aliqui terebinthum esse proprii generis potius quam similem ei putaverunt, sed unde vestes

lineas faciunt; foliis moro similis calice pomi cynorrhodo. Serunt eam in campis nec est gratior ularum prospectus. *Schmiederus*.

καὶ χαίρουσι. καὶ fortasse ex proxima syllaba ortum est.

7. Ἔνα αὐτοῖς —. Animadvertendum est Arrianum haec ex Aristobulo descripsisse. Suo enim tempore silphium in Cyrenaica ipsa, si non plane extinctum, rarissimum tamen fuisse apparet ex Plin. 19, 3 [45] et Strab. 17 p. 576 [p. 837. 839]. A multis nostrorum pro casia habetur. Plinius l. l. succum ejus ait ad pondus argentei denarii pensum esse; ovem quum comederit, protinus dormire, capram sternuere; silphium in Perside, Media et Armenia large nasci, sed multo infra Cyrenaicum; et 22, 23 [48]: venit primo e Cyrenis, ex Syria nunc maxime importatur, deterius Parthico, sed Medico melius, extincto omni Cyrenaico. Sequuntur deinde usus silphii in medicina. Ad condimenta etiam ciborum adhibebatur. V. Perizon. ad Ael. V. H. 12, 37. *Schmiederus*. Cf. Plaut. Rud. 3, 2, 16 ibique interpr.

εἶσω παρελθεῖν intrare, ne ab interioribus tantum locis prohibita intelligantur, cum eas prorsus a silphii pastu arcuerint. *Karphelius*.

8. Δάας. Strabo 11, 7 p. 508: τοὺς ἐν ἀριστέρᾳ εἰσπλέοντι τὸ Κασπίον πέλαγος παροικούντιαι νομάδας Δάας οἱ γὰρ προσαγορεύουσι τοὺς ἐπονομιζομένοις Πάρουσι· εἴνα ἔρημος πρόσκειται μεταξὺ καὶ ἐγεξῆς ἢ Ὑρακηνία. 11, 8 p. 511: οἱ πλείους τῶν Σκοθῶν ἀπὸ τῆς Κασπίας θαλάττης ἀρξάμενοι Δάαι προσαγορεύονται, τοὺς δὲ προσεφούς τούτων μᾶλλον Μεσσαγέτας καὶ Σάκας ὀνομαῖουσι, τοὺς δ' ἄλλους κοινῶς μὲν Σκύθαις ὀνομαῖουσιν, ἴθαι δ' ὡς ἐκάστους. Ἄπειρος δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ νομάδας. — τῶν Δαῶν οἱ μὲν προσαγορεύονται Ἀπαροὶ, οἱ δὲ Σάνδιοι, οἱ δὲ Πίσσοροιοι. οἱ μὲν οὖν Ἀπαροὶ πλησιαιτάτα τῇ Ὑρακηνίᾳ παράκεινται καὶ τῇ καὶ αὐτὴν θαλάττῃ· οἱ δὲ λοιποὶ διαμένουσι καὶ μέχρι τῆς ἀντιπαρηκόσης τῇ Ἀσίᾳ. cf. 7, 3 p. 304 et 11, 10 p. 515.

τοῦ Ταναΐδος. v. c. 30, 7. *Schmiederus*.

10. Ναύτακα. cf. Curt. 8, 2, 19 ibique interpr.

Δάαι οἱ ἀπὸ τοῦ Ταναΐδος. Male hunc populum a nostro ad Jaxartem transpositum esse, quum habitaret ad Oxum et mare Caspium, docet St. Croix p. 211 ss. Forte minus distincte loquitur auctor quia supra § 8 jam dixerat Δάαι οἱ ἐπὶ ταῦτε τοῦ Ταναΐδος. *Schmiederus*.

C. 29.

1. Δράψακα. Ex urbibus hisce Δράψακα maxime meridiem versus ad Paropamisum, Aornus paulo superius et Bactra ipsa maxime versus septentrionem sita fuisse videntur. *Schmiederus*. Ἀδραψα Strabo l. ad c. 28, 4 adscripto. Idem 11, 11 p. 516: πόλις δ' εἶχον (οἱ Βάκτροιοι) ἰά τε Βάκτρα, ἣν καὶ Ζαριάσπαν καλοῦσαν, ἣν διαρῆει ὁμώνυμος ποταμὸς ἐμβάλλων εἰς τὸν Ὠξον, καὶ Δράψαν καὶ ἄλλας πλείους. Drepsa metropolis apud Ammian. 23, 6, 59.

ἐς Ἀορνον. Scripsi ἐς Ἀορνον pro ἐς Ἀόρνου, quia mox sequitur ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς Ἀόρνου et 6, 28, [4, 29?] 1 alia quidem arx sive petra sed ejusdem nominis occurrit, quae omnibus locis ἢ Ἀορνός vocatur. *Schmiederus*. Ἀορνα ὄρα apud Plut. de Alex. fort. 1, 3.

2. ὁ δὲ Ὠξος —. cf. 7, 16, 3 et Strabo 11, 7 p. 509: διαρῆεται δὲ

καὶ ποταμοῖς ἢ Ὑκρανία τῷ τε Ὠχρῷ καὶ τῷ Ὠξῷ μέχρι τῆς εἰς θάλατταν ἐκβολῆς, ὧν ὁ Ὠχρὸς καὶ διὰ τῆς Νησαίας δεῖ. ἐπινοεῖ δὲ τὸν Ὠχρον εἰς τὸν Ὠξον ἐμβάλλειν γασίν. Ἀριστόβουλος δὲ καὶ μέγιστον ἀποφαίνει τὸν Ὠξον τῶν ἑωραμένων ὑφ' αὐτοῦ κατὰ τὴν Ἀσίαν πλὴν τῶν Ἰνδικῶν. γῆσι δὲ καὶ εἴπλουσι εἶναι καὶ οὗτος καὶ Ἐρατοσθένης, παρὰ Παιτροκλείους λαβόν, καὶ πολλὰ τῶν Ἰνδικῶν φορτίων κατέγειν εἰς τὴν Ὑκρανίαν θάλατταν, ἐπιτεῦθεν δ' εἰς τὴν Ἀλβανίαν περαιούσθαι καὶ διὰ τοῦ Κύρου καὶ τῶν ἐξῆς τόπων εἰς τὸν Εὐξείνιον καταφέρεσθαι οὐ πᾶν δὲ ὑπὸ τῶν παλαιῶν ὁ Ὠχρὸς ὀνομαζέται. cf. 2, 1 p. 73 et Polyb. 10, 48, 1 ss.

τὴν μεγάλην θάλασσαν τὴν καθ' Ὑκρανίαν. Quam et Caspianam et Hyrcaniam appellatam esse Strabo quoque tradit 2, 1 p. 74, 2, 3 p. 121. 11, 2 p. 492.

3. βάθους δὲ οὐδέ. Malim οὐ. *Pflugkius*.

οὐδὲ πρὸς λόγον τοῦ εὐρους ne quidem respondet latitudini. Major erat profunditas quam pro latitudine. Ita πρὸς λόγον est lud. 9, 6 et 15, 6. *Raphelius*.

πρὸς αὐτοῦ τοῦ ῥοῦ — ab ipso fluctu evellantur e terra haud difficulter. Ita rectius haec verba puto cum sequentibus conjungi quam cum antecedente καταπηγνύμενα. Tam violentum Oxum amnem invehi ait ut ipsa cursus rapiditate facile quae infixa sint e terra evertantur. *Raphelius*

κατὰ τῆς ψάμμου ἰδρυμένα in arena constituta, defixa, ut κατὰ βάθους, in altum 2, 21, 7. *Raphelius*.

4. τόποις. opt. πόροις, quae vox omnino huic loco convenientior est. πόρος enim et locus dicitur ubi transmittitur 6, 7, 1, quamquam pluralem numerum hoc sensu non memini me legere. Idem ergo id foret cum eo quod est apud Curtium 7, 5, 17, pontem erigi non potuisse circa amnem nudo solo. *Raphelius*. Τόποις quum suppeditarit cod. C, nihil jam est quod quis in hoc loco haereat. Quod erat vulgatum antea, πόνους, mihi videbatur corruptum e πλησίον, eique conjecturae favere existimabam id quod sequitur εἰ μακρόθεν μετιοῦν. *Pflugkius*. cf. Strabo 8, 6 p. 371: (Δαναὸς) τοὺς πρὸ αὐτοῦ δυναστεύοντας ἐν τοῖς τόποις ἐπερβαλίσθαι δοκεῖ.

μακρόθεν saepius dixit Appianus, veluti 8, 104. 124. cf. Lobeck. ad Phryn. p. 93. Non enotavi ex Atticis, apud quos, si ἄλλοθεν et πάντοθεν exceperis, similia, ex adjectivis facta, non multa reperias.

ὅσα propemodum idem est quod ἰκανά: quare notum est ὅσος et οἶος etiam infinitivum adsiscere. Gr. § 53, 3 ann. 5.

τοῦ ὕδατος quidquam aquae. Genitivus partem notat. *Raphelius*.

ἰκαναὶ ἐγένοντο suffecerunt ad trajiciendum. *Raphelius*.

τοὺς ἐθελοντὰς καταμείναντας, de quibus supra 3, 19, 6. *Raphelius*.

5. Στασάνορα, Solis Cypri oriundum. Strabo 14, 6 p. 683.

Ἀρσάμης. In Blancardi editione legitur Ἀρσάκης. Sed mendose hic Ἀρσάκης pro Ἀρσάμης legi demonstrat Froinshemius ad Curt. 8, 3, 17. *Raphelius*.

6. καὶ ἐν τούτῳ — Strabo 11, 11 p. 518: (ἐπὶ τοὺς βορειωτάτους τῶν νομάδων) ἐπεγεύρησε μὲν Ἀλέξανδρος ἄγειν στρατίαν, ὅτι τὸν Βήσσον μετῆκε καὶ τὸν Σπιταμῆν ζῶγγιμα δ' ἀναχθέντος τοῦ Βήσσου, τοῦ δὲ Σπιταμῆνους ὑπὸ τῶν βαρβάρων διαφθερέντος ἐπαύσατο τῆς ἐπιχειρήσεως.

C. 30.

1. ἔπεσθαι ἐν τάξει sequi agmine composito, lentiore gradu, cum ipse interim cum equitibus concitatore cursu ferretur. V. ad 3, 21, 8. *Raphelius.*

2. αὐτοῖ παραδοῦναι ipsos tradere. *Raphelius.*

ἦν γὰρ τι — erat enim quidam etiam murus circumdatus et porta in eo sc. muro. *Raphelius.*

3. ἐν κλοιῷ δῆσαντα collo inserta catena, ut scribit Curt. 7, 5, 36. Κλοιός enim est vinculum quod collo circumdatur, collare, catena sive torques ferrea. *Raphelius.*

παρελάσεσθαι. An παρελεύσεσθαι? *Pflugkius.* Propterea, opinor, quod ἐλαύνειν medii forma hac sententia dici non solet.

4. τὰ μὲν πρῶτα. Expressit Curtius τὰ μὲν πρῶτα et ἔπιτα, ab interprete nostro neglecta, 7, 5, 38: prius vincere, deinde occidere sustinuit. *Raphelius.*

οἱ. v. ad 1, 11, 3.

5. ταυτὰ ἐξεῖνα. Potest etiam emendari αὐτὰ ἐκείνα. Sic articulus inculcatus est 6, 27, 6. cf. 5, 16, 2. 28, 3. 7, 9, 3.

ἐν τῇ πίστει ὠνεῖδισε. Cic ad fam. 9, 16: in officio boni civis certe non sum reprehendendus. *Raphelius.* Verte cum Raphelio: quae ipse Besso ob perfidiam suam exprobrarat. *Schmiederus.* Quod restitui ἐν τῇ πίστει refertur ad verba § 4: ἤερο ἀνθ' οἴου κιλ. Rarioris usus verbum (v. ann. ad Thuc. 1, 5, 2) ex harum aetatum scriptoribus etiam Dio C. usurpavit 49, 31. 51, 10. 78, 23. Atque apud Dion. Hal. Arch. 1, 81 e Vat. κατὰ πίστιν restituendum est.

ἀνέγραψεν. De aoristo v. Sinenim ad Plut. Them. 27 extr.

6. ἐπὶ τὸν Ὠξον. Ob celeritatem profectiois et regiones arenosas ac siticulosas. Curt. 7, 3, 2 ss. *Schmiederus.*

Μαράκανδα. cf. Strab. 11, 11 p. 517. Curt. 7, 6, 10. 9, 20 ibique interpr.

7. Ἰαξάρτην. Jam Blancardus emendari vult ex Strabone 11 Ἰαξάρτην: quod recipere non sustinuissem, si Arrianus sibi constaret. At 7, 16, 3 eundem fluvium nominat Ὀξάρτην, quod nomen jam propius accedit ad Blancardi et Grentemesnilli conjecturam. Unde eam utroque loco recipere malui, praecipue quia Jaxartes (Ik-Saerte) in lingua Mogolica significat magnum fluvium. *Schmiederus.* Sic emendandum esse censuit etiam Salmas. ad Solin. p. 555. Dubium tamen reddere potest quod etiam apud Plutarchum Alex. 45 nomen aliter scribitur. Strabo tamen, qui ipse quoque Aristobulo usus est, compluribus locis Ἰαξάρτην scribit 11, 8 p. 510. 517. 518.

καὶ ἀντιῶ εἰσιν. Respicit hoc ad c. 29, 2. *Schmiederus.*

8. ἄλλος δ' ἂν εἴη alius autem fuerit. *Raphelius.*

ὁ Ἡρόδοτος. Herodoti locus est 4, 47 et 57. Posterioris loci ipsa ferme verba noster descripsit. Numerat vero Herodotus Scythiae Europaeae flumina ab occidente ad orientem, ut Tanais, hodiernus Don, sit ultimus et octavus orientem versus. Ab hoc Tanai multis millibus passuum

abest Jaxartes, quem si Macedones Tanain esse dicerent, vel adulabantur Alexandro, quasi fines Asiae transgresso, vel ipsi errabant, quod verosimilius. V. notas ad 5, 5, 3. *Schmiederus*. Ex Alexandri *μολοιμίε* mendacium repetit Strabo 11, 7 p. 509 s.

ὄγδοον converti potest octavae magnitudinis ad imitationem Curtii, cui Taurus secundae magnitudinis mons dicitur 7, 3, 20. Sic Erannoboas *τρίτος τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν* vocatur Ind. 10, 5. *Raphelius*.

ὄρον ποιοῦσι. Facit idem et Curtius 6, 2, 14. 7, 7, 2. *Raphelius*. Curtius tamen utrumque confudit, cum Strabo dudum vera docuisset. v. ll. ll. et 7, 4 p. 310. 11, 3 p. 493. 12, 2 p. 553.

9. *οἷς δὴ* quibus ipsis auctoribus. Dativum autem jungit cum *διείργει*, ut mox cum *διατέχεται*. cf. 5, 6, 1, ubi v. *Raphelium*.

Αἰβνας. τὸς *Αἰβος* Thuc. 7, 50, 2. Sed ex Herodoto, Polybio, Diodoro aliisque tantum *Αἰβνας* enotavi.

Νομάδας. Nomades a permutandis pabulis *μαπαλία* sua, hoc est domus, plaustri circumferentes. Plin. 5, 3. *Raphelius*. De finibus magnarum orbis terrarum continentium cf. Cellar. T. 1 c. 11. praecipue Mannert in Geogr. Gr. et Rom. t. 1. *Schmiederus*.

ἡ Αἰβύη ἀπὸ τῆς Ἀσίας τῆς ἄλλης. cf. ind. hist. in Asia. Strab. 1, 2 p. 32. 35. 1, 4 p. 65. 12, 3 p. 553 s. 17, 3 p. 824. 839. Discernit Polyb. 3, 37, 2 ss. et 12, 25, 7. Non ita Isocr. 4, 179.

11. *τῆς περόνης* — fibulae pars sagitta abrumpitur. Ita 1, 15, 7. Est autem fibula os minus tibiae extrinsecus attensum. Plut. de fort. Alex. 2, 21 [9]: *ἐν Μαρακάνδοις τοξέμματι τὴν κνήμην (πληγείς), ὥστε τῆς κερκίδος τὸ ὀστέον ἀποκλασθὲν ὑπὸ τῆς πληγῆς ἐξαλείσθαι*, in Maracandis sagitta crus vulneratus, illa ut tibiae radio fractum os dissiliret. *Raphelius*. cf. ib. 1, 3: *πρὸς δὲ Μαρακαδιάρτοις τοξέμμασι τὸ τῆς κνήμης ὀστέον διεσχίσθην*.

Liber quartus.

C. 1.

1. *Ὅμηρος*. Il. 13, 6. *Ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων*, ubi v. Eustathium, qui multa de Abiis habet et hunc ipsum quoque Arriani locum allegat. *Raphelius*. Abios a Sogdianis ortum versus habitasse credendum est, quia, si essent supra Tanaim, Scythis Europaeis adnumerati essent. Nec fuere a nostro Abii et Sacae distinguendi. Sacae enim a Macedonibus Abii vel erroris causa vocabantur vel Homeri et gloriationis causa, ut dicere possent se ad longinquos adeo et fabulosos Abios pervenisse. Nesciebant enim longe se jam ulterius quam Caucasum atque Tanaim verum ejusque accolae pervenisse. Vocabantur Abii *αὐτόνομοι*, i. e. suis legibus viventes, nullius imperio subjecti. Mox si legati Scytharum Europaeorum advenisse dicuntur, intelligendi sunt ii Scytharum qui trans Jaxartem incolabant. Simul enim Jaxartes pro Tanai habebatur, simul ejus accolae ad

ripam dextram pro Europaeis. *Schmiederus*. cf. Curt. 7, 6, 11 ibique interpr.

καὶ οὗτοι. *Kaí* cum Par. C et Bas. omitto.

δικαιοτήτα. Eodem verbo utitur 4, 21, 7 et Ind. 9, 12; raro Xenophon et Plato.

ἔθνος. Vox *Σκυθικόν* mala manu ex margine in contextum transcripta videtur. Non enim loquitur de pluribus gentibus Scythicis in Europa, sed opponit Scythas Asiae Scythis Europaeis et hos appellat maximum Europae populum, de qua re consentiunt veteres omnes ex. c. Thuc. 2, 97, 5. *Schmiederus*.

2. πρόφασιν μὲν. cf. 1, 25, 3 et 7, 19, 6. προφάσει μὲν non dixit. Utrouque utitur Dio C., raro tamen altero 54, 32. 59, 23. 60, 34. cf. ann. ad Thuc. 3, 111, 1.

3. ἐν καλῶ — τῆς — ἐλάσεως. Xenoph. Hell. 6, 2, 9: κείσθαι τὴν Κίρκυραν ἐν καλῶ μὲν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου καὶ τῶν πόλεων, ἀδ' ἐπὶ τοῦτον καθήκουσαν, ἐν καλῶ δὲ τοῦ τὴν Λακωνικὴν χώραν βλέπειν, ἐν καλλίστῳ δὲ τῆς τε ἀντιπέραν ἠπείρου καὶ τοῦ εἰς Πελοπόννησον ἐκ Σικελίας παράπλου. cf. Dionys. Arch. 4, 63. Sic καλῶς παράπλου Thuc. 1, 36, 3, ubi cf. interpr.

4. τῶν ἐς αὐτὴν ξυνοικιζομένων in eam commigrantium. *Raphelius*.

οἱ πρόσχωροι. Ne intelligas Scythas qui habitabant trans flumen, contra quos movet postea Alexander, sed populum anonymum ad laevam Tanais. Curtius [7, 6, 13] loquitur de Sogdianorum defectione, quae Bactrianos quoque traxerit et appellat unius urbis incolae nomine Memacenorum. *Schmiederus*.

5. ξυναπέσθησαν pertraxerunt in defectionis societatem. *Raphelius*.

εἴτε δὴ καὶ δεισαντες. Dubitat Arrianus quae causa defectionis fuerit illis qui Bessum ceperant, Spitameni nempe, Cateni aliisque, verene sibi timuerint ab Alexandro, cum ab eo accerserentur, an tantum simularint metum. Alexander enim nunciata Sogdianorum Bactrianorumque defectione Spitamenem et Catenem, a quibus ei traditus erat Bessus, haud dubius quin eorum opera redigi possent in potestatem [coercendo eos] qui novaverant res jussit accersiri. Curt. 7, 6, 14. Sed Curtius posteriorem sequitur sententiam atque ipsos defectionis ad quam coercendam evocabantur auctores vulgavisse famam Bactrianos equites a rege omnes, ut occiderentur, accersiri. l. c. 15. *Raphelius*.

δεισαντες — δόντες. Corrigebam *δεισαντας* — *διαδόντες*. Quarum emendationum priorem occupavit amicus quidam tuus [xm. v. praef. t. 1 p. IX]. cf. Plut. Brut. 15: καὶ διεδόθη λόγος ὡς τεθνηκίας αὐτῆς. *Pflugkii*. Prius, quod etiam Martino in mentem venit, sine dubio verum est (cf. Gr. § 56. 14 ann. 2); *δειδόντες* non sollicitaverim. Cohaerent enim cum hoc enunciato capitulis verba extrema ὡς ἐπ' ἀγαθῷ κτλ.

ἐς ἓνα ξόλλογον in unum conventum, ut universi simul interficerentur. *Raphelius*.

Ζαορτασπα. Strabo 11, 11, p. 516: (τὰ Βάκτρα) καὶ Ζαορτίσπαν καλοῦσιν, ἣν διαρρεῖ ὁμώνυμος ποταμός, ἐμβάλλον εἰς τὸν Ὄξον. 11, 9 p. 514: (Ἐφοισθηνῆς) τὰ διαστήματα οὕτω λέγει, ἀπὸ μὲν τοῦ Κασπίου ἐπὶ τὸν Κύρον ὡς χίλιους ὀκτακοσίους σταδίων· ἐνθεν δ' ἐπὶ Κασπίας πύλας πεντακισχιλίους ἑξακοσίους· εἴτε εἰς Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Ἀρίοις ἑξακισχιλίους τετρακοσίους.

εἰς Βάκτραν τὴν πόλιν, ἣ καὶ Ζαριάσπα καλεῖται, τρισχιλίους ὀκτακοσίους ἑβδομήκοντα. Plin. 6, 18. Zariaspe, quod postea Bactrum, a flumine appellatum. cf. Sahmas. ad Solin. p. 692. Τὰ Ζαριάσπα etiam Charax apud Steph. Byz. cf. Polyb. 10, 49, 15.

ὡς ἐπ' ἀγαθῷ — quasi nullius boni causa, sed malo consilio et ad ipsorum perniciem hic conventus fieret. Optativo modo rectius quam indicativo sententia auctoris exprimitur, ut intelligatur titulum defectionis eos praetulisse periculum suum. *Raphelius*.

C. 2.

2. Κυροῦπολιν. Singulare quid est in his regionibus remotis urbem inveniri cum nomine Cyri. Graeci vertebant interdum nomina urbium peregrinarum in suam linguam, sed saepius adhuc novis eas nominibus vocabant, quae ad traditiones de istis urbibus respiciebant, quas sine cura magna recipiebant. Inter haec fortasse pertinet nomen hujus urbis. St. Croix p. 89. A Stephano vocatur etiam Cyreschata, a Strabone Cyra, *Schmiederus*. Stephanus: Κύρου πόλις, ἣ καὶ Κυρέσχατα καλεῖται, πόλις πρὸς τοῖς ἑσχατοῖς τῆς Περσίδος. Strabo 11, 11 p. 517: γασὶ δ' ὄν ὀκτὼ πόλεις τὸν Ἀλέξανδρον ἐν τῇ Βακτριανῇ καὶ τῇ Σογδιανῇ κτίσαι, πνὰς δὲ κατασκάψαι, ὧν Καριάτις μὲν τῆς Βακτριανῆς, ἐν ἣ Καλλιθίνης συνελήφθη καὶ παρεδόθη φυλακῇ, Μαράκανδα δὲ τῆς Σογδιανῆς καὶ τὰ Κύρα, ἑσχατον ὄν Κύρου κτίσμα ἐπὶ τῷ Ταξάρτη ποταμῷ κείμενον, ὅπερ ἦν ὄριον τῆς Περσῶν ἀρχῆς κατασκάψαι δὲ τὸ κτίσμα τοῦτο, καίπερ ὄντα φιλόκρον, διὰ τὰς πικρὰς ἀποστάσεις. cf. Curt. 7, 6, 19 ss.

περιβάλλεσθαι. Malim περιβαλέσθαι. *Pflugkius*.

προσηχον. Gr. § 56, 3 ann. 5. Sed suspectum est verbum a plerisque codd. omissum. Sic ὅσος cum infinitivo 7, 28, 3 bis.

3. ἤγειτο emittebantur. *Raphelius*. Dubium ἤγειθη Plut. Sylla 28. Ex Atticis ejusmodi formas enotatas non habeo; non magis ἀγειτο et ἀγειθη.

4. ἢ ἐπὶ τὸ τεῖχος. ἢ ferri potest; malim tamen deletum. cf. Gr. § 50, 9 ann. 11.

ἐνθίνδε — ὤκισμένην. Verbo: inde statim ad alteram ab ista sitam urbem movit. δευτέραν est pro δευτέρῳ τόπῳ. *Schmiederus*.

5. ἀμγὶ ταῦτα εἶχε his rebus occupabatur. *Raphelius*.

ἰς τὰς πόλεις. Gr. § 68, 21 ann. 2.

οἱ δέ. cf. ann. ad 2, 7, 9.

6. καὶ τινες καὶ — et quidam etiam ex ipsa illa calamitate. *Raphelius*.

οἱ πλεῖστοι plurimi. *Raphelius*. Immo plerique.

C. 3.

4. ταύτῃ μὲν — illic quidem percutere murum statuebat et in id quod subinde perfringeretur in eo impetum facere;

ipse vero etc. Non praetermittendae neque mutandae erant particulae *μὲν* et *δέ*, quibus oratio haec non tantum connectitur, sed etiam illustratur. Binis namque locis urbem oppugnare aggrediebatur Alexander. Ab altera quidem parte suis negotium dabat ut moenia urbis adorirentur, ab altera vero per alveum fluminis ipse in urbem intrare tentabat. *Raphelius*.

2. *τοῦ ποταμοῦ*. Strabone teste 11 p. 356 [v. ad c. 2, 2] Cyropolis ad Jaxartem sita erat. Assentior magis nostro cui ad torrentem quendam jacet. Jaxartes enim inter majora flumina pertinet, quem Alexander c. 4, 4 s. in pellibus transit, e Cyropoli et septima urbe ad eum regressus. Cellarius [t. 2 p. 836] eam ad fontes Jaxartis sitam fuisse credit, at isti longissime ab istis locis ubi nunc est Alexander absunt. *Schmiederus*.

χείμαρρος ὄν, non torrentis instar, sed cum torrens esset, cujusmodi fluvius aestate siccatur, unde et nomen accepit; cui Graeci per contrarium dedere vocabulum. Nam *χείμαρρον* dixere a tempore quo crescit. Serv. ad 2 Aeneid. *Raphelius*. Cum Parisiis libris *χειμάρρους* restituit.

ξηροὺς ὕδατος. Gr. § 47, 26 ann. 6.

οὐ ξυνεχεῖς. Ne fornicato quidem muro, quod alias in hujusmodi fluviis solet fieri, hic alveus videtur junctus fuisse; neque enim alia ratione muro contiguus fieri potest fluvius. *Raphelius*.

3. *τοὺς ταύτη προσμαχομένους*. Ipsi barbari erant *προμαχόμενοι*, ut mox appellantur, ac propugnatores et conversi *πρὸς τοὺς ταύτη προσμαχομένους*. Ita enim legendum docet ipse ordo *ναῖραν* nec aliter habet ms. opt. et duo alii cum editione Basileensi. Verte igitur: et qui ab ea parte oppugnabant. *Gronovius*.

τῶν πυλῶν. sc. *πύλας* sive *ἐξείνας*. Ita saepe genitivus usurpatur et paulo post c. 4, 1: *ξυνοικήσας ἐς αὐτὴν τῶν Ἑλλήνων*. *Raphelius*. Hoc alius generis est. Genitivus ex relativo pendet: portarum eas quae. cf. Gr. § 47, 28 ann. 2.

βιαιῶς vehementer, graviter, ut oculis caligine offusa collaberetur ne mentis quidem compos. Curt. 7, 6, 22. *Raphelius*. Non improbabile est quod Raderus ad l. l. suspicatur, huc referendum esse quod Plut. de Alex. fort. 2, 9 tradit: *περὶ δὲ τὴν Ὑρακίαν τὸν τραχηλὸν (πληγῆς), ἐξ οὗ καὶ τὰς ὄψεις ἀμυρωθεῖς ἔφ' ἡμέρας πολλὰς ἐν γόβῳ πηρώσεως ἐγένετο*.

4. *ἡμέρα μιᾶ*. *ἡμέραν μίαν* conjecit Sintenis in cens. altera p. 150. Illud contra grammaticam peccare, quum quam diuturna fuerit obsidio dici debuerit. Nescio cur vir doctus dativum cum participio jungere noluerit, quod mihi quidem unice aptum videbatur.

6. *ἔστιν οὐ* saepius dixit Arrianus, in his libris 1, 7, 11. 24, 1. 2, 8, 7. 4, 4. 5, 4, 4. 6, 11, 8. 18. 4. cf. ad Xen. An. 5, 10, 6.

λόγους ἂν ἄξιον. Pro *ἂν* reponendum videtur *ἄρα*. *Pflugkius*. Non satis causae video. cf. Hermann. de *ἂν* part. p. 173.

καταλειφθέντας. Priores editi, inquit Blancardus, legunt *καταληφθέντας*. Quod quidem verbum si suo iudicio ipse mutavit sine msstorum auctoritate, nimis licenter egit. Nam *καταληφθέντας* prorsus est hujus loci, significans *inclusos*, ut ostensum fuit ad 1, 5, 11. *Raphelius*. Quum Gronovius *καταλειφθέντας* tacitus retinuerit, ex suis codicibus alteram scripturam non videtur enotatam habuisse; atque aptius esse *καταλειφθέντας* manifestum est.

7. *ἐπιτάσσει δὲ αὐτοῖς*. Videri queat vertendum: adjungit ipsis Pharnuchem, quasi propterea tantum ipsis additus fuerit ut eo interprete uterentur; neque verbum *ἐπιτάσσει* huic sententiae repugnat, nisi eviden-

tissime ostenderet ipse Arrianus paulo post c. 6, 1 Pharnuchi summam expeditionis fuisse creditam, ut jam Freinsh. ad Curt. 7, 7, 31 observavit. Recte ergo Vulcanii versionem, adjungit, mutavit Blancardus Freinsheimium sequutus. *Raphelius*.

Φαρνούχην. Φαρνούχος legitur apud Aesch. Pers. 305.

τῶν ταύτη βαρβάρων illius loci barbarorum. *Raphelius*.

καὶ τὰ ἄλλα et alioqui, praeterea. *Raphelius*.

C. 4.

1. *τειχίσας*. Curt. 7, 6, 25: Quantum soli occupaverant castris muro circumdedit: LX stadiorum urbis murus fuit; hanc quoque urbem Alexandriam appellari jussit. Justin. 12, 5: ut terris nomen relinqueret, urbem Alexandriam super amnem Tanaim condidit, intra diem septimum decimum muro VI milium passuum consummato translatis eo trium civitatum populis quas Cyrus condiderat. Stephanus in *Ἀλεξάνδρεια*: — ὀκτωκαδεκάτη ἐπὶ τοῦ Τανάιδος αὐτοῦ κίσμα, ὡς ἐν τῷ τρίτῳ Πτολεμαῖος ἐποφαινεται. ubi recte statuere videntur dici Ptolemaeum Lagi etiam in v. *Ἀγχιάλη* memoratum.

ὡς νόμος αὐτῷ. Sic 6, 3, 1, ut alibi οἷς, ut 7, 11, 8 vel ὄσοις 5, 3, 6. 6, 3, 2. *Sintenis*.

3. τὰ ἑρὰ οὐκ ἐγίγνετο. Frequens loquendi forma apud Xenophontem de exitis laetis et prosperos rei cujus caussa consuluntur successus indicantibus. De exped. Cyri 6, 2, 13 ss. paucis lineis septies usurpatur. Interdum καλῆ additur. *Raphelius*. Sed non apud Xenophontem. v. ann. ad Anab. 6, 2, 9 ed. max. Pariter infra 5, 3, 6. 28, 4.

ἐς κίνδυνον. Rationes cur periculosum fuerit transire Tanaim tradit Curtius [7, 7, 6]: terrebat — non hostis sed iniquitas temporis. Bactriani defecerant: — ipse non insistere in terra, non equo vehi, non dicere, non hortari suos poterat (propter vulnus nuper acceptum) etc. Ceterum Aristander per haec Alexandri gratiam perdidisse videtur. In seqq. enim vix semel adhuc occurrit. *Schmiederus*. Hoc dubito; pericula quoque potissimum trajiciendi amnis dici censo.

λαρεῖος. Darius Hystaspis, cui Scythae nihil aliud responderunt quam κλαίειν, id est ut ploraret: quae quidem ipsa vox in proverbium abiit, ut plorare jubeamus quos contemnimus. Erasmus in Adag. Scytharum oratio. *Raphelius*. De Darii Hystaspis expeditione irrita in Scythas, e qua vix servatus est, lege Herodot. 4, 122 — 144. *Schmiederus*.

4. ὁ δέ. Nomen ad hunc articulum pertinens demum sequitur § 5 *Ἀλέξανδρος*. *Raphelius*. Videlicet propter interjecta scriptor inchoatam dicendi rationem deseruit.

πρὸς τῶν βελῶν τὴν διὰ μακροῦ ἄφῃσιν ob longinquum telorum jactum, per machinas. De praepositione v. ann. ad Thuc. 8, 39, 2; διὰ μακροῦ similiter legitur 1, 19, 7 et 5, 24, 7; contra de tempore 1, 9, 3. 7, 2, 11, 5.

διεφύγγανον, v. ad Thuc. 7, 44, 8. Adde Her. 6, 16 et Fischer ad Weller. 3, 1 p. 3.

5. *ἐκβαينوύσῃ* non transeuntem, sed jam in littus exscendentem. *Raphelius*.

6. *αὐτοὶ δέ*. Nempē sarissophorum alae quattuor et hipparchia sociorum. *Schmiederus*. *Τέ* et *δέ* quomodo sibi respondeant notum est. cf. ad Xenoph. Anab. 6, 1, 16. Si cum aliquot codd., etiam Parisinis tribus, et Bas. *δέ* deleas, *βάλλοντες* pro *ἐβαλλόν τε* legendum fuerit.

7. *ὀρθίαις ταῖς ἴλαις*. *Ὀρθίον* vocabulum quid in acierum ordinibus significet explicatum dedimus infra ad 4, 25, 2. *Raphelius*.

πρόσθεν ἐτι. Quum hic *ἐτι* minus aptum videatur, ex superiore versu repetitum esse suspicatus sum.

ἐπιστροφάς. v. ad 5, 17, 5.

8. *ταλαιπώρος*. i. e. magna cum vexatione exercitus. *Raphelius*. De re cf. Plut. de Alex. fort. 2, 9: *διαβὰς δὲ τὸν Τάναϊν ἐπὶ τοὺς Σκέθας καὶ τρεψάμενος ἐδίωξεν ἵππων πενήτηντα καὶ ἑκατὸν σταδίουσ ὑπὸ διαρροίας ἐνοχλούμενος*. unde apud eundem Alex. 45 *πενήτηντα καὶ* addendum videtur.

9. *ἐπὶ πάντων*. corr. *ἐπὶ πᾶν τῶν*. *Pflugkius*. cf. 2, 24, 3.

εἰ δὲ μή. i. e. *εἰ δὲ ἐγένετο*. cf. Gr. § 65, 5 ann. 12.

εἰ μὴ Ἀλεξάνδρῳ. Gronovius scripsisse Arrianum conjicit *ἄλλ' ἤδη Ἀλεξάνδρῳ* aut *ἤδη δ' Ἀλεξάνδρῳ* aut simile, cum quae hic dicuntur omnia jam sint dicta et inclusa in praecedentibus illis paucis *εἰ δὲ μή*. *Raphelius*. Sed illa passim alterum enunciatum condicionale infertur quo prius paulo explicatius explanatur. cf. Plato Phaed. p 67, e: *εἰ γοβαῖντο καὶ ἀγανατῖεν, οὐ πολλὴ ἂν ἀλογία εἴη, εἰ μὴ ἄσμενοι ἐκείσε ἴουν*. adde Heindorf. ad Cic. N. D. 1, 10, 25. Minus apte Sintenis in cens. alt. p. 138 hic contulit Herod. 1, 79: *ὡς οἱ παρὰ Δύξαν ἔσχε τὰ πρήγματα ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκει*. Ceterum malim *Ἀλεξάνδρος*. cf. 7, 14, 1. Simile mendum vidimus 2, 4, 10.

C. 5.

1. *ἐπιξέναι* ulcisci, persequi. *Raphelius*.

3. *οἱ ὑπ' Ἀ. ἐσταλμένοι ἐς Μαράκανδα*. Curt. 7, 6, 24: *Menedinum* cum III millibus peditum et DCCC equitibus ad urbem, Maracanda misit. Eodem auctore 7, 7, 39 et 9, 21 ex his postea cecidere peditum II millia CCC equites, quae tamen ratio parum congruit cum numeris ex Aristobulo traditis 4, 6, 2.

ἐς τὰ βασίλεια τῆς Σογδιανῆς. Nonne Arrianus sibi contradicit 3, 30, 6 scribens: *τὰ δὲ Μαράκανδά ἐσι βασίλεια τῆς Σογδιανῆς χωρὶς* et nunc dicens Spitamenum a Maracandis recedentem petere Sogdianae regionem? Spitamenum orientem versus fugisse, quum reliquae circa Sogdianam regiones a Macedonibus tenerentur nec alia nunc via ad Scythas ei pateret, certum est, idque declarat vel verbum *ἀνεχώρη*. Quid vero lateat in *βασίλεια* non assequor; forte *ἀνώτερα* vel simile. *Schmiederus*.

τοὺς Νομάδας. i. e. Sacas. Curt. 7, 7, 32 nominat Dahas, alienos ab istis regionibus; sed scribendum est Sacas, praecipue quum e mss. unus habeat Dacas. *Schmiederus*. cf. Strabo 11, 8 p. 511.

οὐδενὶ λογισμῶ sine ulla ratione, temere, inconsulto. Sic 1, 18, 7. 21, 2 [addita *ξὺν* praepositione]. Parum enim prudenter factum quod Scythas adorti sint, a quibus omnes sunt caesi § 9. *Raphelius*.

4. προσεπήρθη. πρόσ praepositio ex προσλαβών repeti potuit.

ἀδοτοῖς καὶ ἐν τῷ τότε ἀκμ. e Parisinis tribus emenda.

ἀκμαιοτέρων. ἀκμαῖος idem quod ἀκμής, quod frequens est in hoc scriptore, recens, integer, indefessus. *Raphelius*.

Ἄνδρόμαχον. Jam Blancardus et Grentemesnilius viderunt scribendum esse Ἄνδρόμαχον, quod nomen restitui nisus locis his: 3, 12, 5. 4, 3, 7. 5, 7. 6, 2. *Schmiederus*.

6. πλαίσιον ἰσόπλευρον. Aelian. Tact. 48: πλαίσιον λέγεται ὅταν ἐκ πάντων τῶν πλευρῶν ὀπλιται ὡς τῶν τοξοτῶν καὶ σφενδονητῶν κατὰ μέσον τειγαμένων. Ἰσόπλευρος aequilateris. Igitur πλαίσιον ἰσόπλευρον est ejusmodi agmen quadratum in quo frons et tergum sunt ejusdem magnitudinis. Xenoph. de exped. Cyri 3, 4, 19: ἐνθα δὴ οἱ Ἕλληνες ἐγνώσαν ὅτι πλαίσιον ἰσόπλευρον πονηρὰ τάξις εἴη πολεμίων ἐπομένων. *Raphelius*. Cf. Thuc. 4, 125, 2 et ann. ad Xen. Anab. 3, 2, 36 ed. max.

τὸν Πολυτίμητον. De Polytimeto v. c. 6. *Schmiederus*.

εἶναι. fort. εἶεν. *Pflugkius*. Sed durius structuram variatam vidimus ad 1, 26, 3.

7. καὶ οἱ πεζοὶ —. Vertendus est locus: pedites cum sequebantur non jubentibus praefectis (qua sc. ratione ordo servari potuisset), sed formidolosus atque inordinatus plane fuit is in animum per praeurptas ripas ingressus. Facius vertit quasi legisset: ἀλλὰ φόβῳ καὶ οὐδενὶ κόσμῳ. *Schmiederus*.

8. ἀδοτοῖς ἵπποις. Bene vertit Vulcanius [equis vadum ingressi]. Neque erat cur ab eo discederet Gronovius illud ἀδοτός nunc ita intelligi ratus ut vertendum sit omnibus omnino equis. Quam emphasis illud ἀδοτός non habere exemplis intelligitur. Cyrop. 1, 4, 7: πολλοὺς ἀδοτοῖς τοῖς ἵπποις κατακρημισθῆναι. V. not. ad 1, 19, 11. *Raphelius*.

ἐνθεν καὶ ἐνθεν utrimque, ab utroque latere Macedonum et luci e quo Macedones in Polytimetum descendebant. *Schmiederus*.

ἀποχωροῦντων εἶχοντο discedentes premebant, in tergis eorum haerebant qui jam superato flumine ulterius progrediebantur. *Raphelius*.

οἱ δὲ τοὺς — ἀνείλουν εἰς τὸν ποταμόν alii fronte directa oppositi eos qui transibant in amnem revolvebant. Est enim ab ἀνείλω. Gronovius. Vulcanius ediderat ἀνέρον, in cuius locum Gronovius ἀνείλουν ex mss. et editione Basileensi substituit. *Raphelius*. Thuc. 7, 81, 5: ἀνελήθεντες.

ἐς αὐτούς eos qui trajecto ferme flumine jam a fronte urgebantur. *Schmiederus*.

C. 6.

1. τῶν Σκυθῶν. Conjectura mea Sinteni in cens. alt. p. 151 videtur scriptoris non mendae correctio. Scilicet negligentioremi esse orationem ac τοὺς Σκόθας dici eos qui c. 5, 4 memorati sint, quos Aristobulus modo alia ratione vicisse tradiderit. At vero non omnes illos dici, sed partem eorum docent verba οὗ ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἐπεγέγοντο ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ, in ipso proelio jam ab aliis commisso. Videntur enim soli aul fere soli

Scythae hic contra Macedonas pugnasse. Est tamen cur ipsi mihi conjectura dubia videatur. Fortasse articulum delevisse sufficere.

τοῖς ξυμπεμφθεῖσι. supra c. 3, 7. *Raphelius*.

ὡς οὐκ ἐμπείρως ἔχοντα. Summa haec est orationis qua Pharnuches persuadere collegis suis conatus est ut imperium acciperent. Id apparet ex ss. τοὺς δὲ Μακεδόνας τε εἶναι. *Raphelius*.

καθομιλῆσαι τοὺς βαρβάρους. Accusativum restituit Schneiderus. Καθομιλεῖν ubi significet conciliare aliquem sermonibus familiaribus et amicis semper cum accusativo constructum reperiri adnotat Ellendtius cl. Corae ad Puit. Caes. 15 a Schaefero ad h. l. exscripto.

2. κατὰ σφᾶς suo ausu, suo consilio, suo arbitrio. Vel κατὰ σφᾶς est aliquid negotii sibi commissi, uti τὸ κατὰ σφᾶς est agmen suum 3, 15, 1. 5, 16, 3. *Raphelius*. Vera est prior ratio.

εἰδότες, πιαίσαντας. In opt. ms. erat εἰ δὴ τι πιαίσματος, quae plena perfectaue est oratio, si subintellexeris vocem συμβῆ. Εἰ δὴ τι πιαίσματος sc. accidat. Partim etiam quod in ipso periculo, si quid calamitatis immineret, detrectarent non modo viritum ejus esse participes. *Gronovius*. Sed vulgata quoque scriptura mihi quidem satis commodam et syntaxin et sententiam habere videtur. *Raphelius*. Conjecturam receptam probat etiam Sintenis in cens. priore p. 1138.

ἐξηγησαμένους. Repete μιτέειν participes esse i. e. culpari.

3. ἀναλαβῶν οὖν —. Reliquum exercitum sub Cratero modicis itineribus sequi jusserat. Curt. 7, 9, 20. Celerrimum vero hoc est Alexandri iter. Confecit enim tribus diebus supra 37 milliarum Germanica. *Schmiederus*. Hoc quomodo pedites potuerint non assequor.

5. ἐχόμενος αὐτῶν in tergis eorum haerens, ut Curtius loquitur. *Raphelius*.

ἐκ τῶν παρόντων. Arrianum nusquam huic formulae ὡς particulam praemisisse annotavit Ellendtius cl. 3, 19, 2. 4, 7, 3. 6, 2, 1. 19, 3. Adde 1, 23, 1. Contra apud Thuc. 6, 70, 4 ὡς ἐκ τῶν παρόντων legi [cf. ann. ad Thuc. 4, 17, 1]; idque hoc loco defendit Sintenis in cens. alt. p. 135. Sed Arrianum in ejusmodi formulis sibi constare solet; atque omisit particulam simillimum loco 6, 2, 1: τοῦτον θάπτει ἐκ τῶν παρόντων μεγαλοπρεπῶς. Quam facile ea ex superiore versu repeti potuerit apertum est.

6. τῷ ποταμῷ. Bene Ellendtius comparat 7, 21, 3: αὐξοῦσαν ἀντὶ τὸ ὕδαρ ἐπὶ μέγα. De re v. Strab. 11, 11 p. 518: τὸν δὲ τῆς Σογδιανῆς ῥέοντα ποταμὸν Πολυτίμητον Ἀριστόβουλος λέγει τῶν Μακεδόνων θεμιῶν, καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ τὰ μὲν καινὰ εἶθεσαν, τὰ δὲ παρόνομοισαν, ἄρδοντα δὲ τὴν χώραν ἐκπίπτειν εἰς ἔρημον καὶ ἀμυώδη γῆν καταπίνεσθαι τε εἰς τὴν ἀμμον, ὡς καὶ τὸν Ἄριον τὸν δὲ Ἀρίων ῥέοντα.

πολλοῦ ὄντος τοῦ ῥέματος. In nullo vetere libro obvenerit mihi illud ῥέματος, quod in Stephani libro legi ajunt, nempe ex indicio ipsius Stephani. In solo etiam Perusino inveni πολλοῦ ὄντος τοῦ ὕδατος, quod expresserunt Basileenses. In aliis tribus, etiam optimo, scriptum erat πολλοῦ ὄντος. *Gronovius*. Cf. 6, 21, 4 et 25, 5 ac Gr. § 47, 8 ann. 1.

ἐκεῖ. Laxius intelligenda est ea vox de istis orientis regionibus. De fluviis hic memoratis parum constat nec nomina mutanda sunt nisi mss. adjuvantibus. *Schmiederus*. Ἄριος memoratur a Polyb. 10, 49, 1.

7. ἢ κατὰ quam ut comparari possit cum —. Gr. 49, 4.

C. 7.

1. ἔσπε παραελθεῖν τὸ ἀκμαῖον τοῦ χειμῶνος donec transiisset bruma sive vigor vehementis hiemis. Praesens autem an tantum instans fuerit illud tempus in Graeco quidem non definitur. *Raphelius*. Cf. 4, 18, 2. ἀκμή 1, 24, 5.

Στασάνωρ. De Stasanoris missione v. supra 3, 29, 5. *Schmiederus*.

2. Ἐπόκιλλος. supra 3, 19, 6. *Raphelius*. De Menetis missione v. 3, 16, 9. *Schmiederus*.

Μελαμνίδας. Blancardus cum Curtio [7, 10, 11] vult *Μενίδας*: sed is non ad mare missus erat cum Menete nec socios remissos cum Epocillo comitatus erat, sed cum Parmenione in Media relictus 3, 26, 3. atque ad Alexandrum e Media redisse videtur in Arachosia cum reliquis Parmenionis copiis. *Schmiederus*.

καὶ Βῆσσοσ τε ὁ Συρίας σατραπῆσ καὶ Ἀσκληπιόδωροσ ὁ ἑπαρχοσ. Nec ante nec post hunc locum occurrit Graecus vel Macedo nomine Bessi, saepius Bessus Bactrianus. Unde nomen *Βῆσσοσ* vitiose scriptum videtur pro alio cujusdam satrapae, cujus rei plura exstant exempla, ex. c. 3, 11, 9. 4, 5, 3 aliaque. Quaeritur quod nomen videatur restituendum? Asclepiodorus Syriae satrapa factus est 3, 6, 8. Deinde Menes ad mare mittitur, ut sit ἑπαρχοσ Syriae, Phoeniciae et Ciliciae 3, 16, 9, et quidem cum mandato ut in supplementum milites legeret. Curt. 5, 1, 43. Inde patet scribendum esse καὶ Ἀσκληπιόδωροσ τε ὁ Συρίας σατραπῆσ καὶ Μένησ ὁ ἑπαρχοσ. Sic omnia plana sunt et verissima. At Arriano ipsi ista confusio non est imputanda, ut alii loci docent aequae ab librariis corrupti; et melius esset vera interim legi quam vitiosa, donec meliora in codicibus reperta fuerint. Blancardus mendum vidit, emendare noluit. Gronovius conjecit: ἀγοντεσ καὶ Βησσοῦσ, ὃ τε Συρίας σατραπῆσ Ἀσκληπιόδωροσ καὶ — ὁ ἑπαρχοσ ἀπὸ Θαλάσσησ, ut dicatur copias quasdam venisse ex Bessis gente Thracica. Facius sic vertit: ac Bessus Syriae satrapes et Asclepiodorus equitum ductor [ἑπαρχοσ] cum copiis a navibus. *Schmiederus*. *Βῆσσοσ* hoc loco haud dubie ex eo ortum est quod librarii oculus ad § 3 aberraverat.

ἀπὸ Θαλάσσησ. Hoc Ellendtio temere repetitum videtur ex in. §.

3. ἐν τῷ Μήδων τε καὶ Περσῶν ξυλλόγῳ. Alexander erat Zariaspis vel Bactris, capite Bactrianorum. Quum igitur vellet Bessum ob delicta in Darium videntibus Persis et Medis supplicio puniri, misit eum in proximam majorem harum gentium urbem Ecbatana, Mediae caput et ubi ob antiquam jam Medorum et Persarum consuetudinem procul dubio et Persae invenirentur non pauci. Ubi etiam a principe supplicium sumitur, fieri hoc fere non solet nisi magna turba hominum undecunque convenientium praesente. Occisus igitur est Bessus ἐν τῷ Μήδων τε καὶ Περσῶν ξυλλόγῳ i. e. in media multitudine Medorum et Persarum, quae undecunque commigraverat. *Schmiederus*. Aliam causam comminiscitur Curt. 7, 5, 43 cl. 10, 10. Ἐλλογον hic intelligo concilium principum, primorum. cf. 1, 12, 10. 4, 1, 5. De Bessi poena aliter Plut. 43 ac Diod. 17, 83.

4. τῶν ἀχρωτηριῶν τῆν λώβην. Nasi et aurium mutilatio solennis in Asia poena fuit, qua usus videtur Alexander ex sententia Persarum qui eum sequebantur. *Schmiederus*.

Ἡερσικοῦ πλοῦτου. Vulcanius ὄγκου legendum conjectavit. Gronovius

autem quod vulgata lectionem ab omnibus chirographis confirmatam videret, voce hac satis exprimi statuit, fastum illum ex nimia opulentia proveniente et decori medicritatisque negligentiā, prout Aristoteles lib. 2 magnorum moralium: ὁ πλοῦτος πολὺς γενόμενος ὑπερόπτας καὶ ἀηθεὶς ἐποίησεν. *Raphelius*.

οὐκ ἴσης ἐς τοὺς ὑπηκόους ξυνδαιτιήσεως non paris ergo subjectos consuetudinis. Namque Persarum reges homine majus quid videri volebant, neque cum subjectis tanquam cum paribus versabantur, id enim est ξυνδαιτιᾶσθαι, conversari, simul vivere, familiarem esse. Hinc Curtius de Alexandro 6, 6, 2: Persicae regiae, par deorum potentiae fastigium aemulabatur. Jacere humi venerabundos pati coepit. Sic 7, 6, 2: τῇ ἰσότητι τῇ ἐς τὸν βασιλέα μεγάλως τεταμημένοι, aequalitate ac societate regiarum nuptiarum vehementer cohonestati. et 2, 14, 9: μηδὲ ἐξ ἴσου ἐπίστελλε, ἀλλ' ὡς κυρίῳ ὄντι πάντων τῶν σὸν ἡράξει εἶ του δέη, neque tanquam ad parem scribe, sed veluti domino omnium rerum tuarum dic, si qua re indiges. *Raphelius*. Imitatus est Thucydidem 1, 6, 1: σημείον ἔστι — τῶν ποτε καὶ ἐς πάντας ὁμοίων δαιτημάτων.

ἐσθῆτά τε ὅτι Μηδικήν. Contra Plut. de Alex. fort. 1, 8: οὐ τὴν ἐσθῆτα προσήκατο τὴν Μηδικήν, ἀλλὰ τὴν Περσικήν, εὐτελεσιέραν οὖσαν. τὰ γὰρ ἔξαλλα καὶ τραγικά τοῦ βαρβαρικοῦ κόσμου παραιτησάμενος, οἷον πύραν καὶ κίνδυν καὶ ἀναξυρίδας, ἐκ τοῦ Μακεδονικοῦ καὶ Περσικοῦ τρόπου μεμιγμένην τινὰ σιολὴν ἐγόρει, καθάπερ Ἐρατοσθένης ἰστορήκεν. Eadem refert Alex. 45, ubi vereor ne Μακεδονικῆς pro Περσικῆς emendandum sit. Paulo aliter Diod. 17, 77: τὸ τε Περσικὸν διάδημα περιεθετο καὶ τὸν διάλευκον ἐνεδύσατο κίτωνα καὶ τὴν Περσικὴν ζώνην καὶ ἄλλα πλὴν τῶν ἀναξυρίδων καὶ τοῦ κίνδυνος.

οὐδαμῶν ἐπαίνῳ. At laudari alii summaque prudentia hac in re usum Alexandrum ajunt, quod Persas non coegerit in Macedonum mores transire, sed ipse potius sit factus Persa. Una enim haec ratio erat in potestate retinendi tot gentes, quas tam exigua manu devicerat. V. Pufendorfii Introd. ad Hist. c. 1 § 9. Quin immo et ipse Arrianus non absque ratione hoc factum agnoscit 7, 29, 4, ne videlicet in universum alienus ab eis rex esse videretur. *Raphelius*. Plurimi scriptores de his rebus in verba Macedonum jurarunt, qui prudentia quaeque regis in novos subditos consilia aegerrime ferebant. Melius judicat Plutarchus de fort. Alex. p. 330 [1, 8] et in vita Alex. 45. Sed cf. etiam Curt. 6, 6, 1—12 et Ehippus apud Athenaeum 12 p. 537. *Schmiederus*. Rem tetigi in Jahrb. f. Phil. u. Päd. 15, 10 p. 186 ss. Accuratius eam persequi longum est. Sed dubitari non potest quin Alexander calidius egerit ac parum Macedonum et Graecorum iudiciis peperecit.

τὴν κίδαριν. Quum esset cidaris vel tiara [ὄροθῆ] pro diademate, miror Arrianum hoc loco cidarin ab Alexandro gestatam scribere, non minus ob auctoritatem Plutarchi, qui hoc in locis modo laudatis negat, quam ob duos ipsius nostri locos 7, 9, 9 et 22, 2 ss., e quibus diadema ab Alexandro ad mortem usque gestatum apparet. Si vero Arrianus hoc loco Alexandro Medicum, aliis Persicum habitum et vestitum tribuit, utrumque Alexandri tempore diversum non fuisse tenendum est, quamvis priscis quidem temporibus Medicum longe mollior fuerit Persico. *Schmiederus*.

5. ἐπαίνῳ. ἀλλ' εἵπερ. Commate interstinguendum censet Sintenis in cens. att. p. 139. Hoc mihi non sufficit, paulo ante οὐδὲ τοῦτο requirenti.

εἰ τὴν Αἰθῶνην τις —. De consilio Alexandri Libyam, Europam omnemque terrarum orbem sibi subjiciendi v. 7, 1, 2 ss. Ceterum agnoscis in his philosophum stoicum discipulumque Epitecti. *Schmiederus*.

ὡς δοκεῖ. Dicit auctor: splendere quidem tantas res bello gestas, at felicem solummodo eum esse qui animi et corporis cupiditatum vires penitus frerit, qui et summam fortunam aequo animo ferre possit. *Schmiederus*.

C. S.

1. πάθημα caedem. Ita 1, 12, 3. *Raphelius*. Operae pretium est de hac re contulisse Goethei iudicia in opp. 6 p. 98 ss ed. 1828.

τὴν Ἀλεξάνδρου ἐπ' αὐτῷ συμφορᾷν Alexandri calamitatem ob eam caedem. Quam calamitatem licet moerorem illum et prope desperationem Alexandri quae caedem secuta est intelligi res ipsa permittat: praestat tamen, opinor, eadem notione hic συμφορᾷν accipere qua infra in hoc eodem negotio usurpatur c. 9, 1, ubi haec fuisse calamitas dicitur quod duobus illis vitiis, ira et vinolentia se victum prodiderit. *Raphelius*.

2. ἐξ ὅτου δῆ —. Verle: ex eo tempore Dioscuris sacrum instituentem vel instituere volentem, ut verbum ἐπιπροσθίπτω intelligatur de conatu. *Schmiederus*. Similiter peccaverunt interpretes. Sententia est: ex causa nescio qua Dioscuris sacra facienda esse ratum, cf. ad 2, 24, 6.

Ἄιοσκούροιν. Διόσκουροι quasi Διὸς κοῦροι Jovis filii, Castor et Pollux. *Raphelius*. Attica forma est Διοσκόρω; altera cum Jonibus et poetis saepissime utuntur posteriores scriptores. v. Lobeck. ad Phryn. p. 235.

ἐς τὸ βαρβαρικώτερον νενεωτέριστο. cf. 7, 13, 3 et Thuc. 7, 87, 1: ἐς ἀσθένειαν ἐνεωτέριζον. *Bloomfieldus*.

ἀλλ', particula epanaleptica post parenthesin. *Raphelius*. cf. Xenoph. Anab. 1, 8, 13.

3. καὶ ἕνας et quosdam. *Raphelius*.

οἷοι δῆ ἄνδρες —. Eadem sententia exstat 2, 6, 4 et apud Curt. 8, 5, 6. *Raphelius*.

τὸν Πολυθεόκην. Curt. 8, 5, 8: Hi tum caelum illi aperiebant Herculemque et patrem Liberum et cum Polluce Castorem novo numini cessuros jactabant. *Raphelius*.

τοῖς ζῶσι vivis. Ovid lib. 1 Amor. Eleg. 15, 39: Pascitur in vivis livor, post fata quiescit, cum suus ex merito quemque tuetur honos. *Raphelius*. Cf. Kr. ad Thuc. 2, 45, 1.

4. δῆλον εἶναι ἀχθόμενον palam moleste ferebat. *Raphelius*.

μετακινήσει. μετασομίσει 4, 9, 9.

ἄχαριν. Etenim haec ingrata senioribus erant. Curt. 8, 1, 27. *Raphelius*.

ἱκανὸν γὰρ εἶναι τίθεμαι satis esse existimo, non vero satius. Infra pro hoc dicit ἐξαρκεῖν γῆμι 4, 12, 6. *Raphelius*.

οὕτω τι. cf. Ind. 22, 4. 7. *Raphelius*. Appian. Mithr. 78: ὑπονόμος ὠρτυον οὕτω τι μεγάλους ὡς ἐν αὐτοῖς ὑπὸ τὴν γῆν κατὰ πλῆθος ἀλλήλοις ἐπιχειρεῖν, cf. ad 1, 8, 8. Usus Herodoteus, ne apud posteriores quidem frequens.

ἀλλὰ τὸ γὰρ πολὺ. Recte duo Par ἀλλὰ τὸ πολὺ γάρ. Nam solum articulum ita interponi potuisse non puto.

παροιμία. Παροιμία dicitur rixa et contentio et quaevis linguae intemperantia et contumelia quae fit super vinum. Hermodenes vitium hoc ita definit apud Xenoph. in conv. 6, 2: τὸ παρ' οἶνον λυπεῖν τοὺς συνόντας, τοῦτ' ἐγὼ κρίνω παροιμίαν. Unde 6, 10 finita altercatione dicit Xenophon: αὕτη μὲν δὴ ἡ παροιμία οὕτω καταβέβηθη. *Raphelius.*

τὸ καθ' αὐτόν pro se quemque, quantum in se est, quantum ad se attinet. Sic et 4, 12, 6. *Raphelius.*

6. ἡδὴ, οὐκέτι. Comma delere jubet Sintenis in cens. alt. p. 139. Quodsi etiam ἡδὴ particulam ad ὄντα relatum voluit, videat quid dixerit. Videlicet optime illa ad πρεσβεύειν atque inprimis ad καταβάλλειν Ἀλέξανδρον refertur: quae notio hic potior est, quum superior minore vi efferatur.

ἐν ἑαυτοῦ. sc. δυνάμει sive alio commodo intellecto substantivo. Vulcanius et qui eum secutus est Blancardus ediderunt ἐν ἑαυτῷ. Sed ἐν ἑαυτοῦ habet Basileensis editio idque ipsum se reperisse testatur Gronovius in tribus mss., ex quorum numero fuit quoque optimus. Caeterum ἐν ἑαυτῷ γίνεσθαι pro ad se redire, animum ex magna perturbatione colligere exstat Act. 12, 11 et Xenoph. Anab. 1, 5, 17. *Raphelius.* Cf. Hermann. ad Vig. 171, c p. 749.

πρεσβεύειν. cf. 6, 30, 3. Transiliva vi hoc verbum apud Atticos solutae orationis scriptores me legere non memini.

8. ἀνακαλῶν τοὺς ὑπασπιστάς. Plut. Alex. 51: ἀνεβόα Μακεδονιστὰ καλῶν τοὺς ὑπασπιστάς· τοῦτο δ' ἦν σύμβολον θορύβου μεγάλου.

οὐδέ τι ἄλλο neque aliud quidquam nomen erat regis sc. Darius. Vulcanius pro ἦν, quod Bas. editio cum mss. omnibus habent, ceu et Blancardus et Gronovius testantur, scripserat ἔχειν et haec ad Alexandrum retulerat, ut ex versione ejus videre est. *Raphelius.*

διαχρησομένου. v. ann. ad Thuc. 4, 126, 7.

ἐπαχθῆναι. Optimus ἀπαχθῆναι. Ita enim scribendum puto in Gronovio, non vero ἀπαρθῆναι, cum ibidem aeque erronee legatur ἐπαρθῆναι. *Raphelius.*

τὴν τάφρον τῆς ἀρκας fossam arcis. Facta enim haec sunt Maracandis Curt. 8, 1, 19, in qua urbe cum regia fuerit Sogdianorum, supra 3, 30, 6, apparet ex hoc loco in illa arce convivium istud institutum fuisse. Quare non in arcem sed ex arce suducebatur Clitus. *Raphelius.*

ἵνα ἐγένετο. Post ἐγένετο interstinctum voluit Sintenis cens. alt. p. 139. Sed ita satis mirum foret nudum illud ἵνα ἐγένετο. Mihi videbatur intelligi posse is locus qui Ptolemaei praesidio creditus erat. Nunc pro ἐγένετο vel γίνετο Parisini C ἐπίνετο lego, interstinctum ut Sintenis voluit.

φάνας ὄτι. cf. 4, 12, 5, 7, 14, 9, 23, 6 et ad 1, 4, 7.

C. 9.

1. μεγαλωστί. cf. § 6. c. 12, 1 et 21, 7. Aliquoties hoc verbo usus est Herodotus; non ita Attici.

ἔφ' ὄτιων θῆ — a quorum sane vel altero (nedum utroque) non conveniebat virum temperantem vinci. *Raphelius.*

2. τὰ ἐπὶ τοῖσδε — quae posthaec fecit Alexander rursus laudo. Sic mox 6 et 10, 4. *Raphelius.*

καὶ λέγουσιν — Videtur molestia exorta esse quod nonnulli ignorantibus stylum Arriani mutaverint καὶ λέγουσιν εἰς τὸ Ἄλεξανδρον, ut est in codicibus quoque scriptis, nisi quod in uno legebam λέγοντες, quod ex v. c. notavit Vulcanius. Sed omnia erronee, sicut plane non magis feliciter Vulcanius supplevit ex imitatione libri 6, 24, 1: καὶ λέγουσιν οἱ πολλοὶ τῶν ξυγγραφέων τὰ ἀμφ' Ἄλεξανδρον. et 2, 12, 3: ἀλλὰ λέγουσιν οἱ τῶν Ἄλεξανδρον γράφοντων. Sed non ex similibus locis licet augere nunc quoque voces contra mss. Nam Arrianus scripserat καὶ λέγουσιν οἱ τὸν Ἄλεξανδρον. Hic quartus casus illis nimium vacuus videbatur, sed frustra. *Gronovius.* Ego τὸν Ἄλεξανδρον articulo addito suspectum deeam, meram repetitionem ex § in. subesse ratus.

ἐπιπίπτειν. ἐμπίπτειν suasi, nunc περιπίπτειν praeferens. Plut. Brut. 52: τὸ ξίφος γυμνὸν ἐρείσας καὶ περιπέσων ἐτελεύτησεν.

3. Λανίην. Huc usque progredi sustinuit Freinshemius ut in Supplementis Curtianis 1, 2, 6 ex hoc Arriani loco nutricem hanc appellaret Hellanicen, quum id nomen non exstare sciret nisi in libro 8 Curtii c. [1, 21]. In notis vero ad istum locum utique videbat in tribus auctoribus Graecis [Aeliano v. h. 12, 26. Athen. 4, 1 p. 129, a et Arriano] citante Πόρνα appellari concorditer Lanicen: nam quod ex Athenaeo citatur Lacnice vitium est scripturae, quum in ms. illic ipse legerim Λακρικῆς, cui inter posterius x et η superpositum erat ν. Scilicet quum prius xη vitiose esset positum, porro depravari debuit. Itaque illud Λανίκη videtur vetus Macedonicum vel Graecum nomen, certe apud Macedonas antiquius quam ut concipi primo debuerit ab Graecis victoriis, quas tum nondum habuerant. Prout multis syllabam Λα praeposuerunt ad notandam intentionem magnitudinis, tum propriis, ut Lastheues, Lathurus, tum communibus, ut nonnulli cogitarunt in v. λάβρος. Sic enim mihi conceptum semper a primo imaginatus semper fui. *Gronovius.* De re v. Curt. 8, 4, 21. 2, 8.

5. ἐπὶ τοῖτοις post haec. *Raphelius.*

σίτου τε ἤψατο. Xenoph. Memor. lib. 2, 1, 2 σίτου ἄπτεσθαι cibum capere. *Raphelius.*

κακῶς ἐθεράπευσε. In optimo est καλῶς, non κακῶς. Id autem innuit hac scriptura Arrianus, nempe ut persuaderent aulici Alexandro curationem corporis, usos esse hoc astu vel praetexto vel strategemate omnino instauranda esse Liberi sacrificia; cum placandum; quod nisi fieret, graviora metuenda. Itaque sic regem resipiscere coactum corporis omni purgatione inundasse. *Gronovius.* Scripsisse videtur Arrianus ἀναγκαιῶς ἐθεράπευσε. cf. Dio Cass. 56, 36: τῷ τε πατρὶ ἅμα ἱκανῶς ἐμαύρησε καὶ οὖν ἀναγκαιῶς ἐπεκούρησε. Thuc. 5, 8, 2. 6, 37, 3. Plut. Brut. 47 in. *Pflugkii.* Gronovii explicatio, quamquam Raphelio et Schmiedero probata, parum probabilis est, quum praesertim τὸ σῶμα θεραπεύειν nihil aliud sit nisi corpus curare et maxime ad victum cultumque referatur. Facillima est Pflugkii emendatio; similiterque καλόν et ἀναγκαῖον confusa videas apud Xenoph. Anab. 4, 6, 14, ubi cf. Kr. ann. Fortasse tamen sollicitanda non est A codicis scriptura, modo ne exquisiti quid καλῶς voci inesse censeas statuasque dici dumtaxat Alexandrum justo modo corpus curasse.

οὐδέ neque ipsi, non modo vatibus. *Raphelius.*

ἀκοιτιῆν. Eur. Jon. 642: ὃ εὐχτόν ἀνθρώποισι, κἄν ἀκοισιν ᾗ. Gr. § 48, 6 ann. 4.

6. *μεγάλως τι*. Restituendum *μεγαλωσί* Gronovius censet. *Raphelius*.

ἀπανθαδιάσασθαι. opt. *ἐπανθαδ*. quod non contumaciter perduravit in malo. *Raphelius*. Sed non contempserim alterum: contumaciter respuentem perseverasse. Ceterum de his verbis notae deterioris v. Lobeck. ad Phryn. p. 67.

7. *Ἀνάξαρχον*. Anaxarchus erat Abderites Plut. Alex. 52, qui eum testatur a principio propria via in philosophia ivisse atque arrogantiae famam habuisse. Talibus vero sermonibus vehementer inivit in gratiam Alexandri, *δαιμονίως αὐτὸν ἐνόησε*. Plut. de fort. Alex. p. 331 [1, 10] vocatur ὁ ἀρμονικός. *Schmiederus*.

ἀγνοεῖν φάναυ διότι ἐπὶ τῷδε — se [Alexandrum] ignorasse dixisse quod propterea veteres sapientes Justitiam Jovi assidentem fecerint, quod quidquid a Jove decretum sit, id juste factum sit. *Ἀγνοεῖν* praesens in significatione praeteriti, ut 2, 3, 2. 4, 8, 2 et aliis locis plurimis [qui tamen alius generis sunt; nec erat cur hoc loco praeteriti vim requireret]. *Διότι* quod; *ἐπὶ τῷδε* praeterea. *Raphelius*. *Διότι* pro *ὅτι* non raro posteriores scriptores; raro Attici, veluti *ψηφ.* apud Dem. 18, 167. cf. Schoemann. ad Is. p. 254.

καὶ οὖν καὶ τὰ et ideo etiam quae etc. Posterius praecipue *καὶ* nequaquam erat omittendum; significat enim acque magni regis ac Jovis facta justa esse existimanda. *Raphelius*.

χορῆναι. opt. *χορῆν*, quod pro *χορῆναι* dixisse Euripidem testatur Lascaris. Henr. Steph. in Thes. *Raphelius*. Egrege Macedones in Asia didicisse illud: *αἰὶ δίκαιον εἶναι τὸ πρὸς βασιλείῳ ὀφειζόμενον* docet Seleucus apud Appian. Syr. 61.

9. *θαυμάζοντα*. Insignis emphasis hujus verbi pro admirari et propterea imitari. Fit enim interdum ut admirationem comitetur imitandi studium. *Raphelius*.

μετακοσμήσει. *Μετακόσμησις* cultus sive ornatus immutatio. *Raphelius*.

Ἄγιν. Agidem Argivum vocat Curtius 8, 5, 8 pessimorum carminum conditorem. Occurrit etiam apud Plut. de discr. adul. et amici c. 34. *Schmiederus*.

C. 10.

1. *ἐκεῖνα δὲ οὐκέτι*. Non scriptum hoc uti quidem vertit Vulcanius, sed dictum a Callisthene puto. Itaque verterim: illa vero non item recte sive modeste dicta puto a Callisthene. Indicio etiam est verbum *ἀπέμεινε*. *Raphelius*.

εἴπερ ἀληθῆ γέγραπται. Merito dubitat. Tale quid facile Callistheni affingi potuit, si forte re vera dixerat: Alexandri gloriam non ex Olympiadis mendaciis, sed ex historia veritatis sacerdote pendere. cf. cens. ad c. 7, 4 memorata p. 188 s.

ὅφ' αὐτῷ sub se, in sua potestate, tanquam historiarum scriptoris in quorum arbitrio est quales et quantos velint reges eorumque res gestas posteris tradere. *Raphelius*. Immo *ἐφ' αὐτῷ*. *Pflugkiius*. Cf. ann. ad Xenoph. Anab. 1, 1, 4. Sed etiam *ὅφ' αὐτῷ* translata significatione cum

aliqua exaggeratione cogitari potest, quasi historicus Alexandri gloriae se quodammodo dominum statuerit.

2. οὐκ οὖν non igitur. *Raphelius.*

καὶ οὖν καὶ itaque etiam. *Raphelius.*

συγγράψας ἐξενέγκη. Aoristi futurum significantes. Neque enim Callisthenes haec jam scripserat, sed scripturus erat. *Raphelius.*

3. Ἀρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα. De horum status quibus propterea donati sunt meminit supra 3, 16, 7. *Raphelius.*

τὸν ἕτερον τοῖν τυράννοι. Hipparchum nempe, quem tamen negat regnasse Thucydides, sed fratrem fuisse Hippiae, qui, ut maximus natus, a patre Pisistrato acceptum imperium Athenis tenuerit. Communem ergo famam Arriani secutus est, quam falsam esse arguit Thucydides 1, 20 et 6, 54 ss. *Raphelius.*

τυραννίδα ὅτι κατέλυσαν. Et hic in diversa abijt Thucydides, qui 6, 53 ait non ab Atheniensibus Harmodioque, verum a Lacedaemoniis eversum fuisse Pisistrati et filiorum ejus regnum, idemque repetit c. 59, 5: post haec facta (post caedem Hipparchi) cum tres annos Hippias Atheniensibus imperasset quarto ab Lacedaemoniis et Alcmaeonidibus exulibus pulsus est. *Raphelius.*

4. Εὐρυσθέα. De hoc idem Thuc. 1, 9 et Georg. Acac. Enenckel, L. Baro Hohenecius in Thuc.: Eurystheus Mycenarum rex Herculem quamdiu vixit laboribus fatigavit ac ne morte quidem ejus quiescens liberos ipsius delere instituit. Qui quum ad Athenienses confugissent, eorum auxilio Eurystheum in Attica praelio fuderant, in quo ipse ab Hyllo Herculis filio, ut Diod. scribit, seu, ut Pausan., Jolao est interfectus. *Raphelius.*

τυραννοῦντα ἐν τῷ τότε τῆς Ἑλλάδος, i. e. cujus tantae opes erant ut quodammodo principatum Graeciae obtineret. Neque enim fieri potest ut, quod Schmiedero visum est, Ἑλλάς pro Peloponneso dictum sit.

5. καὶ τοιοῦσδε κατέχει λόγος. De hac re v. quae dixi in cens. ad c. 7, 4 memorata.

6. οὐδέν τι προσήκων Μακεδόσι. Cum ergo peregrinos divinis honoribus colant, quanto magis regem suum? *Raphelius.*

7. κοσμοῦντας. Pendet ex ὡς (ἄν) § 6.

C. 11.

1. καὶ δὴ enunciata ita conjungere non potest, ideoque καὶ ἤδη recipiendum est.

μαχομένους. Egregie xiii ἀχθομένους.

σιγῇ ἔχειν. Hanc locutionem neque apud Xenophontem neque apud alium quencquam Atticorum scriptorum se legisse testatus Ellendius ex Herodoto affert 9, 93: ὁ δ' εἶχε σιγῇ καὶ ἔφραζε οὐδενί. Arriani locos adde 1, 6, 1. 7, 8, 3.

2. πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις. Huic membro respondet istud ἀτὰρ οὐχ ἥμισυ, cum multis aliis rebus tum vero maxime. Itaque

Gronovius haec omnia sic vertit: Sed statuta esse inter homines discrimina quae ad divinos et quae ad humanos honores pertinerent, multis quidem aliis rebus veluti aedium aedificatione et statuarum erectione [et eo quod] templa diis eximuntur iisque sacrificatur et libatur; sed et hymni deorum sunt, laudes hominum; tum etiam, quod in his non est minimum, ritu adorandi. *Raphelius.*

3. καὶ αὐτῶν τῶν θεῶν etiam ex ipsis diis. *Raphelius.*

4. τό γε ἐπὶ σφίσιον quantum quidem in ipsis est, nempe hominibus. *Raphelius.* Elicendum est nomen ex τιμῶντας, si qui colant.

τὰ ἴσα ἀνθρώποις τιμῶντας si aequaliter hominibus colant. Qui deos non majori quam homines honore afficit, is ipsa hac cultus aequalitate et vilitate, quantum in se est, imminuit ipsorum majestatem. *Raphelius.*

5. ὄσοι. Gr. § 51, 13 ann. 3.

ἀξιοστρατηγότατον. Xenoph. Anab. 3, 1, 24: γάνητε τῶν λοχαγῶν ἀριστοὶ καὶ τῶν στρατηγῶν ἀξιοστρατηγότεροι. cf. Dion. C. 36, 7, 41, 55. 43, 42.

6 εἰσηγητὴν τε et auctorem hujusmodi sermonum oportebat esse, sive hujusmodi sermones te inferre oportebat, ut Cicero loquitur Off. 1, 40. Nec fortasse Vulcanius male [: hujusmodi sermonibus Alexandrum instruere]. Verbum εἰσηγητής pro auctore et suasore exstat apud Plutarch. paedag. c. 14, 34 et c. 15, 2. *Raphelius.*

Ἡρακλείδῃ. Genere paterno descendebat Alexander ab Heraclidis, genere materno ab Neoptolemo Aeacida. Plut. Alex. 2. *Schmiederus.*

7. πρὸς τοῦ θεοῦ. De sacris Herculi post mortem demum factis v. Diod. 4, 39 cum notis Wessel. Minus natum est oraculum Delphicum honorum divinorum post mortem Herculi habitorum auctorem fuisse. *Schmiederus.*

εἰ δ' ὅτι ἐν τῇ — Si propterea nobis Macedonibus barbarorum mores imitandos esse existimas quod, cum in eorum regione sinus, nos tanquam paucos pluribus concedere oporteat. *Raphelius.*

οἱ λόγοι. Emendam ego quoque οἱ λόγοι idque quum re ipsa tuebar, tum eo judicabam esse probabilius quod ἐν ὀλίγῳ et ἐνὶ λόγῳ frequentissime inter se permutata esse constaret, ut apud Dionem Cass. 38, 37, 44, 48, 45, 27, Strab. 5, 4 p. 242 extr., Lucian. Navig. 20 p. 387 lin. 5 Fritzsch. V. Wytenbach. ad Plat. Phaed. p. 250 Lips. *Pflugkius.*

καὶ ἐγώ. Καί hic ineptum post ἔχειν bene habebit.

προσθεῖναι. Gr. § 61, 6 ann. 9.

8. σοὶ αὐτῷ. Praestat, ut opinor, σοὶ οὕτω. *Pflugkius.* Idem coniecit Sintenis in cens. alt. p. 151; mihi id languidum videtur ideoque αὐτῷ suasi.

τὰ τῶν τιμῶν ἐς ἅπαν. Fit quidem etiam infra mentio δόξης τῆς ἐς ἅπαν 7, 27, 3. Sed cum hic non sit scriptum τῶν ἐς ἅπαν articulo repetito, rectius ipsique loci sententiae convenientius ἐς ἅπαν refertur [ad] διακεχωμαίνα ἔσται vertiturque prorsus, plane, in totum in universum, omnino. Ita dissert. Epict. l. 1 c. 4 lin. 11: τὴν ὀρεξιν ἤρκεν ἐξ αὐτοῦ ἐς ἅπαν, appetitionem ex se ipso suspensam habet omnino. Plura loca v. ad Ind. 36, 5. *Raphelius.* Qui ἐς ἅπαν ad μόνων referendum esse dicit (?) Sintenis l. l. in eandem sententiam interpretatur: sollen die

Ehrenbezeugungen so in aller Rücksicht verschieden sein, dass dich die Griechen und Macedonier auf menschliche und Griechische Weise, die Barbaren allein hingegen auf barbarische Art ehren —.

ὡς πρὸς Ἑλλήνων — βαρβαρικῶς. Quod hic proponit Callisthenes ut absurdum et ignobile videntur arripuisse adultores ut suaderent regi, qui ea ratione usus fuit. Nam Plutarchus scribit Alexandrum per Hephæstionem *πειραίζοντα* respondisse barbaris, per Craterum vero patrii moris tenacem Macedonibus et Graecis. Sed et litteras quas in Europam mitteret veteris annuli gemma obsignabat; iis quas in Asiam scriberet Darii annulus imprimebatur. Adde quae notat Freinshem. ad Curt. 8, 5, 6 ex Luciano. *Schmiederus*. Contulisse iuvabit Strab. 1 extr.

9. λέγεται τὸν πρῶτον. Haec sic scribenda videntur λέγεται, τοῦτον πρῶτον. *Pflugkius*. Ego nunc τὸν deleam.

τὸν πρῶτον προσκυνηθῆναι. Quo primum tempore hoc factum sit narrat Xenophon Cyr. 8, 3, 14: πρόσθεν δὲ Περσῶν οὐδείς Κῆρον προσκύνει. *Raphelius*.

Σκύθαι ἐσωφρόνισαν. Ita auctores prodiderunt, Diod. Sic. 2, 44, Justinus 1, 8 aliique, Cyrum a Tamyri Scytharum regina victum trucidatumque; sed Xenophon eum placida morte in lecto acquiescere facit Cyr. 8, 7, 28. *Raphelius*.

Δαρεῖον ἄλλοι αὖ Σκύθαι. Justin. 2, 5, 10: Darius armatis septingentis millibus hominum Scythiam ingressus non facientibus hostibus pugnae potestatem, metuens ne interrupto ponte Istri reditus sibi intercluderetur, amissis octoginta millibus hominum trepidus refugit. *Raphelius*.

Ξέρξης. Hujus copiae quas cum Mardonio in Graecia reliquerat occisione occisae sunt a Graecis in memorabili illo ad Plataeas praelio, de quo Herodotus l. 9, Diodorus 11, 31, Justin. 2, 14 plurimique alii. *Raphelius*.

Ἄρταξέρξης. Hac de re copiosissime Xenophon libris de expeditione Cyri. *Raphelius*.

C. 12.

1. *κνκλωσαι*. In optimo illo libro sine macula scriptum est *κωλῶσαι*. v. Gronovium. Prohibuisse ulterius meminisse adorationis. Idem ergo ait Arrianus quod Curtius 8, 5, 21, misisse Alexandrum ut sermo ille de adoratione finiretur. *Raphelius*.

2. *Λεοννάτον*. cf. Curt. 8, 5, 20, qui rem narrat de Polyperconte, non Leonnato. *Schmiederus*.

ὡς ταπεινόν. Olim in ejusmodi locis ὄν additum requirere solebant, quod saepe non comparere hodie satis notum est. Gr. § 56, 9 ann. 7.

3. καὶ τοσόδε λόγος, auctore Charcte. v. Plut. Alex. 54.

χωρήσαι. Similiter 5, 7, 4.

5. ἀπὸ Καλλισθέναι. Malim τῷ Κ. *Pflugkius*. Fortasse ἀπὸ ex sq. ἀπὸ ὁ Κ. ortum.

6. τὴν ἐν τῷ παραυτίκα praesentem ignominiam, qua regem coram, in convivio, inspectantibus omnibus afficiebant, non tempus saltem admonendi ejus aut reprehendendi opportunum exspectantes. Hinc mox § 7 Callisthenis ἄκαιρος παρρησία vituperatur. Et Curtius 4, 7, 31 ait immortalitatem adfectantem contumacius quam aut ipsis expediabat aut regi aversati sunt. Conferri meretur exemplum Saulis, qui cum se peccasse agnosceret, tamen a Samuele honorari volebat coram senioribus populi. 1 Sam. 15, 30. *Raphelius.*

τὸ καθ' αὐτόν pro se quemque. *Raphelius.*

7. ὅτι τοὺς μὲν ὅτι nisi legeris, vix quod sequitur τοὺς δὲ sic locum tenere possit.

ὅτι καὶ ἐπῆρεν quod etiam incitarit. Plus enim est ad facinus instigare quam ejus tantum participem esse. *Raphelius.*

C. 13.

1. ἐκ Φιλίππου. Idem de Philippo refert Aelian. V. H. 14, 49. Causam moris a Philippo instituti adjecit hanc, ut laborum patientes atque ad ea quae fieri opus esset peragenda prompti atque parati redderentur. Cf. etiam Curt. 5, 1, 42 et 8, 6, 2—6, qui inter alia, haec cohors, ait, velut seminarium ducum praefectorumque apud Macedonas fuit. Hi pueri, ut supra jam monui, interdum somatophylaces vocantur et plerumque servilia tractabant. *Schmiederus.* Pueri regiae cohortis Curt. 10, 8, 3.

2. ἐς θήραν pro ἐν θήρῃ, ut saepe commutantur hae praepositiones. *Schmiederus.* Licebit interpretari: ad venandum se offerebat. Non multo aliter Diod. 17, 90: εὐχερωα πρὸς τὴν θήραν γίνεται. Sed ἐν θήρῃ C.

τοῦ καιροῦ ὑστερίσας. cf. Lobeck. ad Phryn. p. 238.

πληγὰς λαβεῖν. Castigandi verberibus eos nullius potestas praeter regem erat. Curt. l. l. *Schmiederus.*

5. ἔστε in his libris cum accusativo non reperias, itaque ἔστε ἐπί suasi, quod in iis plus quinquagies legas.

Σύραν Non est nomen proprium sed gentile. *Schmiederus.* Sed ita ut in proprium nomen cessisse videatur. cf. ann. ad Xen. An. 1, 10, 3.

ἐπισιῆναι supervenisse, subito adstittisse, cum minime exspectaretur, uti vim hujus verbi explanant interpretes sacri ad Luc. 2, 9. 24, 4, Act. 4, 1 etc. interque eos Grotius ad Matth. 28, 2. *Raphelius.*

C. 14.

2. ὁμολογεῖν τε ἐπιβουλεῦσαι (καὶ γὰρ οὐ. Fort. ὁμολογεῖν τε ἐπιβουλεῦσαι, καὶ, οὐ γὰρ —. *Pflugkii.* Ego anacoluthon hic statuo. Inchoavisse videtur scriptor ac si perrecturus esset: καὶ εἰπεῖν ἐλευθερῶσαι ἐθέλῃσαι. Quamquam non displicet Pflugkii conjectura, ita ut καταλέγοντα ad verba οὐ γέροντα ἐν ἐλευθερῶσαι ἐθέλῃσαι referatur.

ἐτι amplius, ultra. *Raphelius.*

καὶ πότους τε καὶ ὕπνου. De potationibus Alexandri quae dixit Aristobulus v. 7, 29, 4, quem sequitur Plut. Alex. 23. De iisdem longus est Athen. 10 p. 434, qui eum aliquando per totum triduum temulentiam edormivisse tradit. Plutarchus eum interdum per totum diem propter ebrietatem dormivisse auctor est. Distinguendum est inter tempora. Primis temporibus modicus fuisse videtur Alexander iisdemque vera esse potuerunt quae tradit Aristobulus. Persis vero devictis nimis jam lubricam indulgebat; de his posterioribus temporibus valent quae Athenaeus aliique habent. *Schmiederus.* Pro τοῦ quod Ellendtius conjecit τοός habet C, ut hic Alexandri nomen articulo liberare non dubites.

3. ξυμπεριάγεσθαι τῇ στρατιᾷ ductum fuisse cum exercitu, pro περιάγεσθαι ξὺν τῇ στρατιᾷ, quocumque iter fecerit exercitus, eodem una ductum fuisse Callisthenem. Hoc sensu συμπεριάγεσθαι exstat apud Xenoph. in Hierone 2, 8: οἱ δὲ τύραννοι πάντες πανταχῇ ὡς διὰ πολεμίας πορεύονται· αὐτοὶ τε γούν ὠπλισμένοι οἴονται ἀνάγκην εἶναι διάγειν καὶ ἄλλους ὀπλοφόρους αἰεὶ συμπεριάγεσθαι. Blancardus (nam Vulcanius longe rectius verterat: in exercitu ductum fuisse) praefert Justinī, Diogenis Laertii et Suidae sententiam, qui Callisthenem cavea inclusum et ad spectaculum circumductum fuisse tradunt. v. Freinshem. ad Curt. 8, 8, 21. Ideoque Blancardus versionem Vulcanii mutavit, sed in deterius [in exercitu circumductum fuisse]. Istam enim sententiam perspicuum est Arriani verba non habere *Raphelius.*

νόσω morbo pediculari, ut auctor est Diog. Laert. *Raphelius.* Diog. v. Aristot: ἐν αἰδηρᾷ περιήγετο γαλεάγρα φθειριῶν καὶ ἀκόμιστος, καὶ τέλος λέοντι παραβληθεὶς οὕτω κατίστρεψεν. Plut. Alex. 55: ἀποθανεῖν δ' αὐτὸν οἱ μὲν ὑπ' Ἀλεξάνδρου χρεμασθέντα λέγουσιν, οἱ δ' ἐν πέδιλοις δεδεμένον καὶ νοσήσαντα· Χάρης δὲ μετὰ τὴν σύλληψιν ἐπιὰ μῆνας φυλάττεσθαι δεδεμένον, ὡς ἐν τῷ συνεδρίῳ χρηθεὶ παρόντος Ἀριστοτέλους· ἐν αἷς δ' ἡμέραις Ἀλέξανδρος ἐν Μαλλοῖς Οξυδράκαις ἐτρώθη περὶ τὴν Ἰνδιαν ἀποθανεῖν ὑπέραχυν γενόμενον καὶ φθειριάσαντα. cf. Plut. Sulla 36 et Suid. in Καλλισθένης. Aristobulus et Chares, qui ne tempora quidem recte notavit, Alexandrum videtur ejusmodi caedis crimine liberare voluisse; simplex et aperta est Ptolemaei narratio, quam merito Curtius 8, 8, 21 aliique referre non dubitaverunt.

ὅπως διεπράχθη. Non male Sintenis in cens. alt. p. 136 ὅπως δὴ ἐπράχθη cl. 2, 3, 8: ὅπως μὲν δὴ ἐπράχθη κτλ. quamquam hic locus nihil probat, quum illic μὲν δὴ particulae transeundi sint.

4. οὐ πολλῶ ὕστερον, Bactris, si Arrianum sequeris c. 22, 2, Caria-tis, urbe Bactriana, si Strabonem 11, 11 p. 517. *Schmiederus.*

τοῖς περὶ Κλειτον ξυνηγεθεισιν quae circa Clitum acciderunt Alexandro. *Raphelius.* Quod exemplaria obsidebat ξυνηγεθεισιν tacitus correxi eum Ellendtio.

C. 15.

1. Παρ' Ἀλεξάνδρον δέ. Pro δέ Vulcanius posuit post haec; falso. Nam ante haec acciderunt quae hoc capite narrantur. *Raphelius.* Curt. 8, 1, 7: Alexander Sogdianis rursus subactis Maracanda repetit. Ibi Berdes, quem ad Scythas super Bosphorum colentes miserat, cum legatis gentis occurrit.

ἐκ τῆς Εὐρώπης. [Revera] e regionibus trans Jaxartem. *Schmiederus.*

3. ἀλλὰ τῶν γε at saltem. Ita Curt. 3, 8, 2: si id consilium damnaret, at ille divideret saltem copias. *Raphelius.*

4. ταῖς Ἀμαζόσιν. Narratio haec fide digna non esse videtur, quod jam vidit Grentemesnilius. De fabulosis Amazonibus v. ad 7, 13, 2 ss. Quid vero si Chorasmii vicini erant Colchis ad Pontum habitantibus, cur venit Pharasmanes hisce temporibus ad Alexandrum, cum esset Bactris tam longe distantibus a Colchis? Si vero Chorasmii ultra mare Caspium habitabant, quo tandem modo eorum rex quae promiserat polliceri poterat? Habitabant autem Chorasmii trans mare Caspium inter Parthyaeos et Bactrianos, ut jam apparet ex § 4 et 5, 5, 2. Eorum deditionem omnes auctores non nisi hoc tempore factam referunt, ex. c. Just. 12, 6: Chorasmos et Dahas in deditionem accepit. Curt. 8, 1, 8: Phrathernes (lege [?] Pharasmanes) quoque, qui Chorasmii praerat, Massagetis et Dahis regionum confinio adjunctus, miserat qui facturum imperata pollicerentur, ad quem locum notat Freinshemius „firmatur mentio Chorasmiorum hoc loco etiam Strabonis l. 11 [8 p. 513], in quo tradit ad eos quoque inter istas turbas confugisse Spitamenem, ut ita illi quoque ejus causa illigati transiturum ad se belli incendium missa legatione averterint.“ Grentemesnilius laudat Ptolemaeum (6, 12), a quo Chorasmii non longe ponuntur ab Oxo fluvio et Oxianis. Idem, regio, inquit, et urbs Choarasm, adhuc temporibus geographi Nubiensis vocabatur in eodem tractu et ab eodem ponitur in octava parte climatis tertii juxta flumen Gihon, quod ei est Oxus. Eadem etiam probat St. Croix p. 200 et 304. Quid quod nostris adhuc temporibus trans mare Caspium in Tartaria magna regio quaedam vocatur Kharissem vel Karasum vel Chorasam vel Chowaresm. Dubium ergo non est Chorasmios habitasse trans mare Caspium, longe a Colchis. Colchorum vero mentio facta est propter errorem perpetuum Alexandri et Macedonum, quo decepti non ultra mare Caspium, sed modo ultra Pontum Euxinum se esse somniarentur, ideoque Jaxartem vocarent Tanaim, Sacas Abios, Paropamisum Caucasum etc. *Schmiederus.*

5. ξυστήσας commendans, cum commendasset. Tonusque locus, uti jam a Gronovio fuit animadversum, ita interpretandus: Pharasmanem autem Artabazo Persae, cui Bactrianorum regio ab Alexandro commissa erat, et ceteris Artabazo vicinis satrapis commendatum remittit in regionem suam. Ita enim ἐς τὰ ἤθη Gronovius ex mss. et editione Basileensi revocavit, cum antea esset ἐς τὰ ἔθνη. *Raphelius.*

6. πᾶσαν — τὴν Ἀσίαν. sc. quantam tunc novere. *Schmiederus.*

7. ἦεν αὖθις retro ivit e Zariaspis vel Bactris septemtrionem versus. cf. c. 7, 1 et 16, 1. *Schmiederus.*

τοῦ σατραπίου, cujus noster nomen praeter consuetudinem neglexit. Erat autem in Sogdianis Peucolaus cum tribus millibus peditum relictus. *Schmiederus.*

ἐλαίου πηγῆ. v. Plut. Alex. 57, Strab. 11, 11 p. 518, Athen. 2, 17 p. 42 et Curt. 7, 10, 14.

C. 16.

1. Αἰβάς, sc. Oxum. *Schmiederus.*

2. ἐπῆεν τὴν χώραν. i. e. Sogdianam. Hanc ἐπῆεν i. e. perivit,

sed ita ut cuncta obvia subigeret. Jusserat vero Alexander ducibus ut aliquam quisque partem percurreret, omnes vero Maracanda convenirent, quo ipse recta duxisse videtur. Igitur ἐπὶ ὡς ἐπὶ Μαράζανδα, quam urbem a rege eversam tradit Strabo 11 p. 365. [p. 517: διὰ τὰς πενήτας ἀποστάσεις.] *Schmiederus*.

ἀναλαμβάνοντες hic ineptum est, quare ν littera ex σμίον adhibita παραλαμβάνοντες lege. cf. 1, 12, 7. 17, 2 et Thuc. 1, 111, 2. 3, 39, 7. 46, 2. 50, 3. 4, 69, 4. 5, 39, 2. 52, 1.

συνοικίζειν. i. e. praecipue regionis et ruris incolae cogere ut urbes incolant. De his urbibus loqui videtur Curt. 7, 10, 15: circa Marginiam oppidis condendis electa sedes est. Duo ad meridiem versa, quatuor spectantia orientem modicis inter se spatiis distabant, ne procul repetendum esset mutuum auxilium. Haec omnia sita sunt in editis collibus, tum velut freni domitarum gentium, nunc originis oblita serviunt quibus imperaverunt. Octo urbes in Sogdiana et Bactriana conditas numerat Strabo 11 [11 p. 517], duodecim Just. 12, 5. *Schmiederus*.

Σκύθας. Intellige Massagetarum. *Schmiederus*. Cf. Strab. 11, 11 p. 518 et 11, 9 p. 513: τοῦ δὲ τῶν Μασσαγετῶν καὶ τῶν Σακῶν ἔθνος καὶ οἱ Ἀττάσιοι καὶ οἱ Χωρᾶσμοι, εἰς οὓς ἀπὸ τῶν Βακτριανῶν καὶ τῶν Σογδιανῶν ἔφυγε Σπιταμένης, εἰς ἕκ τῶν ἀποδράντων Περσῶν τὸν Ἀλέξανδρον.

κατείχετο tenebantur. *Raphaelius*.

4. λείαν δὲ πολλὴν περιβαλλόμενοι ἤλαυνον sed praeda multa potiti abierunt. *Raphaelius*. Vulcanius ἤλαυνον vertit abegerunt; recte, sed fortasse ἀπὸ ἤλαυνον legendum est.

6. ἐπὶ τῆς βασιλικῆς θεραπείας. Zariaspa erant Bactrianae caput. Consentaneum igitur tam ibi quam in aliis praecipuis urbibus habuisse Alexandrum suam rem privatam curatoresque rei dominicae, ut posteriore saecula vocaverunt: idque exemplo regis Persarum, cuius in omni imperio erant σταθμοὶ βασιλῆϊοι sive mansiones regiae. Herod. 5, 52. Freinsheim. ad Curt. 8, 1, 5. Ex hac familia paulo post nominantur pueri regii. Sic Polybius θεραπείας nomine appellat corporis custodes sive praetorium cohortem 5, 69 p. 575, 19: αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς θεραπείας εἶχε τὸν υἱὸν τῶν. *Raphaelius*.

7. ἐνεδρευθέντες — ἀποβάλλουσιν insidiis occupati a Spitamene et Scythis ex amicis quidem amittunt septem. *Raphaelius*.

Ἀριστόνικος. Huic Aristonico Plut. de fort. Alex. [2, 2] p. 334 auctor est Alexandrum statuam aeream collocasse Pythiis [Πυθῶν, Delphis]. Githaram statua gerebat et hastam projectam. *Schmiederus*.

C. 17.

1. ὑπὲρ τοῦς χιλίους ultra mille. *Raphaelius*.

3. διεθθέντα διὰ γῆρας propter senectutem id desiderante [petente]. *Gronovius*. Nonagesimum et quintum annum agebat quo tempore ad Alexandrum venit auctore Curt. 6, 5, 3.

τῆς τε χώρας ἔνεκα τῆς φυλακῆς. τῆς quod est ante φυλακῆς delendum videtur. *Pflugkiius*. Non satis causae video.

εἰ πη ἄρα — ἐνεδρεύσαντας ξυλλάβειν. Schmiederus ἐνεδρεύσαντες ξυλλάβειν coniecit, ipse tamen revocatus l. c. 30, 6. Videlicet εἰ πη, εἰ που quoddammodo adverbiorum vice funguntur et similiter atque Latinorum si forte interponuntur. v. Stallbaum. ad Plat. de rep. p. 497, e et Lobeck. ad Soph. Aj. 885. Infinitivus consilium indicat, jungendus ille cum verbis ἐνεκα τῆς φυλακῆς. Nunc tamen, quum infinitivus non habeat unde satis apte pendeat, ἐνεδρεύσαντες ξυλλάβειν malim.

4. ἄπορα πάντα. Idem mihi quod Sinteni tuo placebat, πάντη. Pflugk. Sic πάντα et πάντη passim permutata reperias, veluti 7, 15, 6, ubi Bas. πάντα.

Βαγᾶς — ὠχισμένον. Est igitur id situm in ripa Oxi, quippe de quo scribit Strabō 11, 11 p. 517: μεταξὺ τοῦ Ὁξου ποταμοῦ, ὃς ὀρίζει τὴν τε Βασιριῶν καὶ τὴν τῶν Σογδιῶν. Gronovius.

5. καὶ ἅμα ὄτι — et simul, quod neque urbes ipsis sint neque certas sedes figant, ut timeant de rebus charissimis. Nihil enim habentibus nihil est quod timeant ne sibi bello eripiatur. Raphaelius.

7. οἷ τε Μασσαγέται οἱ Σκύθαι. Articulus alter videtur delendus esse. cf. ann. ad Xenoph. Anab. 6, 2, 2 ed. max.

ἀπὸ σφῶν αὐτόν. αἰτῶν defendit Sintenis in cens. alt. p. 135.

C. 18.

1. Κοῖνός τε — Craterus et Coenus ad Alexandrum redeunt a persecutione Spitamenis. Phrataphernes autem et Stasanor missi erant in Arios ad Arsamen capiendum. Sed memoria sefellit nostrum. Supra enim c. 7, 4 Phrataphernem et Stasanorem ad Alexandrum redisse scripsit, cum esset Zariaspis. Arsamen istum Artabazi filium fuisse, ut putat Blancardus, minus est verosimile, Eodem enim tempore quo Arsames suspectus fuit et captus, Artabazo usus est Alexander tanquam homine fidissimo. Deinde quis credat regem prius filium Arriorum satrapam constituisse quam patri Bactrianam traderet? Pro Artabazi filio eum Arsamen [Arsacen] accipere malo qui 3, 29, 4 parti Indiae praefectus narratur. Schmiederus.

ἐς Ναύταχα. Regio haec Naura appellari videtur apud Curtium 8, 2, 19. Raphaelius.

2. ὁ τιπερ. Quod Ellendtius dicit nescire se cur ego ad Clintonis Fast. Hell. p. 168 διεπερ legendum esse coniecerim: miror virum Arriani dicendi usum diligentem observantem non adnotasse ubi illum ὅτιπερ dixisse legerit; legitur tamen apud Thuc. 4, 14, 2, ubi v. ann., ut διότι περ apud Polyb. 6, 29, 5. Profecto ne alterum quidem ὅτιπερ, ex hoc scriptore enotatum habeo; sed hoc quidem per se nihil offensionis habet ac passim usurpatum legitur, veluti apud Thuc. 3, 54, 3 et Appian. Illyr. 13. Substitui tamen leniorem emendationem, quamquam ultra verior sit dubito.

Τοπεύρους. Hi supra 3, 23, 7 Ταπούρων nomine appellantur. Raphaelius. Scripsi Ταπούρους iubente Freinshemio in indice Curt. Sic est in Curtio, sic in Arriano 3, 23, 1. 2. 7. 24, 3. 7, 23, 1. Sic jam emendavi 3, 8, 4. 11, 4 et 23, 1. Hoc nostro loco habet optimus Ταπούρους, quod aludit. Schmiederus.

Ἀυτογραφιδάτην. Pro vulgato Φραδατήν emendavi Ἀυτογραφιδάτην. v.

Freinshem. ad Curt. 6, 5, 21 et in indice atque nostrum 3, 23, 7 et 24, 3. *Schmiederus*.

3. ἐθελοχακεῖν αὐτῷ. Pronomen hoc ad consequens verbum referendum, non ad antecedens. *Raphelius*.

ἀνάξοντας adducturos [in superiorem Asiam] ad Alexandrum. *Raphelius*.

4. τὴν ἐν τῇ Σογδιανῇ πέτραν. Eadem fere omnia narrantur de petra quadam a Curtio 7, 11, cujus tamen loca ἐκ παραλλήλου hic apponenda non duxi, propterea quod unam eandemque esse petram satis comperit non habeam. praesertim discrepante historiae ordine. *Raphelius*. Strabo 11, 11 p. 517: (γασι δ' Ἀλέξανδρον) ἐλεῖν καὶ πέτρας ἰσχυράς σφόδρα ἐκ προσόσεως τὴν τε ἐν τῇ Βακτριανῇ τὴν Σισιμίθρου, ἐν ᾗ εἶχεν Ὀξυάρτης τὴν θυγατέρα καὶ Ῥωξάνην, καὶ τὴν ἐν τῇ Σογδιανῇ καὶ τὴν τοῦ Ὠξου, οἱ δ' Ἀριαμῆζου γασί. τὴν μὲν οὖν Σισιμίθρου πεντεκαίδεκα σταδίων ἰσοροῖσι τὸ ὕψος, ὀδοῦνται δὲ τὸν κύκλον, ἄνω δ' ἐπίπεδον καὶ εὐγεων, ὅσον πεντακοσίους ἄνδρας τρέφειν δυναμένην, ἐν ᾗ καὶ ξενίας τεχνίον πολυτελοῖς καὶ γάμους ἀγαγεῖν Ῥωξάνης τῆς Ὀξυάρτου θυγατρὸς τὸν Ἀλέξανδρον· τὴν δὲ τῆς Σογδιανῆς διπλασίαν τὸ ὕψος γασί. Σισιμίθρου πέτραν etiam Plut. Alex. 58 memorat; sed jam in ea obsidenda Oxyartem Alexandro affuisse dicit.

ἔπεκθεμέενου. v. ann. ad Thuc. 1, 89, 3.

ταύτης γάρ. Particula γάρ causam indicat cur Alexander hanc petram oppugnandam statuerit. *Raphelius*.

τῶν Σογδιανῶν τοῖς — illis Sogdianis qui res novare velent. *Raphelius*.

6. προκληθέντος. Potest equidem ferri, ut participium censeatur neutro genere: cum pronunciatum a praecone aliquid foret ad colloquium inchoandum et promissum illis etc. Nihilominus ambabus ulnis amplector scripturam editionis Bas., quam in tribus quoque mss. offendi, προκληθέντες, vel ut mss., προσκληθέντες, nempe ipsi barbari. *Gronovius*. Genitivus proximo genitivo originem debet.

προτεινομίον. sc. τοῦ κήρυκος, qui Curtio auctore [7, 11, 5] erat Cophas. *Schmiederus*. Cophen Curtius internuntium fuisse significat. Ceterum non video cur Ἀλεξάνδρου subjectum cogitare noluerit.

ῶραν. Semel usus est vocabulo ab Herodoto aliquoties usurpato.

7 τῷ μὲν πρώτῳ ἀναβάντι. v. Gr. § 50, 12 ann. 1.

τὰ δεύτερα i. e. undecim talenta, τρίτῳ τὰ ἐγεγῆς tertio decem talenta. *Raphelius*.

τριακοσίουσ δαρεικοῦσ. i. e. unum talentum. Nam apud Xenophontem de exped. Cyri 4, 7, 18 pro eadem pecuniae summa modo tria millia Daricorum, modo decem talenta ponuntur. Unde facile est rationem inire: quot Daricis constet unum talentum. Cum enim tria millia Daricorum conficiant decem talenta, nimirum decima illorum pars sive trecenti Darici erunt unum talentum. Ceterum de hoc nummi genere quaedam diximus ad 1 Paralip. 29, 7 in additam. Annot. philol. in N. T. [cf. Kr. ann. ad Xen. Anab. 1, 1, 9.] Idem magis perspicue Curtius memorat 7, 11, 12: praemium erit ei qui primus occupaverit verticem talenta X: uno minus accipiet qui proximus ei venerit: eademque ad decem homines servabitur portio. In hoc uno dissentit Arrianus quod duodecim talenta summum praemium fuisse scribit, unde intelligendum est etiam duodecim homines fuisse quibus pro portione celeritatis qua in euitendo usi fuerant praemium ita tributum sit ut, cum primo duodecim

talenta obtigissent, posteriori cuique uno minus solveretur, ad ultimum vero sive duodecimum unicum perveniret talentum sive trecenti Darici. *Raphelius*. Ceterum scriptor satis obscure loquutus est. Vix tamen cogitari potest quod Schmiederus statuit, dicere Arrianum omnibus qui ascendissent praemium promissum fuisse.

C. 19.

1. *Ἔνταξάμενοι*. Notanda hic significatio vocis mediae quam vocant grammatici. Passiva enim vox notat ab alio colligi, ab alio in acie constitui; media vero sponte sua convenire, sponte in ordines ire et ad quaevis militiae munia obeunda se cum aliis voluntarie conjungere. Id quod hoc loco factum est, cum non officii militaris necessitate coacti, sed praemii dulcedine allecti hanc operam navarint. *Raphelius*.

ὄσοι quotquot. Tantus fuit ardor animorum ut eorum qui ascendendis rupibus erant assueti nemo non se obtulerit in hujus laboris et spei simul societatem. *Raphelius*.

2. *ἐς τριάκοντα*. duos et XXX Curt 7, 11, 19.

3. *ἐμβοῆσαι* inclamare Liv. 1, 25: exercitus inclamat Curiatii ut opem ferat fratri. *Raphelius*.

4. *ἐδείκνυνεν, ὃ κήρυξ*. Curt. 7, 11, 24. Pluralem Schmiederus ita intellexit ut οἱ ἀμφὶ τὸν κήρυκα subaudiret.

5. *καὶ γὰρ ἦν Ὀξυάρτου. καὶ ἦν γὰρ Ὀξυάρτη* C, quibus receptis *καὶ* ante ταύτην deleam. v. ann. ad 2, 3, 4.

καθάπερ tanquam captivae. Licet captiva esset, tamen Alexander ea licentia quam ipsi victoria dabat contra illius pudicitiam abuti noluit neque illam tanquam captivam habuit. Ita idem de conjuge Darii summam adhibuit curam ne quis captivo corpori illuderet, quod alias a victoribus fieri solet. Curt. 3, 12, 22. *Raphelius*.

6. *ἐπαινῶ*. Laudatur ergo ab his, culpatur ab illis, in iisque etiam a Curtio 8, 4, 24 etc. *Raphelius*. Circumspecte Plutarchus Alex. 47: τὰ περὶ Ῥωξάνην ἔρωπ μὲν ἐπαύχθη, καλὴν καὶ ὠραίαν ἐν Χορτίου παρὰ πότον ὀφθείσαν· ἰδοῦξε δ' οὐκ ἀνάγκουσια τοῖς ὑποκειμένοις εἶναι πράγμασιν. ἐθάρρησαν γὰρ οἱ βάρβαροι τῇ κοινωνίᾳ τοῦ γάμου καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ὑπερηγάπησαν, οἱ σωφρονέστατος περὶ ταῦτα γεγενώσιν οὐδ' ἧς μόνης ἤτιθη γυναικὸς ἀνευ νόμου θιγεῖν ὑπέμεινεν. cf. de fort. Alex. 1, 11.

καλλίστη δῆ. cf. Plut. de fort. Alex. 2, 6 et Alex. 21. In Perside feminarum pulchritudinem excellere testatur Ammian. 24, 4, 27.

νεὸς τε ὦν —. Rectius, opinor, post οἱ ἄνθρωποι commate distinguendus, ut participium ad verba *κατηδέσθη τε καὶ ἐφέεσται* referatur: quamquam juvenis erat —, tamen. Similiter ὁ δὲ 4, 28, 6. 7, 2, 4.

οὐκ ἀτόπῳ ἐφέσει non inepta, valde tempestiva, opportuna cupiditate. *Raphelius*.

C. 20.

1. Καὶ τοίνυν junxit etiam Xenoph. Cyr. 1, 1, 5. 3, 16. 4, 2, 35. 5, 1, 4.

τὸν εὐνοῦχον, quem Tyrioten vocat Curtius [4, 10, 23], Tiroc Plutarchus [Alex. 30]. *Schmiederus*.

2. σωφρονεῖν h. l. fidem matrimonii servare. *Schmiederus*.

αὐθις ἐρέσθαι. Interpretamentum videtur Sinteni in cens. alt. p. 135.

3. ὦ Ζεῦ βασιλεῦ. Persae nunquam coluere Jovem Graecorum nec habuere deum ejus nominis. Est illa negligentia omnium et optimorum scriptorum ut exterorum diis suorum nomina tribuant. Darius imploravit Solem, summum Persarum deum atque disertè scribit Athenaeus 13 [p. 603, c]: Διόπερ καὶ Δαρείος τοῦτο μαθὼν ἠῤῥξατο τῷ Ἥλιῳ τὰς χεῖρας ἀνατείνας ἢ αὐτὸν βασιλεῦεν ἢ Ἀλέξανδρον. *Schmiederus*.

ὄτῳ ἐπιετραπται cui permissum est, cui licet, qui potestatem habet. Memorabilis sententia, qualis Daniel. 5, 21: dominari Deum excelsum in regno hominum et quem vult constituere in eo. *Raphelius*.

οὐκέτι σοι βασιλεὺς τῆς Ἀσίας sin vero non amplius tibi rex Asiae sum. Eleganter et suppliciter dictum ad eum modum quo Davides 2 Sam. 15, 26: Quodsi ita dixerit, non delector te, ecce etc. *Raphelius*. De re cf. Plut. l. l. et de Alex. fort. 2, 6 atque Curt. l. l.

παρὰδοῦναι. Infinitivus pro imperativo: quae enallage frequentior est in praeceptis quam petitionibus. Notandum ergo hoc exemplum vel propterea quod ei simile reperitur apud Lucam 22, 42, ubi item in priori membro orationis particula εἰ antecedit. Sic 5, 2, 3 et 11, 4. *Raphelius*. Cf. Gr. § 55, 1 ann. 5.

4. τοὺς παῖδας ἐχομένους. τὰς παῖδας ἐχομένας conjecit Sintenis in cens. alt. p. 151. cl. c. 18, 4 et 19, 4. Ac profecto mirum est illic tantum τὰς παῖδας memoratas esse, si filii quoque illic fuerint.

C. 21.

1. καὶ τῆς πέτρας. Καί particulam damnat Sintenis in cens. priori p. 1131, quod tantum de petrae expugnatione sermo sit. Nescio cur cogitare nolimus: subactis non modo aliis sed etiam petra.

ἐς Παραϊτάζας. Hos Alexandrum e Perside in Mediam transcuntem subjecisse narratum est 3, 19, 2. Mox c. 22, 1 scribuntur Παραϊτακηνοί, quae scriptura aequè solennis est quam altera. Alexandrum vero in eos Paraetacos movisse qui inter Persidem et Mediam incolabant vix credibile est, quum nimis longe ab iis ubi nunc est locis absint. Istam enim Paraetacenen quam nunc intrat proximam fuisse Sogdianae apparet. Ergo distinguendum esse credo inter duos Paraetacos, alteros ab oriente Persidis et inter Persidem Mediamque medios; alteros vicinos Sogdianae vel orientem vel occasum versus. Plin. enim 6, 26: Inter Parthos, ait, et Arianos excurrunt Paraetaceni. et Isidorus Characenus: ἐντεῦθεν

Σακαστήνη Σακῶν Σκυθῶν ἢ Παρατακήνη. Curtio ista regio quam nunc intrat Alexander vocatur Naura 8, 2, 19. *Schmiederus.* Arrianum errore Paratacenos huc transtulisse, verius de hac re Curtium videri explicasse censet Fessler. in hist. Alex. M. p. 301.

ὄχυρόν καὶ ἄλλην. In nullo ms. reperitur copulativa et erit satis apta epexegetis. Gronovius. Caeterum multum his similia et quae a nonnullis pro iisdem habentur apud Curtium reperiuntur 8, 2, 19 etc. *Raphaelius.*

Ξυμπεφεύγει. v. 1, 2, 3 cum ann. 4, 22, 8. 30, 5.

2. *παρὰ τὴν γύσειν τοῦ χωρίου.* Curt. 8, 2, 20: tergo petra claudebat; hanc manu perviam incolae fecerant. *Raphaelius.*

πολύ mihi suspectum est. Nam nec aptum est nec memini qui *πολὸν πρόσθεν* dixerit.

3. *τε καὶ εὐτυχίας. τε καὶ εὐψυχίας* vel *ἐκ τῆς εὐτυχίας* suspicatur Sintenis. Sed *εὐψυχίας* notio hic non satis gravis videtur; ac bene habere censeo quod nunc legitur: eo audaciae venerat ut nihil non aggrendendum; eo felicitatis ut nihil sibi non successurum putaret.

προκεχωρήκει. Malim *προῦκεχωρήκει.* *Pflugkius.*

ὑπερύψηλοι valde procerae. *Raphaelius.*

4. *ὅπερ αὐτῷ* — quae reliqua pars exercitus ab ipso in noctem erat constituta. *Raphaelius.* Comma ego non post *διανενημένω*, sed post *στρατιᾶς* posui, ut sententia sit: quum trifariam partita esset ea pars cui nox attributa erat.

εἴκοσι πήχεις. sc. *τοῦ ἔργου.* Intelligendum hoc non est de scalis, sed de omni opere in ss. descripto. *Schmiederus.*

5. *πασσαλοὺς κατεπήγνυον.* Vertendum fuit: in maxime praecipiti et acuta voraginis parte impeerunt. *Gronovius.* Lucem huic loco praebet Curtius 8, 2, 20: praeterfluebat torrens amnis, tergo petra claudebat. 23: ad petram admovit exercitum. Ceterum interveniebat fluvius coeuntibus aquis ex superiore fastigio in vallem, magnique operis videbatur tam vastam voragine explorare. Caedi tamen arbores et saxa congeri iussit. *Φάραγξ* ergo est h. l. torrens in voragine, quod eam vocem significare posse docuit Gron. ad 2, 11, 8; *τὸ δξύτατον* est celerrimus (torrentis) cursus, qua significatione (?) occurrit ea vox 7, 28, 1. Verte igitur: palos impeerunt in celerrima torrentis parte, palos impeerunt ubi et quamvis torrens esset rapidissimus. *Schmiederus.* Num ut sibi ipsi difficultates auferant? Tam inepte acturos fuisse quis credat? Nec omnino apud Arrianum ullum torrentis vestigium: nam ut *φάραγξ* de alveo torrentis dici possit, de aqua torrentis dici non potest. Itaque vere haec interpretatum puto Gronovium. Videntur autem iccirco elegisse *τὸ δξύτατον τῆς φάραγγος* quod illud minimae latitudinis fuerit.

6. *πεποίητο γὰρ* tegmina enim sibi construxerant adversus tela, ut post illa tegmina impune opus facerent. *Raphaelius.*

7. *ἐπιτρέψαι* permittere. Ita Curt. 3, 1, 8: permisere se regi, pro dedidere. *Raphaelius.*

ἐλθόντος. Intellige *Χορήνου.* Subjiciendum erat *μεγίστην εἶναι τὴν πίστην αὐτῷ*, quod ut laudandi notio adderetur immutatum est.

8. πέμψαι δὲ κελεύει remitti autem jubet. *Raphaelius.*

10. ἀλλὰ Χορηνῆς —. Id a Curtio referri videtur 8, 4, 19. *Raphaelius.*

C. 22.

2. ἦσαν. Num forte ἦσαν 3 plur. plusq. med. ab εἶμι vado, eo? Quamquam non ignoro εἶς pro ἐν dici Attice, ut Marc. 2, 1: εἶς οἶκόν ἐστι, Quem Atticismum facile admitterem, si ulla hic celeritas significaretur, qualis infra c. 24, 5: ἦδη γὰρ καὶ Ἀλέξανδρος πρὸς τῷ γηλόγῳ ἦν. *Raphaelius.* Recte admonet Sintenis in cens. priori p. 1136 vel propterea hanc emendationem necessariam esse quod aperte h. l. ad verba § 1: εἰς Βάκτρα ἦε referantur.

Ξυνηνέχθη accidit, contigit, insidiae structae sunt. *Raphaelius.*

3. ἀναλαβὼν τὴν στρατιάν. Plut. Aemil. 12: Ἀλέξανδρος τῆς ἐπ' Ἰνδοῦς στρατίας ἀπτόμενος καὶ βαρὺν ὄρων καὶ δύσσογον ἦδη τὸν Περσικὸν ἐγελχομένους πλοῦτον τοὺς Μακεδόνας πρώτος ὑπέρησε τὰς βυσιλικὰς ἀμαξίας, εἶτα τοὺς ἄλλους ἐπεισε ταῦτ' οὐκ οὐκ ποιήσαντας ἐλαφροῦς ἀναξιδεῖν πρὸς τὸν πόλεμον ὡσπερ λελεμένους. Omnino de hac Alexandri expeditione copiose Strabo 15, 1 p. 697 s.

4. ὅτε τὸ πρῶτον. Supra 3, 28, 4. *Raphaelius.*

5. Τυριάσπην. Terioltes Curt. 9, 8, 9.

τὸν Κωφῆνα. Cophen ultimus est fluviorum Indicorum occidentem versus, inter quem et Indum habitant Indi cis Indum. Effunduntur in eum Malantus, Soastus et Garoeas fluvii, quibuscum in Paucelaotide in Indum volvitur. Haec ipse noster tradit Hist. Ind. 1, 1. 8 et 4, 11. Fontes ejus in Paropamisio quaerendi sunt. *Schmiederus.*

6. προῦχώρει ὡς ἐπὶ. Hanc vulgatam scripturam revocandum duxi, longe utique, si quid ego iudicio, meliorem Gronoviana, quae haec erat: προῦχώρει. ὡς δὲ ἐπὶ τὸν —, processit: ut vero ad Cophenem amnem. Cujus quidem orationis syntaxis quomodo se tueri possit non video, cum meris constet participiis, προπέμψας, κελεύσας, verbum quo nitatur habeat nullum. *Raphaelius.*

Νικαίαν. De urbe Nicaea omnino nihil invenio. Pertinet fortasse inter urbes Alexandri jussu conditas. *Schmiederus.*

Ταξιίην. Μῶγιν dicit Diod. 17, 86. Quod idem tradit ὁ Ἀλέξανδρος μετωνόμασεν αὐτὸν Ταξιίην, accuratius Curt. 8, 12, 4. 14: Regnabat in ea regione Omphis. — Taxilem appellavere populares sequente nomine imperium in quemcunque transiret. De quo more cf. Strab. 15, 1 p. 702; de terra v. eundem p. 698: μεταξὺ δὲ τοῦ Ἰνδοῦ καὶ τοῦ Ὑδάσπου Τάξιλά ἐστιν, πόλις μεγάλη καὶ ἐνομοτάτη (cf. 5, 3, 6. 8, 2), καὶ ἡ περιζυμμένη χώρα συγγῆ καὶ σφόδρα εὐδαίμων, ἦδη συνάπτουσα καὶ τοῖς πεδίοις. ἐδέξαντό τε δὴ γιγανθρώπως τὸν Ἀλέξανδρον οἱ ἀνθρώποι καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν Ταξιίης, ἐτιχόν τε πλειόνων ἢ αὐτοῖ παρίσχον, ὥστε ἠθονεῖν τοὺς Μακεδόνας καὶ λέγειν ὡς οὐκ εἶχεν, ὡς εἶπεν, Ἀλέξανδρος οὐδ' εὐεργετήσει πρὶν ἢ διεβῆ τὸν Ἰνδόν. γασὶ δὲ τινες εἶναι τὴν χώραν ταύτην Αἰγύπτου μίζονα. Plut. Alex. 39 οὐκ ἀποδέουσιν Αἰγύπτου τὸ μέγεθος dicit.

προσχωρῆ. In finibus suarum quemque regionum sibi occurrere jussit. Ita legendum ex duobus mss. monet Gronovius, cum antea scriptum esset προχωρῆ. *Raphaelius.* In tali re codicum auctoritas nulla.

7. *Πευκελαῶτιν*. Nomen traxit ista regio ab urbe Peucela non procul ab Indo et pertinet ad regionem Assacenorum. Arr. Hist. Ind. 1, 8. *Schmiederus*.

8. *νεωτερίσας*. Deditionem recusaverat. *Schmiederus*.

ἔτι πρόσθεν jam ante. *Raphelius*.

ἀριθμόν fere addito articulo dicitur (cf. 2, 8, 5. 4, 19. 1. 5, 29, 4), sine eo *ἀριθμῶ*. Dubitaveris tamen emendare. cf. Eur. Suppl. 662: ἴσους ἀριθμῶν. Dion. Arch. 11, 48: οὐκ ἐλάττους ἀριθμῶν. Dio C. 43, 47: ἀριθμῶν ὅσα περ καὶ πρότερον.

C. 23.

1. *παρὰ τὸν Χόην*. Choaspen vocare videtur Curtius 8, 10, 22, ad quem locum Freinshemius: Nec procul adeo, inquit, absum ut credam in Curtio et Strabone 15, [1 p. 697] Cho en pro Choaspen legendum verumque nomen audacia correctorum in notius transisse, quod sexcentis aliis accidit. *Raphelius*.

τὰ ὄρη τὰ κατὰ τὴν χώραν in montes qui in illa regione erant. *Raphelius*.

3. *ζιτρώσκειται βέλει*. De hoc vulnere loquitur etiam Plut. de fort. p. 327 [2, 9], ubi pro *ἐν ἄπασιν οἷς ἐτοξέεθην τὸν ὤμον* legendum est *ἐν Ἀσπασίῳς* *εἰ. τ. ὠ*. *Schmiederus*.

ἔσχε. Ita c. 24, 4 et 1, 15, 7. *Raphelius*.

5. *οἱ πολλοὶ δὲ* plerique autem. *Raphelius*.

ἀπέφυγον. v. not. ad 1, 6, 11. *Raphelius*.

ἐς Ἄνδρακα. Haec urbs a Curtio Acadera appellari videtur 8, 10, 19. Alii scribunt *Ἄνδακα*. *Raphelius*.

διακοσμεῖν fortasse injuria recepi, quippe quo scriptor in his libris nunquam usus sit, semper *κοσμεῖν* ita usurpans. Itaque vide ne verum sit *δὴ κοσμεῖν*.

C. 24.

1. *τὸν Εὐάσπλα* — *τῶν Ἀσπασίων*. Disputat de hoc loco Gronovius, cum hanc scripturam in uno solo ms. invenerit, in aliis omnibus, etiam optimo exstat *Εὐας πόλεως*. Idemque facit Blancardus, quos vide si placet. *Raphelius*. Quia pro vulgato *Ἀσπίων* in optimo et primis editis legitur *Ἀσπασίων* sic emendavi non hic solum sed etiam c. 23, 1. Deinde invenit Gronovius in uno solum codice *Εὐάσπλα*, quam scripturam receperat Vulcanius pro *Εὐας πόλεως*, ut legitur in primis editis et codd. reliquis omnibus, etiam optimo. Blancardus jam vidit et ex ss. bene conjecit excidisse nomen urbis ejusdani, sed minus recte scribendum censet *Εὐάσπλα πόλιν*. Nam desideratur etiam nomen fluvii. Unde Gronovius voluit: *ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Σουαστόν* (vel *Σοαστόν*) *τέως προὐχώρει*. „Nempe post superata montana primo venit Alexander ad Choen, post hunc versus

orientem, quo pergebat Alexander, sequitur Soastus vel Suastus, quem istic ponit novitque omnis vetustas." Habermus quidem nomen fluvii, sed deest nomen urbis, ad quod alludunt verba: ἀφίκετο πρὸς τὴν πόλιν et ἐμπρήσαντες τὴν πόλιν; deest quod respondere possit voculae τίως, nempe ὡς δέ. Censeo igitur locum esse lacunosum et nihil mutavi. Si vero conjectura opus est, scribere mallet: ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Συναστὸν πλησίον πόλεως προὔχωρι. A Curtio 8, 10, 19 nominari videtur ea regio Daedala. *Schmiederus.*

4. ἐκ χειρός cominus. v. 7, 10, 2. *Raphelius.*

5. οἱ δ' ἐκ τῶν ὄρων, qui jam in montes fuga pervenerant, supra 2. *Raphelius.*

6. Ἀριγαῖον. Maxime convenire videtur urbs Acadera, quam Curtius memorat 8, 10, 19 s. *Schmiederus.*

7. ἐθελονταί. Addit μετέσχον 4, 4, 1, κατορχίζοντο 5, 29, 3.

ὑπωρεΐαις τοῦ ὄρους. Lobeck ad Soph. Aj. 254.

9. τὴ ξυνεστηκός confluxus barbarorum ejus regionis. ut 2, 27, 7: ξυνεστηκότες ἐμάχοντο, conglobati pugnabant. *Schmiederus.* Opponitur dispersis, dissipatis. Cf. ann. ad Xen. An. 7, 6, 26.

C. 25.

1. οὐκ ἐν τῷ ὀμαλῷ loco non aequo. Ipse enim in plano constitit, cum hostes collem tenerent. Deteriori ergo Ptolemaeus fuit conditione quam Alexander, ad quem hostes in planitiem descendebant. § 1. *Raphelius.*

2. ὀρθίους ποιήσαντες τοὺς λόχους. Quamquam non male haec a Vulcano versa videri queant [acie acclivi loco instructa], cum ὀρθίους notet arduum, acclivem, haec autem in monte gesta sint, rectius tamen istud loquendi genus ex Xenophonte puto cognosci posse, apud quem γάλαξ et ὀρθιοὶ λόχοι ita distinguuntur ut phalanx sit cum totus exercitus continua serie in acie tanquam unum corpus conjunctum constituitur; ὀρθίους ποιεῖν τοὺς λόχους autem plura separatim agmina collocare quae cum aliis non sint conjuncta, sed quae singula seorsim in hostem progredi possint. Operae pretium erit rem ex Xenophonte paulo accuratius describere de exped. Cyri 4, 8, 9: Erat eo loco mons ingens quidem ille, sed in quem tamen adscendi posset. In eo Colchi cum instructis copiis stabant. Primum Graeci phalangem et ipsi instruunt, quasi ea acie montem subituri. Sed deinde ducibus collectis placuit deliberandum esse quo pacto quam praeclarissime dimicaturi essent. Et Xenophon subjecit videri sibi obmissa [omissa] phalange λόχους ὀρθίους ποιῆσαι, series rectas instruendas esse. Nam phalangem statim divulgum iri, propterea quod, inquit, alibi montem adscendi, alibi nequaquam posse reperiemus. Adeoque mox id ipsum molestiam creabit quod nostri in phalangem dispositi hanc ipsam divelli videbunt. — Enim vero series nobis rectas instruendas esse arbitror tantumque completendum esse spatii per distantes a se invicem series, ut extremae series extra hostium cornua procurrant. Quo fiet ut extremae series nostrae sint extra phalangem hostilem:

et dum rectas series ducemus, lectissimi quique nostrum primi in hostem pergunt: quaque via minus erit difficilis, haec series quaelibet incedet. Ne quidem intervalla relicta inter series nostras hosti proclive erit irrumperere, quum ex utraque parte constiturae sint series: nec erit proclive seriem rectam perrumpere (ob altitudinem nempe hujusmodi aciei, Aelian. Tact. c. 30). Quodsi qua series laborabit, opem feret proxima. Crediderim ergo hostes agminibus modico intervallo disjunctis in colle stetisse, ad ea maxime loca quae faciliorem habebant aditum.

Raphelius.

ποιήσας. Sublata quae erat apud Ellendium distinctione post *λόχους* reponebam *ποιήσας*. *Pflugkiius.* Idem Sinteni visum esse dixi in praefatione t. 1 p. VII. Ac profecto verbis perperam distinctis facile pluralis ex correctione nasci potuit. Attamen singularem restituere dubitavi. v. Matth. Gr. Gr. § 562 ann. 1.

3. *ἀλλικιμώτατοι τῶν προσχώρων.* Ne quis comparativum requirat, v. Gr. § 47, 28 ann. 10 et ad Thuc. 1, 1, 1.

5. *τῶν Ἀσσακηνοῶν.* Alia dialecto scribuntur Assacani. Incolebant vero regionem satis amplam inter Indum et Cophenem magis septemtrionem versus quam Aspasii et Guraei. Noster ipse in Indicis 1, 1 — 3 praeter haec de iis scribit: „sunt vero hi Indis ultra Indum habitantibus et corporum magnitudine et animorum praestantia inferiores neque tam nigri quam reliqui Indi. Hi olim Assyriis parebant, postea Medis; postquam vero Medi in Persarum potestatem venerunt, tributa etiam Cyro pependerunt.“ Ibidem sect. 8 Assacenos diserte inter eos numerat qui cis Indum habitabant. Diversi sunt Astaceni Arr. Ind. 1, 1 et Attaceni ib. 4, 8. *Schmiederus.* Vulgo habetur apud Arrianum *Ἀστακηνοὶ καὶ Ἀσσακηνοὶ*, quod non potest verum esse. Nam hic typus Arabicus, non Indicus. Sic enim formatum hoc *ἔθνικόν* urbium prototypon haberet *Ἀστακα* et *Ἄιτακα*. Atqui urbes ipsae *Ἀστάκανα* et *Ἄιτάκανα* vocabantur et inde populi *Ἀστάκανοι* et *Ἀσάκανοι* gentilium Indicorum more. *Salmasius* ad Solin. p. 707, a. Itaque 4, 30, 5 „pro *Ἀσσακανῶν*, lege, inquit, *Ἀστακάνων* vel *Ἀσκακάνων*.“ Et a quidem litterae favet etiam Assacanus apud Curtium 8, 10, 22 et *Ἀσσακανός* apud Strab. 15, 1 p. 698. Atque *πρὸς Ἀσκακάνους* legitur apud Plut. de Alex. fort. 2, 9. Ceterum etiamsi vera sit Salmasii ratio, apud Arrianum tamen *Ἀσσακηνοῶν* retinendum censeo cl. Steph. Byz.: *Ἀσσακηνοὶ ἔθνος Ἰνδικόν. Ἀρριανὸς τετάρτη τῆς Ἀλεξάνδρου ἀναβάσεως ἤμι ὡς ἐπὶ τοὺς Ἀσσακηνοὺς.*

ἐφ' ἧς τῆς. Gr. § 47, 9 ann. 19.

τὴν πόλιν. cf. 24, 7. *Schmiederus.*

6. *τοὺς χιλιούς.* *ψιλοός* malui. cf. ad c. 30, 6.

διὰ τῆς Γουραίων χώρας. De Guraeorum regione quae pauca nota v. apud Cellar. t. 2 p. 738 [862] et Mannertum t. 5. Ptolemaeus novit Goryacem et urbem Goryam, Strabo [15, 1 p. 697] urbem Gorydalia [*Γωρυσάλην*] in his terris. *Schmiederus.* Attnis in Ind. 4, 11 *Γαρροίας* dicitur. cf. ann. ad 4, 22, 5.

7. *ὁξὺς — σφαλεροί.* In simili re Xenophon Anab. 4, 3, 6: *τραχὺς ἦν ὁ ποταμὸς μεγάλους λίθους καὶ ὀλισθηροῖς.* et Curt. 4, 9, 18: gradum firmare vix poterant, cum modo saxa lubrica vestigium fallerent, modo rapidior unda subduceret.

ὡς ἕκαστοι κατὰ πόλιν in suam quisque civitatem. Sic passim *κατὰ πόλιν* pro eo quod usitatius est ac Par. C habet *κατὰ πόλεις*. v. Sintenim ad Plut. Them. 12 p. 85.

C. 26.

1. *Μάσσαγα*. Strabo 15, 1 p. 698: *εἴθ' ἢ Ἀσσακανοῦ, ὅπου Μάσσαγα πόλις τὸ βασιλείον τῆς χώρας*. Mazagas vocat Curt. 8, 10, 22.

ταύτη, sc. apud Assacenos. v. Arr. hist. Ind. 1, 8. *Schmiederus*.

οὐτοί. conjiciebam αὐτοῖς. *Pflugk*.

3. *ξὺν οὐδενὶ κόσμῳ*. Praepositionem, quae in hac formula fere abesse solet (v. ann. ad Thuc. 2, 52, 1), ne quis delendam esse censeat, v. Luc. Zeux. 10, Bacch. 4, Bis acc. 31.

ἐν τάξει composite, lentius. v. ad 2, 10, 3. *Raphelius*.

4. *τοξεύεται* — *ἐς τὸ σφυρόν*. Plut. de Alex. fort. 2, 9: *πρὸς Ἀσσακανοῖς Ἰνδικῶ βέλει τὸ σφυρόν (ἐπλήγη), ὅτε καὶ πρὸς τοῖς κόλακας εἶπεν ἐπιμειδιάσας· τουτὶ μὲν αἶμα, οὐκ ἰχώρ, οἷός περ ᾄει μακάρησσι θεοῖσι*.

5. *τῶν Μακεδόνων αὐτῶν*. Malim *τῶν τε Μ. αὐτῶν*. *Pflugk*. Idem mihi in mentem venerat; Sinteni *τῶν Μ. αὐτῶν*.

ἀφιέμενοι. Optimus et quidam alii scripti *ἀφιέμενα*. Quod verbi tempus Arrianus non nisi passive adhibet. Verte igitur: et tela e machinis excussa. *Gronovius*. Ex temporis voce collegeris eum *ἀφιέμενα* scribere voluisse.

ἐπὶ πολὺ longe, procul. *Raphelius*.

6. *τοῦ τείχους ἢ* in eam muri partem qua. καὶ *Τύρον*, v. 2, 23, 4.

7. *ὅτω τις ἐν τῷ τότε ἔλαβεν* quidquid manibus fors dederat, Curt. ait 4, 4, 13. *Raphelius*. De formula *ἄλλω ὄτω* cf. ann. ad Xenoph. Anab. 4, 4, 15.

C. 27.

1. *ἐπ' ἄλλης. ἀπ' ἄλλης* probat Sintenis in cens. priori p. 1131; ve-reor ut recte.

3. *δρασμῶ*. Atticorum fere tantum poetae hoc verbo utuntur; legitur tamen apud Aesch. 3, 21, saepius apud posteriores, veluti apud Polyb. 31, 23, 3, Luc. cont. 21.

διαχρησάμενοι. δὴ χρησάμενοι malim.

ἀπαναστήναι. Sinteni hoc, si recte memini, propterea displicuit quod *ἀπαναστῆναι* de iis dici solet qui sedibus suis moti cedunt. Paulo aliter pessimum facinus enarrat Plut. Alex. 59.

4. *τὴν μητέρα τὴν Ἀσσακηνοῦ*. Curt. 8, 10, 22: Ipse ad Mazagas venit. Nuper Assacano, cui regnum fuerat, demortuo regioni urbi que praecerat mater ejus Cleophsis. *Raphelius*.

5. *Βάζιρα*. Curt. 8, 10, 21: superato deinde Choaspe amne Coenon in obsidione urbis opulentae, Beiram (vulgo Beziram) incolae vocant, reliquit.

ὅτι. v. ann. ad 4, 4, 7.

τῶν Ἀσσακηνῶν. Urbs quae expugnata erat Massaga vocatur c. 26, 1. Qua capta reliquas ejus regionis urbes, in quibus Ora et Bazira, se dedituras sperat. Emendavi igitur τῶν Μασσάγων. Alludunt Veneta et Basileensis scribentes τῶν Μασσακηνῶν. *Schmiederus*.

7. Ἀβισσάρου. Sic vulgo scribitur hoc nomen etiam 5, 20, 5 ss 22, 2, Ἀβισάρης uno σ 5, 29, 4, Ἀμβισάρης 5, 8, 3, Βαρισσάδης 4, 30, 7. Emendavi omnibus locis scribens Ἀβισάρης, quia uno loco saepius id nomen sic scriptum invenitur et optimus pro Ἀμβισάρης sic emendandum jubet. Pro Βαρισσάδης idem nomen restituendum jam vidit Freinshem. ad Curt. 8, 13, 1. Blancardi libri habebant Ἀβρισσάδη. Apud Strabonem in contextu edito vocatur Βιασάρης, in mss Ἀβισσάρης, a Diodoro 17, 90 Ἐμβισσαρος. Abisares erat Indiae montanae rex 5, 8, 3 et frater Assacani 4, 30, 5. *Schmiederus*. Strabo 15, 1 p. 698: ἑπὲρ δὲ ταύτης (Taxilis terrae, de qua v, ad c. 22, 6) ἐν τοῖς ὄρεσιν ἢ τοῦ Ἀβισσάρου χώρα.

8. ὡς οὐ γενομένων ἂν σιμῶσι ἀξιωμαχῶν quasi pares ipsi (futuri) non essent. *Raphelius*.

αὐτῶν μάχη. Interposuerim τε καὶ τῶν Μακεδόνων. cf. c. 17, 2 et 29, 3.

ξυμψυγόντες. ξυμπεγευγότες suasi, jam non curans quae in l. de auth. et integr. Anab. Xen. p. 44 posui. Recte enim de Atticis Heindorf. ad Plat. Soph. p. 427; nec aliter Arrianus, si hunc locum emendaveris. cf. Gr. § 68, 12 ann. 2.

C. 28.

1. ὡς δὲ καὶ — ἐπραττον' ἀπολιπόντες τὰς πόλεις ξύμπαντες. Conjeci ὡς δὲ καὶ οἱ ἄλλοι βάρβαροι παρεγένοντο ἀπολιπόντες τὰς πόλεις, ξύμπαντες. *Pflugkius*. Praestabit, opinor, quod ego dedi, confirmatum a Par. C, daturus etiam Schneiderus non adscripsisset. cf. Gr. § 25, 10 ann. 11. Adde Ar. Lys. 804: ὡς δὲ καὶ Φορμίων. Similem locum apud Aristidem me legere memini. De asyndeto v. Gr. § 59, 1 ann. 5.

τὴν Ἄορνον. Credibile non est hoc nomine istam petram apud Indos nominatam fuisse. Est potius a natura loci nomen sumtum et a Macedonibus datum, quasi dicerent: cacumen rupis ita eminent ut et ab avibus superari nequeat. Numerat Plut. de fort. Alex. p. 327 [4, 3] inter difficultates ab Alexandro superatas ἄορνα ὄρη. De nomine hoc cf. Freinshem. ad Curt. 8, 11, 2. *Schmiederus*.

οὐδὲ Ἡρακλεῖ. Strabo 15, 1 p. 688: Ἄορνον δὲ τινα πέτραν, ἧς τὰς ῥίζας ὁ Ἰνδὸς ὑπορρεῖ πλησίον τῶν πηγῶν, Ἀλεξάνδρου κατὰ μίαν προσβολὴν ἐλόγτος σεμνόνοντες ἐμασαν τὸν Ἡρακλεῖα τρεῖς μὲν προσβαλεῖν τῇ πέτρῃ ταύτῃ, τρεῖς δ' ἀποχρυσθῆναι. cf. Curt. 8, 11, 2.

ἀλωτόν. v. Gr. t. 2 § 22, 2 ann. 2.

2. ἐς οὐδέτερα ἐχω ἰσχυρίσασθαι in neutram partem habeo asseverare, i. e. neque pro certo affirmare neque liquido negare possum. *Raphelius*

ἀφίκετο (ἀλλὰ — γενέσθαι) ἀληθεύειν. In mss. opt. non est ἀλεθεύειν sed μὐθεύειν. Quod si non debet respui, producenda est parenthesis, ut hoc

quoque verbum ei includatur, vel potius ea omnis tollenda est vertendumque: in tantum augent eorum difficultatem ut etiam ab ipso Hercule effici non potuisse fabulentur. *Gronovius.*

καὶ γὰρ ὑπὲρ ταύτης —. Idem repetit in Hist. Ind. 5, 10. cf. 5, 1, 2. *Schmiederus.*

3. εἶναι δὲ καὶ ὕδωρ — esse quoque in summa petra fontem emittentem multam et liquidam undam, sic ut etiam profluat ab illo fonte aqua. *Raphelius.* Non obstat huic rationi verborum ordo. cf. ann. ad 1, 14, 6. Obstatre putabam verbum ἀνίσχην vi transitiva usurpatum; fortasse injuria, ut comina post καθαρόν rursus delendum sit. Quod Sintenis in cens. alt. p. 138 dicit, melius incidi post πύργου et post καθαρόν, non satis intelligo.

4. καὶ ταῦτα. Καί particula vereor ne ex ultima syllaba antecedentis verbi orta sit.

τὰ Βάξιρα δὲ πόλιν ἐξετείχισε. Urbs illa jam aedificata erat καὶ πάντῃ ἀκριβῶς περιχυμένη c. 27, 6, nec usquam memoratur a Macedonibus vel incolis eam combustam esse et deletam. In principio vero hujus capitis incolas eam deseruisse narratur, unde conjiciebam πάλιν ξυνώκησε, i. e. novam coloniam in eam deduxit, fortasse ex circumhabitantibus et ἀπομάχους Macedonum. Verba ista sic scripta vide in Plut. Alex. 7. Fortasse vero auctor nihil vult nisi istam urbem barbarico quidem modo munitam fuisse, at non sufficienter. Igitur regem jussisse ut quum urbem in praesidium regionis retinere vellet, munitior redderetur. Nam ἐπιτείχισιν πόλιν saepe in nostro significat urbem munitam reddere et quidem eo consilio ut praesidium ei impositum regionem vicinam sub imperio retineat. *Schmiederus.*

5. Ὀροβάτις. Urbem Orobatin reliqui omnes ignorant. Urbs Orbdari, quam novit Ptolemaeus, cujus nomen simile, trans Indum sita est. *Schmiederus.*

ἦσαν· ὡς δὲ ἀγίζοντο ἔπρασσον ἤδη moverant, profecti fuerant (supra jam 4, 22, 7); postquam autem eo venerant, faciebant jam. cf. finem hujus libri. *Raphelius.*

6. Πευκελιῶτιν. Emendavi Πευκελαῶτιν, ut scriptum est hoc nomen bis 4, 22. Proprie vero hoc nomen est regionis; nomen urbis servatur in Indicis 1, 8 Πευκέλα. Sed etiam alii regionis nomen pro urbe scripserunt, quos v. apud Cellarium t. 2 p. 737 [861 s.]. Omnes tamen retinent α post λ, sicut etiam Arrianus in Ind. 4, 41, ubi vulgo scribitur Πευκελαῖτις, in optimo Πευκελαῖτη. cf. Casaubonus ad Strab. 15 p. 480. *Schmiederus.* Strabo 15, 1 p. 698: πρὸς τῷ Ἴνδῳ πάλιν ἄλλη πόλις Πευκολαῖτις, πρὸς ἣν ζεύγμα γενηθὲν ἐπεραίωσε τὴν στρατιάν.

ὁ δέ. v ad 2, 7, 9.

7. Ἐμβόλιμα. Curtio 8, 12, 1 Ecbolima, sita, auctore Ptolemaeo, ubi Coas Suastem ferens Indo se miscet. *Schmiederus.*

C. 29.

1. ἡγήσασθαι φάσκοντες. cf. ann. ad Xenoph. Anab. 1, 7, 5. Sed ic malim ἡγήσασθαι.

3. προσέβαλον. Non male προσέβαλον Sintenis.

4. βαλλομένους si quis hic et 2, 23, 3 delendum censeat, non magnopere repugnem. cf. 3, 18, 8. V. tamen ann. ad Thuc. 4, 36, 3.

7. κεκομμένοι ἦσαν caesi erant. *Raphelius*.

δυνατά. Additum ab eo qui ἄν particulae vim non percepit.

αὐτό. αὐτῷ coniecit Sintenis. cf. 30, 1.

τοῦ ἐν τῷ παραχρῆμα ἐκλιποῦς praesentis negligentiae, sive negligentiae in praesenti opere. *Raphelius*.

θεατῆς καὶ ἐπαινετῆς spectator probatorque gestorum, ut Ammian. 24, 5, 11, loquitur.

C. 30.

1. τὸ χωρίον. χῶμα probat Sintenis in cens. priori p 1138.

ἐπῆγε τὸ χῶμα eo promovebat aggerem, non vero ipse Alexander eo contendit, cuius quidem rei caussa hic nulla apparet. *Raphelius*.

2. ξυνάπτων. Emendationem meam confirmavit C. Participium sic passim usurpavit Strabo, veluti 11, 14 p. 527: ὁ Καύκασος — συνάπτων τοῖς Ἀρμενίοις. 12, 1 p. 533: συνάπτουσα τῇ Κομμαγενῇ. Cf. tamen Lobeck. Parall. p. 497.

τοῦ μὲν ἀπομάχεσθαι εἶναι a defensione diuturniore. *Raphelius*.

ἐν τῷ διαμέλλοντι. v. ad Thuc. 1, 42, 2.

3. καὶ τῆς φυλακῆς —. Et hoc Alexandrum ipsis dedisse ait ut praesidium quo petram undique cinctam tenebat amoveret. *Raphelius*.

ἀγελεῖν. Malim ἀγεῖλε. *Pflugkiius*.

ἀνιμῶντες ἀλλήλους. Xenoph. Anab. 4, 2, 8: ἀνίμων ἀλλήλους τοῖς δόρασι

4. οἱ δὲ καὶ quidam vero etiam. *Raphelius*.

Σισικότιω. Sic quum Blancardus in libro Richeliano pro Σισκότιω legi tradat, Gronovius: ego, inquit, indulsi duobus minimum codicibus unde sic notavi. Sisocostus scribitur apud Curt. 8, 11, 25.

5. ἐς τὴν τῶν Ἀσσακανῶν χώραν, Ista igitur petra non ad Assacenorum regionem pertinuisse videtur; quod miror. Nondum enim Alexandrum in aliam regionem movisse proditum est. Locus mihi manet obscurus. Cogitabam de Astacenis, alia gente, quam cum Assacenis Arrianus inter Indum et Cophenem habitare in principio historiae Indicae refert. Sed nihil mutare possum ob codicum silentium. *Schmiederus*.

εἰς Δύρτια. Dyrta urbem nemo novit. Est vero si omnia sana, Assacenorum nec procul ab Indo flumine. *Schmiederus*.

τῶν μὲν οἰκοῦντων. Vox οἱ οἰκοῦντες, incolae, praeter hunc locum in nostro non occurrit; saepissime vero hac significatione οἱ ἐνοικοῦντες, quod etiam restituere non dubitavi, quia aperte praepositio ἐν excidit propter praecedens μὲν, quod similiter terminatur. *Schmiederus*.

τοῖς Ἀγριᾶνας τοῖς ψιλοῦς. Vertunt cum Facio Agrianas levis armaturae. Cedo igitur Agrianas armaturae gravis, quos ego nullos

hactenus inventi. Nullam quidem notatam video in scedis meis varietatem ex mss. sed vel invitis iis omnibus scribendum τὸς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς ψιλούς. Nam sic loquitur passim. Hujus libri c. 4, 6: τοῖς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς ἄλλους ψιλούς. et c. 29, 1: τοὺς τε Ἀγριᾶνας ἄγοντα καὶ τοὺς ψιλούς τοὺς ἄλλους 6, 8, 7: οἳ τε Ἀγριᾶνες καὶ ἄλλαι τάξεις τῶν ψιλῶν. Gronovius. Mihi videntur verba sic intelligi posse: Agrianas, illos milites quos levis armaturae fuisse novimus. Ac vereor ne c. 23, 6 ψιλοῖς pro χιλίοις restituendum sit.

ξυλλαβεῖν. v. ad 4, 17, 3. Nunc tamen malim ξυλλάβειν.

7. ὠδοποιεῖτο. Fortasse ὠδοποιεῖ. Pflugkiius. Recte. De formula τὸ πρόσω v. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 1, 3, 1. Nunc tamen τὸ πρόσω commendavi ubi in his libris adhuc accusativus legitur 7, 20, 7 et 8; fortasse etiam 5, 2, 1 sic legendum.

Ἀβισάρη. Dativum defendi in l. auth. p. 44. cf. Gr. § 68, 12 ann. 2.

8. Ἰνδῶν πολλοί Indorum multi, non Indorum plerique, quod verisimile non est essetque οἱ πολλοί. Raphaelius. De elephantorum nondum domitorum venatione longus est Arrianus ipse in Ind. c. 14 et 15. Hic venatur Alexander domitos, unde aliud venationis genus adhibitum vides. Schmiederus.

9. ἐποίησαν. ἐποίηθσαν correxerunt qui ναῦς pro νῆς dici posse ignoraverunt cf. Lobeck. ad Phryn. p. 170.

Liber quintus.

C. 1.

1. μεταξὺ τοῦ τε Κωγηῆνος. Ergo locum suum haec narratio habuisset 4, 23. Saltem et Curtius adventum in hanc urbem ante oppugnationem Massagorum descripsit 8, 10, 7—18, a quo non discedunt Just. 12, 7 et Diod. Sic. in synopsi l. 17. Noster rem detulisse videtur ne veris fabulosa immisceret. Schmiederus.

Νῦσαν scribendum censet Ellendt. Lex. Soph. in v.

ἐπεὶ τε. Ionicum pro ἐπειδή. Schneiderus. Quum Arriano complures Jonismi in his libris adhaeserint, hunc tangere dubitavi, quamquam ἐπεὶ τοὺς conjeceram. Sic ipse quoque uno loco, si recte memini, Appian. b. c. 1, 103.

ἐχειρώσατο, ὅστις δῆ. Hanc Vulcanii scripturam probant verba οὐκ ἔχω γραῶσαι pro inutili additamento delentes Gronovius et Sintenis cens. alt. p. 152.

2. ὃς ἐκ Θηβῶν. Thebis natus ad Tmolium ab Hippa sive Cybele educatus fertur. ὀρμηθεῖς sc. ἐστράτευεν. Schmiederus. Ita explicare non licet; sufficiet autem solum ὃς delesse, quod etiam Sinteni l. l. placuit. Ac necessario ἐκ Θηβῶν est servandum, si quidem etiam ὁ ἐκ Τμώλου ὀρμηθεῖς Thebanus fuit Dionysius. De eo cf. Eur. Bacch. 461 ss.

τὰ γὰρ τοι κατὰ — nam vere aestimanti non credibilia, postquam numen quis addiderit narrationi, non omnino incredibilia videntur. *Ἐπιθεῖναι* est conjicere, colligere, conferre, aestimare. [cf. 1. 18, 9. 5, 16, 2. 20, 9. Ind. 34, 3.] Κατὰ τὸ εἰκὸς secundum verisimilitudinem, vere, ut par est, 1, 18, 7. Hanc vero sententiam suam, inquit Gronovius, exemplo insigni exornat ipse Arrianus 2, 16, 6. Facius vertit: Nam quae rerum naturam diligentius consideranti interdum minus credibilia viderentur, ea si quid divinum inferatur, non omnino falsa aut incredibilia videri solent. *Raphelius*. Fidem his de Bacchi fictionibus negat Arrianus etiam in hist. Ind. 1, 7 iis narratis adjiciens: τὰντα μὲν οἱ ποιητὰ ἐπὶ Διονύσῳ ἐποίησαν καὶ ἐξηγείσθων αὐτὰ ὅσοι λόγοι Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων. Fictiones sine dubio Graecae, non orientales, de Hercule et Baccho apud Indos occasionem Macedonibus praebuere regem cum istis numinibus comparandi. Quis enim credat ea unquam apud Indos fuisse, quorum religio et mores cultui istorum deorum quam maxime obstant? Id quod optimus quisque veterum negat, ex. c. Strabo 15 p. 472 et ss. [687 ss.] Megasthenem quidem ait fidem antiquis de India narrationibus derogari jussisse, at Herculis res gestas et Bacchi cum paucis quibusdam credidisse, quum reliquorum magna pars interque eos Eratosthenes (quod confirmat noster 3, 4) fabulosa ea et minime credenda arbitrarentur. Atque omnia ista de Baccho, Hercule et Prometheo figmenta eorum esse qui Alexandro adulari studerent primum ex eo liquere quod scriptores non concordent, sed alii ea referant, alii ne ullam quidem mentionem faciant (inter quos etiam Ptolemaeus et Aristobulus numerandi sunt). Neque vero probabile esse res adeo illustres et ambitione plenas non esse auditas; et si essent audita, non videri verosimile non fuisse memoratu dignas existimatas, praecipue a fide dignissimis scriptorum. Deinde per quos Herculi et Baccho ad Indos transcundum erat, eos nullum certum signum habere quo ostendant illos per eam terram transivisse etc. Idem Strabo eodem loco pluribus argumentis ostendere conatur jam dudum apud Graecos de Bacchi expeditione in orientem traditionem exstitisse. Nilitur praecipue Euripide, qui saeculo ante Alexandrum vixit. Unde de Macedonibus nihil dici potest quam fidem eos traditioni addidisse. Conferri potest St. Croix p. 90, Freinshem. ad Curt. 8, 10, 11 et Diod. 2, 38 cum not. Wessel. *Schmiederus*. Cf. J. H. Voss. in Mythol. Forsch. t. 1 p. 160 ss.

3. τῆ Νύσῃ. Genitivum, 2, 11, 4 et 5, 13, 1 e libris receptum, hic et 7, 3, 5 ex conjectura restitutum volui. Legitur tamen etiam apud Polyb. 12, 6, 3 ἐπιβαίνειν τῆ γῆ, sed alia ratione.

ἀδύφ̄ nunc ipsum video delendum esse atque inspectis scripturae discrepantiis video in C omissum esse. Videlicet dicitur περικλιμαί τὸ κράνος reflexivo non adjecto.

4. ἰδόντας omittit Eustathius.

5. Βάκχοι. Hoc nomine non Bacchus tantum appellatur, sed hujus cultores quoque et qui hujus numine agitantur. *Raphelius*. Cf. Voss. l. l. p. 1 ss.

καὶ χτίσεις ἀνὰ χρόνον. Facius: ac in posterum conditurus es. *Raphelius*.

6. καὶ τοῦτο Μηρὸν ἐπωνόμασε. Olim ad haec verba adscripseram: καὶ τοῦτο tantum ad ἐπωνόμασε: καὶ τοῦτο ἐπωνόμασε Μηρὸν καλῶν. Idem paulo verbosius nunc me admonuit Sintenis in cens. alt. p. 151 cl. Plut. Them. 6, ibi se errasse professus. Possunt afferri quae magis consimilia sint; nec dubitasset de veritate scripturae, si verba sic collocata essent: καὶ τοῦτο ἐπωνόμασε Μηρὸν. Cf. 1, 15, 1 et ann. ad Teuc. 5, 6, 3.

η ὄξῃ θῆ. Curtius [8, 10, 12] rem convertit, fabulam Bacchum femine Jovis celatum natam esse ex non intellecto nomine montis. Sed verosimillimum mihi est cum Hemsterhusio istam fabellam ex more loquendi orientalium natam, quibus ex femore nati et liberi idem significunt. De fabella ipsa adeas mythographos, praecipue Apollodorum cum Heynii notis, Freinshem. ad Curt. 8, 10, 12, Arriani Hist. Ind. 7 ss., Strab. l. 1, Diod. 2, 38 ibique de monte Mero notam P. Wesselingii et St. Croix p. 318 ss. *Schmiederus*.

οὐκ ἄλλη. Fidem addit Diod. Sic. 1, 19, *Gronovius*. Cf. Ind. 5, 9. Annotatio critica prava distinctione corrupta est. Lege: οὐκ omisso Eust. μή post γῆς habet. cf. 4, 11, 9. Verba sunt: Ἀρριανὸς λέγει καὶ οὐ κισσὸς ἄλλη τῆς Ἰνδικῆς γῆς μὴ φνόμενος παρὰ Νυσαίοις γέεται.

C. 2.

ὡς ἤδη ἦκειν ut jam venisse videretur. cf. 6, 19, 5: ὡς πεπλευμένοι.

οὐδ' ἂν Μακεδόνας. Ex superioribus repete ἐνόμιζε. Bene ita Facius et Vulcanius, temere a Gronovio vituperati.

τὸ πρόσω. v. ad 4, 30, 7.

2. ἐπιλεξαμένους. Sic emendandum fuisse manifestum est. Videlicet verba sic cohaerent: ἤξιωσε τοὺς Νυσαίους ἐπιλεξαμένους ἑκατὸν τοὺς ἀρίστους ξυμπέμψαι. cf. 13, 4 et 6, 14, 3.

* Ἀκουφιν δὲ εἶναι τὸν ἐπιλεγόμενον Acuphin autem voluit eum esse qui illos deligeret. Vulcanius vertit quasi scriptum esset τῶν ἐπιλεγομένων habetque pro passivo [Acuphis ex numero selectorum erat], sed medium esse in significatione activa ipsa loci sententia satis indicat. Et qui, quaeso, potuisset Acuphis in militiam sequi Alexandrum, cum is tunc provinciae praeficeretur, non certe ut nomen tantum praesidis absens gereret, sed ut praesens illo officio fungeretur. Κατίστησεν vertendum potius constituit quam constituerat. Nam eo ipso tempore, non ante, hoc munus ei demandatum fuit. Voluit ergo Alexander Acuphin tanquam provinciae praesidem delectum nunc habere. *Raphelius*. Recte, opinor, Schmiederus suspicatur Alexandrum illis trecentis civibus et his centum principibus pro obsidibus uti voluisse. cf. 6, 14, 3.

κατίστησεν αὐτός. κατίστησε καὶ αὐτός malim: ipse quoque, ut ille jam fuerat ὁ κρατιστέων c. 1, 3.

3. ἄγεσθαι. Infinitivus loco imperativi. V. 4, 20, 3. *Raphelius*.

γανείη. Gr. § 54, 8 ann. 3.

4. ἐκέλευσε, κελύσαι exspectaveris, quamquam minus concinnam orationem facile feras.

μηκέτι pro οὐκέτι cum infinitivo saepe harum aetatum scriptores.

5. ἔλθειν τε. Recta oratio mutatur in obliquam, quod multis locis fit in Arriano; ejusque mutationis hic jam initium esse puto, non demum in verbis καὶ ἰδέϊν σύκιον, quod Vulcanius statuit. Vertendum igitur: et venisse in Montem Meron et vidisse hedera lauroque refertum montem etc. et visu opacum montem fuisse et venationes in eo fuisse ferarum omnis generis. *Raphelius*.

καὶ ἰδεῖν σύσκιον. Vere, opinor, correxi καὶ ἰδὴν σύσκιον. *Pflugkiius.* Non felix scripturae defensor exstitit Sintenis in cens. alt. p. 153. Mea conjectura ex parte ducta erat ex c. 11, 1: *δασεία παντοίων δένδρων εἶδει.* Sed difficilior est mutatio: paulo lenius fuerit *παντοῖα ἔλη σύσκια* cl. Ind. 22, 7: *ἡ νῆσος παντοῖη ἔλη σύσκιος.* et infra 7, 20, 3: *δασεία ἔλη παντοῖα.* Profecto aliquanto facilius est Pflugkii emendatio; sed quominus statim assentiar prohibet primum illud quod Arrianus ἰδὴν nusquam dixit, ne in Indicis quidem (v. tamen ad c. 11, 1); deinde quod ita satis mira ratione opponerentur *ἄλση παντοῖα* et *ἔλη σύσκιος*, quasi *ἄλση* non fuerint *σύσκια*. Quid quod non satis intelligeretur quo discrimine *ἄλση* et *ἰδη* hic dicerentur. Cf. Additt. crit.

6. *ὡς καὶ στεφανώσασθαι εἶχον.* Indicat vel eam copiam hederæ fuisse ut potuerint inde capita coronis ornare, vel ideo eos studiose fecisse coronas ut etiam liceret eos qui hymnum peragerent sive omnes sive nonnullos coronare. *Gronovius.* Prius praefero. De vitibus in monte Mero Strabo 15 p. 473 [687]: *ἄμπελον, οὐδὲ ταύτην τελεσίκαρπον· ἀπορρεῖ γὰρ ὁ βότρως πρὶν περᾶσαι διὰ τοὺς ὄμβρους τοὺς ἄδην.* *Schmiederus.* Sintenis cens. tertia p. 1096 probat quod Par. C habet: *ποιεῖσθαι ὡς καὶ στεφανώσασθαι εἶχον ἐγνυνοῦντες (ἐγνυνοῦντας inter v. eadem m.) τὸν Διόνυσον, aut ἐγνυνοῦντες et ἀνακαλοῦντας legendum esse censet.*

τὰς ἐπωνυμίας τοῦ θεοῦ. Quales appellationes sunt *Lyaeus*, *Evān*, *Bromius*, *Jacchus*, *Lenaeus.* *Raphelius.*

7. *ἔστεφανωμένους.* Annon scribendum potius *ἔστεφανωμένους* per ω, cum sit a verbo *στεφανῶ*? Sic Plato *Symp. ἔστεφανωμένον κίπτοντι σιγάνω.* et Longus in *ποιμενικοῖς* lib. 3 p. 103 citatus a Gronovio p. 199: *ἡσθιον κίπῳ τὰς κεφαλὰς ἔστεφανωμένοι.* *Raphelius.*

καὶ ὑπὸ τῇ κατακλίσει. Nihil opus ut aliquid excidisse statuamus, si mecum scripseris *καὶ ἐπὶ τῇ κατακλήσει.* *Pflugkiius.* Similiter Sintenis in cens. alt. p. 154 *καὶ ὑπὸ τῇ κατακλήσει* suavit; *κατακαλίσθαι* sic legi apud Plut. *Themist.* 13: *οἱ πολλοὶ τὸν θεὸν ἅμα κοινῇ κατεκαλοῦντο γωνῇ.*

ἀνευάσαι. Non potest melius converti quam ex Justino sacris deum ululatibus clamasse aut venerari deum ex Livio 4, 5: ut nudi juvenes *Lycaeum Pana* venerantes per lusum atque lasciviam currerent. Aut si proprie malis *Evoe* et *Bacche* clamasse. *Suidas* ait *ἀνευάσαι τὸ εὐοῖ ἔσαι.* *ἔσαι δὲ τοῦτο ὕμνος εἰς Διόνυσον.* *Gronovius.* De re prudenter *Curtius* 8, 10, 15: credo equidem non divino instinctu, sed lascivia esse provectos ut passim hederæ ac vitium folia decerperent redimitique fronde toto nemore similes bacchantibus vagarentur.

C. 3.

1. *πάντα ὅσα ἐς τὸ θεῖον ἀναφέρεται* quidquid a Macedonibus ad deum referatur auctorem, id in gratiam Alexandri in immensum laudibus elatum fuisse, ut scilicet auferent famam operum ejus. Uti de divinis urbium originibus ait Livius in praefatione: datur haec venia antiquitati ut miscendo humana divinis primordia urbium augustiora faciat. *Ἐς τὸ θεῖον ἀναφέρεσθαι* non est honorem numini deferre, sed deo acceptum referre, deo tribuere tanquam ab ipso profectum. Sic 3, 3, 4. *Raphelius.* Ad

locum haec sententia sic applicanda est: Alexander et amici inter epulas ebrietate et clamoribus sublatis excelluerant: quod factum in gratiam Alexandri ita narrabant ut dictitarent a numine fuisse correptos itaque eos crimine intemperantiae absolverent. *Schmiederus*. De ebrietate hic cogitavit quod τὴν κατέκλιση τοῦ θεοῦ epulum in dei honorem interpretabatur. Sed excusationem intemperantiae hic non significari manifestum est. Nihil aliud dicitur nisi hoc: Quae diis tributa essent, Macedonas Alexandro gratificantes exaggerata divinitatis opinione augustiora reddidisse. Recte enim *Lobeckius* ad *Phryn.* p. 597: ἐπισημιοῦσθῆναι i. q. ἐπιθειασθῆναι. Nam ut ἡμίς aliquid augustius significat, sic etiam ἡμιρίζειν ad divinitatis opinionem et famam refertur.

τοῦ Προμηθέως τὸ ἄντρον. De eodem in *Ind.* 5, 11. *Raphelius*. Adde *Strab.* 5, 1 p. 688 et *Diod.* 17, 83.

δαισόμενος. Poeticum verbum. v. *Gr.* v. 2 § 39 in δαίνυμι.

3. τὸν δὲ Καύκασον. Idem repetitur c. 5, 3 et *Ind.* 2, 4 et 5, 10. *Raphelius*. Cf. *Strab.* 11, 5 p. 505. 8 p. 511. 15, 1 p. 689 et *Polyb.* 11, 34, 11.

ἐκ τοῦ Πόντου. Surgit enim a Ponto Euxino Caucasus vel certe inter illum et mare Hyrcanium procurrit. Ab illo igitur Ponto Macedones Caucasum sermonibus suis in partes terrae orientales versus Indos transferebant. cf. 5, 5, 2 s. *Raphelius*.

ὡς ἔπερ τὸν Καύκασον — quasi Caucasum superasset Alexander. *Raphelius*.

4. βοῦς ἰδόντας —. Sed plura sibi deprehendere videbantur vestigia. Accuratus enim *Ind.* 5, 12 et *Strab.* 15, 1 p. 688: τῶν δὲ κοινωνούντων αὐτῷ [Ἡρακλέϊ] τῆς στρατείας ἀπογόνους εἶναι τοὺς Σίβας σύμβολα τοῦ γένους σώζοντας τὸ τε δορὰς ἀμπεχεσθαι, καθάπερ τὸν Ἡρακλέα, καὶ τὸ σκυταληγορεῖν καὶ ἐπικεκαῦσθαι βοῦσι καὶ ἡμίονοις ῥόπαλον.

κείσθων pro κείσθωσαν 3 plur. imperativi, Attica syncope. V. *Welleri gramm.* p. 164. reg. 7. *Raphelius*.

5. ἱερεῖα i. e. animalia quae mactari solent. *Eustath.* ad *Iliad.* 10 p. 505 v. 33: ἱερεῖον Ἀττικῶς ὀνομάζει τὸ θυόμενον ζῶον. et ad *Odys.* p. 31 v. 45: ἱερεῖον οὐ μόνον τὸ θύειν ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπλῶς σφάζειν. ἱερεῖον γὰρ Ἀττικῶς τὸ σφαγιαζόμενον ζῶον. *Raphelius*.

τρισηλίας ex C recipias cl. 2, 16, 5. 6 et 4, 25, 4. 5, 3, 4. Quamquam omnino scriptores non solum αἱ βόες dicunt, veluti *Ho. II.* α, 154, ψ, 846, *Od.* μ, 262. 265. 322. 353. 355, *Her.* 1, 92, *Xen. Mem.* 1, 2, 32. 37, *Dem.* 19, 265, sed etiam οἱ βόες *Her.* 2, 41. 4, 69, *Xen. Cyr.* 4, 1, 9. 5, 2, 2. 8, 3, 12, *Oec.* 1, 14, *Plat. Phil.* p. 67, *Euthyphr.* 13, *Luc. Tox.* 46.

6. αὐτῶν. Bene C αὐτῶ.

Τάξιλα. τὰ Τάξιλα cur suaserim docet *Gr.* § 50, 7 ann. 3.

ὅτι αὐτῶ Ταξιλλῆς ἐνδίδωσιν. Subintelligendum puto commodum verbum [eliciendum ex eo quod est καταλαμβάνει], quale est cognovit quod ipsi Taxiles dederet. *Raphelius*. De re cf ad 4, 22, 6.

ἐνταῦθα θύε. *Diod.* 17, 86: τριάκοντα μὲν ἡμέρας ἀνέλαβε τὴν θύναμιν καὶ τοῖς θεοῖς μεγαλοπρεπεῖς συντέλεσας θυσίας διεβίβασε τὴν στρατιάν.

γίγνεται αὐτῶ τὰ ἱερά. v. not. ad 4, 4, 3. *Raphelius*.

C. 4.

1. ὅτι μέγιστος ποταμῶν — καὶ ὅτι αἱ πηγαί. Particulae ὅτι, quae hic saepius repetitur, eam hoc loco vim esse arbitror ut indicet quid alii de his rebus tradiderint. Latine esset: Indus dicitur maximus esse. Id quod etiam ex initio sequentis capitis colligere licet. *Raphelius*. Nimirum Gronovius a verbis ταῦτα μὲν ὑπὲρ τοῦ Ἰνδοῦ caput 4 inceptat. Mutavit *Schmiederus*, ὅτι particulam ex ἀναγγεγράφθαι pendere admonens.

ἐπὶ τὰδε τοῦ ὄρους. i. e. in ea Paropamisi parte quae ab India oceanum versus sita est. Idem tradit *Plin.* 6, 20 [23]: in jugo Caucasii montis quod vocatur Paropamisus adversus solis ortum effusus. i. e. fontes e Paropamiso (primo) orientem versus labuntur. Non vero contradicit noster, si *Ind.* 3, 2 Indi fontes in monte Tauro ponit. Declaraverat enim ibidem 2, 3 Taurum in ea regione Paropamisum vocari. *Schmiederus*. cf. *Strab.* 15, 1 p. 690.

διστομός ἐστι. *Strabo* 15, 1 p. 690 quum Gangem amnem maximum esset memoraverit: ὁ δὲ Ἰνδὸς δυοὶ στόμασιν εἰς τὴν μεσημβρινὴν ἐκπίπτει θάλατταν ἐμπερικαυβάνων τὴν Παταληνὴν καλουμένην χώραν, παραπλησίαν τῷ κατ' Αἴγυπτον Δέλτα. cf. p. 700. 701. 702. Sic plerique veterum duo tantum ostia memorant.

Αἴγυπτου. Αἴγύπτω C, Αἰγύπτω D, ut vere *Dübner* Αἴγυπτῶ conjicere videatur cl. 6, 17, 2.

Πάταλα. v. 6, 17, 2. *Schmiederus*. Alterum τ addere non dubitavi, constantiam sectatus, quamvis alii, in his metro coactus *Dionys.* *Perieg.* 1093, Παταληνὴν scribant.

2. πολὺ δὴ μείονες. Poterat adjungere, quia omnes in Indum effunduntur. De hisce fluviiis multa dicuntur in ss. cf. c. 6, 8 et *Ind.* c. 4. 5. *Schmiederus*.

ὄπον καὶ quandoquidem, quemadmodum etiam. *Raphelius*. Cf. *ann.* ad *Thuc.* 8, 27, 2.

Κτησίας μὲν. Excidisse quidquam negat *Sintenis* in *cens.* alt. p. 154 cl. c. 28, 1 et 6, 19, 4, quibus locis propterea nihil probatur quod illic nullum auctoris nomen positum est

καὶ ἑκατόν. *Ctes.* *Ind.* in.: λέγει περὶ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὸ μὲν σπυρὸν αὐτοῦ εὐρὸς τεσσαράκοντα σταδίων εἶναι, τὸ δὲ πλατύτερον καὶ διακοσίων. Sed verius *Arrianum* quam *Photium* numerum rettulisse probat *Strabo* 15, 1 p. 700: ὥστε καὶ ἐφ' ἑκατόν σταδίων, ὡς οἱ μὴ μετριζόντες γασιν, εὐρύνεσθαι κατὰ τινὰς τόπους· ὡς δ' οἱ μετριώτεροι, πενήκοντα τὸ πλείστον, ἐλάχιστον δὲ ἑπτά. Aliter *infra* 5, 20, 10.

3. Ἰνδόν. τὸν Ἰνδόν *Par.* CD, quod sero conjeci, ut 5, 26, 1, quo l. et 6, 11, 5 emendatis jam nullum mendosae rationis exemplum in his libris restat.

ἄτοπα. *Curtius* 8, 9, 16 dicit animalia inusitata ceteris gentibus nisi invecta. *Raphelius*. De moribus Indorum pluribus locis in *Hist.* *Ind.* loquitur, cum quibus conferri potest *Curt.* 8, 9. Ista animalia ἄτοπα, quae *Curt.* l. l. animalia inusitata ceteris gentibus vocat, describuntur in *Ind.* c. 15. Sunt ea tigris, quam *Indi* narraverant magnitudine esse maximi equi, maxima vero velocitate et robore; psittacus vocem humanam exprimens; simiae permagnae et pulchrae; serpentes longitudine circiter 16 cubitorum ac multo adhuc majores, quorum tamen morsibus medici Indorum mederi poterant; formicae, quarum pelles se vidisse *Nearchus* scripsit. *Megasthenes* audierat eas aurum e

terra effodere, non quidem auri ipsius causa, sed ut sibi antra parent. Esse eas vulpibus majores et terram effodere auro mistam et ex ea Indis fieri aurum. De formicis dubitat Arrianus; psittaci vero et simiae ejus tempore satis notae erant. Flumina Indica alunt crocodilos reliquosque pisces et balaenas, quas Nilus, etiam, si Onesicrito fides, equum fluviatilem. Ind. c. 6, 7. De gryphibus septemtrionem versus supra Arimaspos aurum custodientibus v. Herod. 3, 116. 4, 13. 27 et descriptionem Indicorum in excerptis ex Ctesiae Indicis c. 12: multi et spatiosi montes aurum suggerunt, quos incolunt gryphes, aves quadrupedes, lupi magnitudine, cruribus et unguibus leoninis, qui pectore rubras, in reliquo corpore nigras habent." Apud eundem de multis aliis ejusmodi rebus scriptum est, sicut et apud Strab. l. 15 [1 p. 702 s.]. *Schmiederus.*

ἰχθύας. Poetica forma. v. Gr. t. 2 § 18, 6 ann. 8 Sic etiam Plut. Alex. 28, Dio C. 61, 9. 66, 23; *βότρυας* Diod. 3, 62. 63, *κάνδυας* Plut. Cim. 9, *ἰγνύας* Galba 26, *ἐκαποσιύας* infra 6, 27, 6. Sed *ἰχθύς* pro *ἰχθύες* vel apud harum aetatum scriptores raro reperias, ut Diod. 4, 35.

ὄσα ἢ οἶα quanta et qualia. De his autem plura narrantur in Ind. 30, 1. *Raphelius.*

μύρμηκας. De his in Ind. 15, 5. *Raphelius.*

οὐδὲ ὄσα ἄλλα — neque alia quae ad delectationem potius conficta sunt. *Raphelius.*

οὐδαμῶν. Jonicum verbum, quod semel in his libris legitur, nisi forte *οὐδέων* e Bas. recipiendum est, qui genitivus non solum apud Dem. 2, 17, sed etiam apud Xen. Hier. 1, 38, Mem. 3, 5, 18, Hell. 7, 4, 8 et Eur. Jon. 594 legitur. Omnino rarum pluralis usum esse, quod Buttmannus Gr. max. § 70 ann. 4 tradit, verum non est. Ita no. *οὐδένες* legitur Xen. Cyr. 7, 5, 64, Hell. 5, 3, 10, R. L. 3, 1, Isae. 8, 12, Isocr. 5, 52. 6, 41. 60. 12, 179. 15, 281, Dem. 5, 5. 14, 1. 19, 66. 312. 23, 204. 24, 214. 27, 7. 30, 37. 51, 21; *οὐδένας* Eur. Iph. A. 372, Xen. Hell. 6, 4, 4. 7, 1, 23, Plat. Euthyd. 305, Rép. 521, Legg. 650, Isocr. 4, 57. 12, 177. 227. 14, 8. 15, 300, Lys. 2, 22, Dem. 15, 19. 18, 23. 19, 31; *μηδένες* Xen. Hell. 1, 5, 9. 5, 4, 20, Isocr. 6, 40; *μηδένας* Soph. Aj. 1115, Plat. Euthyd. 303, b, Isocr. 5, 136, Dem. 44, 31. *Οὐδίαν* et *μηδέσιαν* apud Atticos non leguntur. cf. Butt. Gr. l. 1, App. Hisp. 6, 97 et Bekkeri Anecd. p. 1267.

4. *τῶν γε δὴ τότε ἐποικῶν τῆς Ἀσίας* illorum utique qui tunc Asiam incolebant, aetate nempe Alexandri. Quod *τότε* non erat omittendum, utpote propterea additum ne quis omnes qui unquam fuerunt Asiae incolas ab Indis bellica laude superatos putet. Nam de antiquis illis Persis, qui duobus ante seculis vixerant Arrianus ait se non satis scire sintne illi Indis aequiparandi. Vitae quidem cultu et disciplina eis similes fuisse, in hoc autem inferiores videri, quod a Scythiis bello fuerint victi. Quamquam et Indos primum Bacchus deinde Alexander vicit. Ind. 5, 7 et 8. *Raphelius.*

5. *τὸ γὰρ. τὰ γὰρ* cur suaserim facile intelligas.

ὡς γε δὴ πρὸς τὰ Ἰνδῶν cum Indis certe quidem. Quasi diceret, quin aliis populis bellica virtute Persae praestiterint dubium non esse, Indis autem qua ratione comparandi sint sibi non satis liquere. *Raphelius.*

πένητις τε ἦσαν. Quod hic de priscis illis Persis dicitur, eos et pauperes fuisse et regionem asperam incoluisse, utrumque ex Xenophontis Cyropaedia petitum est 7, 5, 67, ubi hae causae allegantur cur Cyrus, cum Babylone jam degeret, Persas sibi potissimum satellites legere voluerit: *εἰδώς οὖν Πέρσας τοὺς οἴκοι κακοβιωτάτους μὲν ὄντας διὰ πείνιαν, ἐπιπονώτερα δὲ ζῶντας διὰ τὴν τῆς χώρας τραχύτητα καὶ διὰ τὸ ἀποουργοὺς εἶναι, τοὺτους ἐνό-*

μισε μάλιστ' ἂν ἀγαπᾶν τὴν παρ' ἑαυτῶ δίαταν. et 1, 3, 3. Persia dicitur ὄρεινῆ χώρᾳ. *Raphelius*.

καὶ νόμιμά σφισιν ἦν. Et haec ex Xenophonte suo sumpsit Arrianus. Is enim de Persicae juventutis institutione accuratissime agit Cyrop. 1, 2, 3 ss. de Laconica autem disciplina in libello de Lacedaemoniorum rep. 2, 1 ss. *Raphelius*.

ἐγγύτατα εἶναι τῇ Ἀ. παιδεύσει. De dativo v. Gr. § 48, 14 ann. cl. 1, 7, 9 et 2, 18, 5; de infinitivo Gr. 55, 3 ann. 5 cl. Ind. 26, 9: πλοίοισιν ἐπιτυχάνουσι σμιχροῖσι, οἷα ἀλιέων εἶναι πλοῖα οὐκ εὐδαιμόνων. Ceterum cum CD ἐγγυτάτω legeris cl. 5, 8, 1 et 6, 23, 4.

τὸ δὲ τραῦμα. De hac clade v. 4, 11, 9. *Raphelius*.

C. 5.

1. ἰδίᾳ. In libello qui inscribitur Ἀρριανοῦ Ἰνδική sc. συγγραφή, cujus prior pars descriptionem continet memorabilium Indiae, posterior Nearchi, quem Alexander classi praefecerat, iter ab ostiis Indi in sinum Persicum et Pasitigrim. *Schmiederus*.

τὸν παράπλου ἀυτόν. Excidit Arrianus ex constructione. Scribendum enim erat ὑπὲρ τοῦ παράπλου αὐτοῦ. *Schmiederus*. Obversabatur γράψω.

2. ἀναγεγραφῶ. Licet verbum sit praeteriti temporis, refertur tamen non ad antecedentia, sed ad ea quae hoc et sequenti capite usque ad septimi initium subjunguntur. Unde toto hoc capite obliqua est oratio. *Raphelius*. Videlicet indicativo usus dixisset ἀναγέγραφα.

ἀπεργεῖν. De eadem re διχα τὴν Ἀσίαν διαιρεῖν ὅλην ἐπὶ μῆκος Strab. 2, 1 p. 68. 2, 5 p. 129. μέσην πῶς διέζωκε αὐτήν τὴν ἡπειρον 11, 1 p. 490. Sed Arrianus similiter hoc verbo utitur 1, 3, 1. 3, 28, 5. 7, 7, 3. De Tauro adde eundem Strab. 11, 8 p. 510. 11, 11 p. 519. 11, 12 p. 520. 16, 1 p. 737 cl. 2, 1 p. 78. 84. 15, 1 p. 689 s. Curt. 7, 3, 20.

ἀπὸ Μυκάλης. Nulli, quantum scio, Mycalen Tauri jugis adnumerant, nec etiam noster in Ind. 2, 2: ἀργεῖται μὲν ὁ Ταῦρος, inquit, ἀπὸ Θαλάσσης τῆς κατὰ Παμφύλους τε καὶ Ἀσκήν καὶ Κίλικας· παρατείνει δὲ ἔστε [i. ἔστε ἐπί. Kr.] τὴν πρὸς ἑω θαλάσσαν, τέμνων τὴν Ἀσίαν πᾶσαν. ἄλλη δὲ ἄλλα καλεῖται τὸ ὄρος, τῇ μὲν Παραπάμισος, τῇ δὲ Ἡμωδός, ἄλλη δὲ Ἡμαον κληῖται καὶ τυχὸν ἄλλα καὶ ἄλλα ἔχει οὐνόματα. *Schmiederus*. Sic fere etiam Strabo.

Παμφύλων. Sic etiam apud Strabonem οἱ Πάμφυλοι 12, 7 p. 570. 14, 3 p. 664. 668. 671, quamquam 14, 1 p. 632 Παμφύλοι leguntur.

3. ὃ δὲ Καύκασον ἐκάλουν. Haec verba usque ad τῶδε τῶ ὀνόματι κληθήσεται rectius parenthesi includerentur, quo recta oratio ab obliqua secerneretur. *Raphelius*. Signis parentheses non opus.

Συνθηκῶ Κανκασῶ. Intelligit eum qui inter Pontum Euxinum et mare Caspium situs est; at credere videtur istum verum Caucasum in Asia septentrionali, sicut Taurum in meridionali orientem versus extendi, ita ut, sicut in Armenia, sic etiam prope Indiam Taurus et Caucasus sese attingant. *Schmiederus*.

πρότερόν ποτε. Supra 5, 4, 1. [v. ind. hist. in v.] Eodem nomine appellat et Curtius 7, 3, 19 et 8, 9, 3. *Raphaelius*.

ὄνόματι. Usitatus est ὄνομα καλεῖν, καλεῖσθαι. Gr. § 46, 13. Saepius tamen legitur ὄνόματι προσαγορεύεσθαι, veluti Isocr. 7, 20, Plat. Phaed. 104, a, Legg. 744 al.

4. τὴν μεγάλην τήν. Sintenis in cens. alt. p. 155 de veritate emendationis meae dubitat, pro nomine proprio μεγάλην θάλασσαν accipi posse arbitratus: quod hic quidem vetant verba addita. Ceterum idem Sintenis ipse confert 6, 19, 1 21, 1. Ind. 2, 5 3, 2. Nec usquam, opinor, Arrianus articulum sic omisit.

τὴν πρὸς Ἴω τε καὶ Ἰνδοὺς θάλασσαν. Communis fuit veterum error, isque antiquissimus, ut propter imperfectam orientis cognitionem de oceano orientali somniarentur, quem antiquitus post Caucasum ponebant, deinde vero eo longius orientem versus amovebant quo plures orientis regiones cognoscere coepere. Noster, cui tamen non plane incognitus erat Chersonesus cis Gangem, Ind. 3, 3, credit istum oceanum ultra Indiam et Indum a meridie in septemtrionem converti et mare Caspium sinum ejus esse. cf. c. 26, 1. Veteribus ista opinio verosimilis erat, quia reliqui Asiae sinus cum majoribus maribus cohaerent et tot tantaque flumina in mare Caspium effunduntur. cf. not. ad 7, 16, 1. *Schmiederus*.

καὶ ταύτην κόλπον οὔσαν. Antiquissima hac de re sententia est Herodoti 1, 202 hoc mare per sese esse nec cum alio commiseri. v. Freinshem. ad Curt. 6, 4, 19. Arrianus ipse de eo dubie sentit 7, 16, 2. *Raphaelius*. Idem etiam Aristoteles Meteor. 2, 1 tradiderat: quo magis mirum est posteriores fere omnes hoc mare sinum esse statuisse. V. imprimis Strab. 2, 5 p. 121. 11, 6 p. 507, Plut. Alex. 44. Pro οὔσαν usitatus ὄντα dixisset. V. Gr. § 63, 6 ann. et Heindorf. ann. ad Plat. Prot. 121. Contra 7, 16, 2 et Isocr. 15, 199: διασύρουσι τὴν παιδείαν ὡς ἀπίτην καὶ γεννακισμὸν οὔσαν.

5. ἐς τεναγώδη — in palustria diffusi evanescent, quemadmodum Euphrates fluvius evanescit infra 7, 7, 5. *Raphaelius*. De scriptura ambigue Gronovius: „Ita nullus antiquorum, in quibus omnibus vel est τενάγια vel τενάγη, quomodo optimus quoque et v. c. apud Vulcanium.“

C. 6.

1. Ὅτω δὴ — cuicumque Asiae situs ita habet, h. e. quicumque Asiam ita describit atque dividit, ut per Taurum et Caucasum secetur Asia a vento Zephyro versus subsolanum ventum, i. e. ab occidente versus orientem: ei quidem duae hae maximae Asiae partes ab eodem Tauro fiunt, i. e. is statuit Asiam in duas partes per montem Taurum dividi, altera quidem ad meridiem et ventum austrum Tauri vergens, h. e. ad eam partem qua Taurus austrum accipit. Dativi ὅτω et τοῦτω non locum sed personam notant. Ususque est noster auctor iisdem casibus eodem prorsus modo Ind. 3, 3: εἴη ἂν αὐτῷ sc. Eratostheni ἢ πλευρὴ τῆς Ἰνδῶν γῆς. — τοῦτο μὲν αὐτῷ πλάτος. 7: Μεγασθένει δὲ τὸ ἀπὸ ἀνατολῶν ἐς ἐσπέραν πλάτος ἐστί. 8: τοῦτο δὲ αὐτῷ μῆκος γίγνεται. *Raphaelius*.

ἀπηλιώτην. ἐγγηλιώτην § 3. cf. Lobeck. ad Soph. Aj. 805.

νότον άνεμον τοῦ Ταύρου. Omisit Vulcanius duas postremas voces in interpretatione. Facius vero sic amplificat: una quidem in meridiem ac notum, eaque a Tauro clauditur. Mss. nihil discrepant. Sed tamen nec *νότος* potest dici *άνεμος τοῦ Ταύρου* nec Graeca admittunt Facianum vertendi modum; et licet hic inde expediri posset, tamen ineptus est nugaxque, quum Asiae pars ad meridiem vergens non magis claudatur a Tauro quam altera borealis, quae utique etiam Tauro eodem finitur. Sententia postulat: haec quidem ad meridiem et notum ventum respectu Tauri. *Gronovius.* Graeci ventum scribunt pro tractu unde spirat; cuius rei hoc ipso capite et in Ind. c. 2 et 3 plura habes exempla: unde *πρός νότον άνεμον τοῦ Ταύρου* vertendum est: in meridiem Tauri, in [nach dem] Süden des Taurus. Sic § 3: *τὸ πρὸς βορρῶν αὐτῆς sc. τῆς Ἰνδίας.* *Schmiederus.* Hoc est: Indiae pars ea quae in septentrionem vergit; neque cum his verbis magis comparari potest quam Indicorum quae respicit. Dubitari vix potest quin *τοῦ Ταύρου* ex superiori versu repetitum sit.

2. *μεγίστην μὲν -- Μεγασθένης.* V. Strab. 15, 1 p. 689 s. cl. 2. 1 p. 68 s. 2, 5 p. 130 et Arriani Ind. 3, 4.

Σιβυρτίω. cf. 6, 27, 1 et Curt. 9, 10, 20. De Megasthene v. Ind. 5, 3: *οὐδὲ Μεγασθένης πολλὴν δοκεῖ μοι ἐπελθεῖν τῆς Ἰνδῶν χώρας, πλὴν γε ὅτι πλεονα ἤ οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου ἐπελθόντες. ξυγγινέσθαι γὰρ Σανδρακότα λέγει τῷ μεγίστῳ βασιλεῖ τῶν Ἰνδῶν καὶ Πάρῳ ἐν τοῦτων μέσσοι.* De illo Plut. Alex. 62: *Ἀνδρόκοιτος ὕστερον οὐ πολλῶ βασιλεύσας Σελεύκῳ πεντακοσίους ἐλέφαντας ἐδώρησαστο καὶ σιρατοῦ μυριάσιον ἐξήκοντα τὴν Ἰνδικὴν ἐπήλθεν ἅπασαν καταστρεφόμενος.* *Σανδρόκοιτος* scribitur apud Strab. 15, 1 p. 702. 709. 15, 2 p. 724 atque Justin. 15, 4, copiosius ejus res enarrantem. Haec scriptura vera videtur. Neque enim satis certus hic Gronovius, qui *Σανδρόκοιτον*, inquit, non memini me in mss. vidisse, sed *Σανδράκοιτον*.

ἐλαχίστην. Librorum scripturam defendit Sintenis in cens. priori p. 1138, conferens § 3 *τὸ πρὸς βορρῶν -- τὴν δὲ πρὸς ἐσπέραν.* Sed hic alia ratio est proxime sequente relativo. Conjecturam confirmant Par. CD.

αἱ δύο. Fortasse *ἁμοῦ.* *Pflugkius.* Offensioni fuit etiam Sinteni l. 1. Verum Arrianus ejusmodi repetitiones mirum quantum amat, ut mutare quidquam non audeam. Similiter *τέσσαρες* 6, 14, 5.

3. *άνεμον Ἰάπυγα.* Ventus hic spirat ab occasu solstitiali. Latine corus vocatur. *Raphelius.*

ὡς εἰκάζουσιν. Ex Strabone 15, 1 p. 475 [691] videmus istam opinionem Nearchi deberi. *Schmiederus.*

τῶν ποταμῶν παρ' ἐκάστοις fluminum singulorum sive per se. Ita mox § 6 *εἷς τε ποταμὸς παρ' ἐκάστοις*, unus fluvius per se sive solus. In optimo Gronovius haberi ait *παρ' ἐκάστων.* *Raphelius.* Ser. addito articulo *τῶν ποταμῶν τῶν παρ' ἐκάστοις.* *Pflugkius.* Mihi videbatur *παρ' ἐκάστοις* jungi posse cum verbis *ποιήματα εἶναι.* Ceterum *ἐκάστοις* intelliges accolas, ut 3, 28, 5.

παρὰ πόλιν Σμύρναν. Sic etiam Strab. 13, 3 p. 621. cf. 13, 4 p. 626.

4. *Καῦστρου πεδίων.* Xenoph. Anab. 1, 2, 11 *Καῦστρου πεδίων* dicit *πόλιν οἰκουμένην*, urbem frequentem. *Raphelius.* Hoc aliud est. v. Kr. ann. ad h. l. Quod hic dicitur passim memorat Strabo, veluti 13, 3 p. 620. 4 p. 625 s. cf. ann. ad § 7.

ἀπὸ Αὐδίου ποταμοῦ i. e. a Caystro, qui est fluvius Lydius. Necessaria non est Grentemesnillii conjectura. *Schmiederus.*

Καίχου ἄλλο. cf. Strab. 12, 8 p. 576. 13, 1 p. 615. 13, 4 p. 624.

τὸ Καρικόν. sc. πεδίον, in confiniis Cariae, Lydiae et Joniae. *Schmiederus*. Strabo 12, 8 p. 577: *Μαιάνδρος τέως μὲν ἐπὶ Φρυγίας κέριται. ἔπειτα διορίζει τὴν Καρίαν καὶ τὴν Λυδίαν κατὰ τὸ Μαιάνδρου καλούμενον πεδίον*

Ἡρόδοτος τε. v. 2, 5 cum nota Petri Wesselingii. *Schmiederus*. Cf. Strab. 1, 2 p. 30. 35 s. 12, 2 p. 536. 15, 1 p. 691.

Ἐκαταῖος. v. Schweighaeuser. ad Herod. 2, 5.

λογοποιοί. v. Kr. ind. ad Dionys. in *λογογράφος*. Opponit ποιηταῖς Isocr. Phil. 109 p. 104.

ἢ εἰ δὴ του ἄλλου aut si cujus alius. Ut Cic. off. 1, 10: Q. Fabium Labeonem aut si quem alium. *Raphelius*.

ἀμφὶ τῆ γῆ. Hic quidem facili emendatione genitivum restitueris; sed adversantur 1, 22, 3. 2, 3, 9. 3, 14, 6. 30, 1. 6, 1, 5 bis. Ceterum vel posteriorum solutae orationis scriptorum hanc rationem pauci sibi indulserunt, veluti Appian. Mithr. 65, b. c. 2, 6 et 3, 66. cf. Gr. § 68, 30 ann. 2.

ποιήματα. Sunt scripta cujusvis generis, praecipue quidem poetica et fabulosa; h. l. autem intelligitur descriptio historica vel geographica. Vocabulo autem ἐπιθέσκειται utitur auctor respiciens ad Herodotum ipsium, qui librum suum ἐπίθεξεν vocavit. *Schmiederus*. Hoc respici non crediderim.

ποταμοῦ. Scr. τοῦ ποταμοῦ. *Pflugkius*. Confirmant CD.

Ὅμηρος. Homeri locus exstat Odys. 4, 581. Verba vide infra ad 6, 1, 3. *Raphelius*.

Μενέλεων. Hanc formam non modo apud tragicos reperias, sed etiam apud Isocr. 12, 80.

6. ἄνω. ἄνωθεν ex Par. C recipiam.

οὐδὲ ὑπὲρ τῆς Ἰνδῶν — neque de Indorum regione incredibile esse debet quomodo magna ex parte campestris sit. Ὅπως ut in aliis locis, ita et hic notat quomodo, qua ratione, significatque quale sit id quod videri non debeat fidem excedere. Ita fere Petron. in Satyr. p. 49: Postero die populus miratus est qua ratione mortuus esset in crucem. *Raphelius*.

7. ὅσοι πολλοί. Mallem ὅσοι ἄλλοι. Sed editiones in vulgata consentiunt. *Schmiederus*.

τὴν ἐντὸς θάλασσαν mare mediterraneum. *Raphelius*.

μηδὲ τι τῷ Γάγγη non tantum [non modo, ne dicam] Gangi etc., cui paulo post respondet ἄλλ' οὐδὲ τῷ Ἰνδῶ, sed neque Indo. Sic 3, 10, 4. *Raphelius*. De re cf. Strab. 15, 1 p. 702: *ὅτι (ὁ Γάγγης) μέγιστος τῶν μνημονουμένων κατὰ τὰς τρεῖς ἡπείρους καὶ μετ' αὐτὸν ὁ Ἰνδός, τρίτος δὲ καὶ τεταρτὸς ὁ Ἴστρος καὶ ὁ Νεῖλος, ἰκανῶς συμμωρεῖται.*

8. μέγας τε εὐθὺς —. De fluviorum Indicorum magnitudine v. Ind. 2, 3, ubi etiam eorum qui in Indum effunduntur hi nominantur: Hydraotes cum Hyphasi, Sarange et Neudro; Hydaspes cum Sinaro: omnes hi cum Tutapo effunduntur in Acesinem et hic in Indum. Deinde Cophen cum Malanto et Garrhoeo (supra vocabatur Guraeus); porro Parenus, Saparnus et Soamus. Habes quindecim flumina. cf. Diod. 2, 37, Strab. 15, 1 p. 482 [697]. *Schmiederus*.

ἔρχονται. v. ann. ad 3, 4, 1.

των Ἀσιανῶν, i. e. eorum in Asia minore, de qua etiam § 4 ἡ Ἀσία γῆ intelligenda est. *Schmiederus*.

C. 7.

1. ὁ Ἑλλησποντιος. v. Herod. 7, 33—36. *Schmiederus*.

ὁ Βόσπορός τε καὶ Ἴστρος, v. eundem 4, 83—86 et 139. *Schmiederus*.

πλοίοις μᾶλλον. Diod. 17, 86 et Strab. 15, 1 p. 480 [698] confirmant Arriani opinionem. [Strabo: ζεύγμα γενηθέν ἐπεραίωσε τὴν στρατιάν. Diodorus: καταλαβὼν τὰς τε τριακοντόρους κατασκευασμένας καὶ τὸν πόρον ἐξευγμένον.] Aliud tamen indicat Curt. 8, 10, 3: Hephaestionem et Perdiccam — ad flumen Indum procedere jussit et navigia facere quis in ulteriora transportari posset exercitus. Illi, quia plura flumina superanda erant, sic junxere naves ut solutae plaustris vehi possent rursusque conjungi. *Schmiederus*. Arriani fide discimus quam leviter deteriores auctores talia ex ingenio comminisci soliti fuerint.

2. ὅτι τρὸς ῥωμαίοις. cf. Suidas in ζεύγμα ex Dione. *Schneiderus*.

ποιεῖται — ἐγεγύρωσαν. Correxeram ποιεῖται καὶ ἐπὶ τῷ Ῥήνῳ τῷ Κελικῷ, καὶ τὸν Εὐφράτην καὶ τὸν Τίγρητα ὅσάκις κατέλαβεν αὐτοὺς ἀνάγκη γεγοῦσθαι. Prior correctio tecum mihi communis est: de altera etsi potest dubitari, tamen mihi quidem satius videtur immutari vulgatam scripturam quam compositionis quae in ea est duritiem tolerari. *Pflugkius*. Ea mihi non tanta videtur ut hac immutatione opus esse censeam.

3. ὧν ἐγὼ οἶδα. Nota est dicendi ratio quae emendationem flagitavit. Thuc. 1, 4: παλαιατος ὧν ἀκοῇ ἴσμεν. 1, 18, 2: ἐπὶ πλείστον ὧν ἴσμεν χρόνον στασιάζασα.

κατὰ πόρον in flumen vel secundo flumine. *Raphelius*. Intellexit quid dicendum fuerit. Emendationem meam confirmat Suidas l. 1: ἀγιάσι μίαν πρώτην ναὺν κατὰ ῥοὴν γέρεσθαι. Nunc κατὰ (τὸν) ῥοὴν suasi. cf. Plat. Rep. 492: κατὰ ῥοὴν γέρειν. Polyb. 3, 66, 8: κατὰ ῥοὴν ἐποιεῖται τὴν πορείαν. Adde Jacobitz. ad Luc. Jup. trag. 50.

ἀφίενται. v. interpr. ad Thuc. 7, 19, 4.

αἱ πρόμναν κρούμεναι. Πρόμναν κρούεσθαι est quum remiges conversi in puppim impellunt navim, cum ante in proam impulissent, ceu fieri solet cum ad terram navis impellitur. Latini dicunt inhibere remis, Curt. 4, 4, 9, estque ea inhibitio, ut Cic. ad Att. 13, 21 scribit, remigatio navem convertens ad puppim. Huic in terra respondet ἐπὶ πόδα ὑπχωρεῖν infra 5, 17, 7. Justinus 2, 12, 7: commisso praelio ite cessim, inhibete remos et a bello discedite. Perspicue Graecus interpres Thucydidis [1. 50, 5]: πρόμναν κρούεσθαι ἐστὶ τὸ κατ' ὀλίγον ἀναχωρεῖν μὴ στρέφαντα τὸ πλοῖον ὃ γὰρ οὕτως ἀναχωρῶν ἐπὶ τὴν πρόμναν κωπηλατεῖ. Polyb. 16, 3, 8: Avelli navis ab ea cum qua cohaerebat non poterat, καίπερ πολλὰκις ἐπιβαλλόμενος πρόμναν κρούειν. Non ergo recto et libero cursu naves a fluminis impetu auferri sinebant, sed retro remigando eas paululum inhibebant. *Raphelius*. Verte: dimittebant naves non recta (proa non praemissa, ut naves ire solent), sed sicut eas naves, quae versus puppim impelluntur, i. e. puppi praemissa. *Schmiederus*.

κελήτιον ἐπήρης. *Κελήτιον* parvum navigium actuarium; ἐπήρης vertitur quidem in Lexicis paratum, videtur autem potius esse adhaerens. Cumque unum navigium idque parvum nequaquam par esse potuerit remorando cursui tot navium singulis navibus singula *κελήτια* adhaesisse intelligendum est. *Raphelius*. Videlicet (etiam Suida auctore) semper una tantum navis dimittebatur, qua loco suo constituta altera sequebatur et sic deinceps.

καθίεται πλέγματα — Suidas: ἐπὶ δὲ κατὰ τὸν ζευγνόμενον ἤχη τόπον, ἐμβάλλουσιν εἰς (τὸ) ῥεῖμα φορητὸν λίθων ἐμπεπλησμένον, καλωδίω δὲσαντες ὥσπερ ἄγκυραν.

λογάδων. *λογάδην* conjeci, quod haec e Thuc. 4, 4, 1, ubi cf. ann., et 6, 66, 2 repetita esse memineram.

τοῦ ἀνέχειν — ad sistendam navem contra fluvii cursum. *Gronovius*.

4. ὅτε δὲ δὴ μία. Fortasse οὕτω δὲ μία. *Pflugk*. Ego suasi: τῶν νεῶν ἐσχέθη, ἅμα δὴ καὶ ἄλλη.

ἀπ' ἀμφοῖν. Sic legunt editi omnes: sed necessario scribendum est ἐπ' ἀμφοῖν. *Schmiederus*. Immo illud unice verum. Ab utraque nave ligna injiciuntur, quae in ipsis navibus parata erant. Suidas: δεθεῖσα ἡ ναὺς πρὸς τῇ ὄχθῃ ἵστανται σανῖσι καὶ ζεύγμασιν, ἅπερ ἄφθονα αὐτοῖς ἡ ναὺς φέρει.

ἐγκάρσιαι. Eadem feminini forma Thuc. 2, 76, 3. Pariter *ἐπικαρσία* Her. 1, 180, 7, 36, Polyb. 22, 11, 12, App. Pun. 16 et 149; contra ἡ *ἐπικάρσιος* Polyb. 6, 29, 1.

5. *ἐκατέρωθεν* — ad utrumque pontis latus, non ad caput, uti recte monet Gronovius, cui etiam *κλίμακες* sunt loricae et cancelli [Geländer], ut nos vocamus in pontibus, *ἐφοδος* autem ingressus in ipso ponte, non adscensus in eum. Quo sensu exstat *ἐφοδος* 5, 15, 5. *Raphelius*. Lipsius vertit: utrimque autem ad caput pontis gradus in terram depacti adjiciuntur, quo facilius equis jumentisque sit ingressus. [Sic fere etiam Facius et Vulcanius.] Hinc igitur in figura sex asses ex naviculae uno latere demittit in ripam, unde, opinor, illos gradus concinnari oportebat. — At quae inde securitas equis jumentisque vel curribus transituris, si ad geminos fines vel principia pontis, hoc est utrumque caput, gradus additi fuerint? Item quis inde *σύνδεσμος* pontis, si in utroque ejus capite id solum fiat? — Quasi in medio vi aquarum rumpi pons non potuerit propter adjectas in utroque fine vel extremo scalas. Denique — si agitur de tuto adscensu pontis, cur descensus omititur? Immo agitur *περὶ ἐφόδου*, quae vox omnem illum ingressum qui fit in ponte notat. Cujus ingressus haud dubie maximum periculum est ibi ubi maximus est fluvii fervor, ubi pro pondere quod ponti incumbit solent facillime aut sidere nonnihil aut comoveri naves et simul pons; unde equi, utpote solo non firmo, saepe terrentur et facillime delabuntur. Itaque id nunc ostendit auctor, nempe ad utrumque pontis latus per omnem longitudinem super *σανίδας ἐγκαρσίας* adfixas fuisse exstantes loricas vel cancellos instar oblique jacentium scalarum, quae firme inhaerentes et depactae vel in tabulis vel in trabibus impedirent ne quocumque casu, qui in turba plures oriri possunt, titubantes vel consternati equi aut currus de ponte deciderent in aquas. Hanc illae scalae vel cancelli aut loricae aut clathrae securitatem dant equis. Firmitas autem vinculi quam eadem praestant, in eo consistit quod praeter *ξύλα* et *σανίδας ἐγκαρσίας*, quae et ipsae nexu suo vicem vinculi dant, illae quoque conjunctae sint et cohaerent per universum pontem. *Gronovius*. Quod idem docet *ἐκατέρωθεν* de utroque latere intelligendum esse, nemo dubitaverit sic intelligi posse, quamquam hoc

verbum quidem Lipsii interpretationi non obstaret, quippe quod ad amnis ripas relatum cogitari posset.

ξὺν πολλῶ θορύβῳ. Fortasse οὐ ξὺν πολλῶ θορύβῳ. *Pflugkius*. Ferri tamen potest quod libri offerunt, de discursu et sedulitate operarum si cogitaveris: quod probant proxima.

ὡς τύχοιεν pro ὡς ἂν τύχωσιν.

αἱ ἐπιτιμήσεις τοῦ ἐκλιποῦς objurgationes eorum qui segnius munus obeunt. *Vulcanius*.

κατάκουσιν. Rarum verbum.

C. 8.

1. ὅτι μηδέ. Sic οὐ μὴ 6, 6, 3. (9, 5.) 16, 1. 21, 3. Saepe sic peccant posteriores scriptores.

ἐκείνη ἐχέτω. Sic Xenoph. exped. 3, 2, 37: εἰ μὲν οὖν ἄλλος τις βέλτιον ὄρα, ἄλλως ἐχέτω, si quid ab alio rectius perspicitur, eum sequamur. *Raphelius*.

2. ἐς Τάξιλα. Taxilis reperit Alexander gymnosophistas, de quibus v. 7, 2, 2. *Schmiederus*. Ceterum cf. ann. ad 4, 22, 6.

3. Δοξάρεως. Doxareus reliquis ignotus est. *Schmiederus*. Dubitavi scribere Δοξαρέως, nominativum arbitratus Δοξάρης. Similiter interdum flectitur Ἄρης, Ἄρεως.

Φίλιππον, τινὰ τῶν ἐταίρων. Plut. Alex. 60.

4. τοῦ Ὑδάσπου. Strab. 15, 1 p. 698: μετὰ δὲ τοῦ Ὑδάσπου καὶ τοῦ Ἀκείνου ἢ τε Πώρου ἐστὶ, πολλὴ καὶ ἀγαθὴ, σχεδόν τι καὶ τριακοσίων πόλεων, καὶ ἡ πρὸς τοῖς Ἡμωδοῖς ὄρεσιν ὕλη.

ξὺν τῇ στρατιᾷ πάσῃ Dioid. 17, 87: οὗτος δ' εἶχε πεζοὺς μὲν πλείους τῶν πεντακισμυρίων, ἵππεῖς δὲ περὶ τρισχιλίους, ἄρματα δὲ πλείω τῶν χιλίων, ἐλέφαντας δὲ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα. Curt. 8, 13, 6: LXXX et V elephantibus objecerat eximio corporum robore, ultraque eos currus CCC et peditum XXX fere millia. Plut. Alex. 62: δισμυρίους πεζοὺς καὶ διαχιλίους ἵππεδὸν παραταξίμενον, quibus plures infra c. 18, 2 caesi fuisse traduntur.

ξυνημόνια. V. ann. ad c. 7, 1.

5. ἀναλαβῶν — assumtis quibuscum Taxila venerat copis. *Gronovius*.

C. 9.

1. καὶ Ἄ. τε καὶ bene CD.

ἐπὶ ταῦτα δὲ φρουράς malim.

τοῦ πόρου. Sic 5, 8, 4 εἶργειν τοῦ πόρου αὐτόν. *Raphelius*.

2. ἡ στρατιὰ fortasse ex interpretamento ortum.

τοὺς μὲν — alios quidem ipse in alias atque alias regionis partes ducebat etc., τοὺς δὲ —, alios vero aliis atque aliis ducibus attributos et ipsos in varias regiones dimittebat. Nimirum non ita magnas copias singulis ducibus dedit, quo magis in diversa loca spargi posset exercitus. *Raphelius*.

3. οὐδὲ ἔν τι — neque si quid unum ad ripae custodiam utile probavisset, ad id omnibus remediis comparare se sinebant. *Gronovius* Posset fortasse ἐκ πάντων et masculino genere accipi, quod omnibus copiis unum locum tueri Poro non licuerit, cum Alexander multis locis se transiturum simularet. *Raphelius*. Merito Gronovio assentitur *Schmiederus*.

ὕδατος — ἔρρεον. v. Lobeck. ad Soph. Aj. 40 p. 95.

ἦ μετὰ τροπὰς —. Haec subabsurda videntur. Arrianum ego scripsisse suspicor: ἦ μετὰ τροπὰς μάλιστα ἄς ἐν θ.

4. ὕδατά τε ἐξ οὐρανοῦ. De pluvii Indiae testatur noster in Ind. 6, 4. 5 aestate eas maxime quidem in montes, Parapanisum, Emodum et Imaum decidere, sed etiam in plana Indiae, quae inde et ob fluviorum inundationes stagent. Diod. 2, 36 bis quolibet anno in India pluviam demitti ait, semel sub hiemem, iterum sub solstitium aestivum. Idem testantur Megasthenes et Eratosthenes apud Strab. 15, 4 p. 477 [693]. Aristobulus ib. p. 475 [691] montes solum et montium radices imbrem sentire auctor est; Nearchus vero etiam campos p. 476 [692]. *Schmiederus*.

αἱ χιόνες. Hunc pluralem, quem ex Atticis enotatum non habeo, legas 7, 21, 3 apud Diod. 26, 1, Plut. Ages. 32, Herodi. 3, 6. 8, 4 et Dion. C. 69, 9.

ἴσχοσιν decrescunt sc. fluvii. Id enim notat hoc loco ἴσχειν, uti jam in Lexicis annotatum est. *Raphelius*. Nescio qua auctoritate. Ἐμπάλιν ἴσχοσιν vel potius ἔχουσι nihil aliud esse poterit nisi contra habent, contrarium patiuntur.

ὀλίγοι. Hoc injuria in suspicionem vocavi, non memor verborum 7, 21, 4: ὀλίγος ὁ Εὐφράτης ῥέει. De asyndeto v. Gr. § 59, 1 ann. 5.

C. 10.

1. προσμένειν. προσμενεῖν, quod Sintenis conjecit, ego suadere dubitavi. v. Reisig. comm. critt. ad Soph. OC. 91 et ann. ad Thuc. 3, 95, 1.

ἔμελλον. Nescio an addita ad στρατιά participia hanc vim habeant ut tenendum sit ἔμελλον. *Pflugkius*.

2. τῆς φωνῆς ἠοσοῦντων. Curt. 8, 13, 10 elephantes, ait, de industria irritatae horrendo stridore aures fatigabant. *Schmiederus*.

οὐδ' ἂν ἔτι πρόσθεν — sed neque etiam ante (quam scilicet in ulteriorem ripam venirent) mansuros in pellibus (in quibus stramento repletis equi ponendi erant trajicientes, quod inferius factum videmus) intrato flumine, sed desultaturos in aquam. *Gronovius*. Κατὰ τὸν πόρον in transitu, dum flumen trajicerent. *Raphelius*.

ἠλαλάζοι. Immo ἠλάλαζε. Sic quidem ceteris locis 1, 14, 7 cl. 1, 6, 4. 7, 3, 9, 7. 6, 3, 3. 7, 3, 6. Nec aliter Attici.

3. καὶ τὰλλα — et cum praepararentur quaecunque alia ad transitum necessaria praeparari solent. *Raphelius*.

ὄσα. Fortasse οἶα. *Pflugkius*.

ἐς ἔθρος αὐτόν. Ἀντιπαράγωγῆ non est Alexandri sed Pori: hunc dicit auctor ἀντιπαράγειν et hunc Alexander in consuetudinem opponendi sese hostibus et obducendi copias suas ad motum et clamorem Macedonicum paulatim confert. Alexandri fuit παραγωγῆ; hic enim antea dicitur νύκτωρ παραγωγῶν ἄλλη καὶ ἄλλη etc. *Gronovius*. Curtius 8, 13, 19: eo consilio Porum quoque agmen suum ei parti quam se petere simulabat coegit advertere. *Raphelius*.

ἡ βοῆ μόνον καὶ ὁ ἀλαλαγμὸς ἦν. Articulos abesse malim. Hoc a. 1836 scriptum nunc a Parisinis CD confirmari video.

4. ἀλλ' ἐκείνων γὰρ γνοῦς τὸν φόβον sed cognito illorum (Macedonum equitum) terrore, quo illi subinde Porum perturbare studebant. Cum sciret vanum esse illum timorem et simulari tantum transitum, ut ipsum frustrarentur et inani labore defatigarent. Ita φόβος non timentis sed terrentis 1 Petri 3, 14: τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε. *Raphelius*. Sic fere etiam Sintenis in cens. alt. p. 155. Sed is me satis ridiculum fingit. Nam quum ἀλλὰ κενόν scripserim, affirmat me non minus quam qui-qui verba legant intellexisse in librorum scriptura nihil esse quod displicere possit. Aliis quid videatur non dixerim; sed de me falsa eum tradere profiteor, quippe qui vulgarem scripturam oppido ineptam esse arbitrer. Nam quomodo Porus ex eo quod Alexandri equites potissimum terrorem commovissent, quum saepius transire non instituisset, colligere potuit nunquam illos hoc esse conaturos? Si lixae et calones terroris auctores dicti essent, profecto ἐκείνων bene haberet; sed quum optima exercitus pars memorata sit, etiam nunc ἐκείνων, qua scriptura paulo melius fuerit ἐκείνων, tam incommodum videtur ut prope sperem alios quoque probaturos esse quod ego facillima mutatione edidi κενόν.

κατὰ χώραν. κατὰ χώραν μένειν suo loco, in sua statione manere, quietem agere. *Raphelius*. Cf. ann. ad Thuc. 1, 28, 3.

C. 11.

1. Ἄζρα. ἄζρα est quasi promontorium in flumine. *Schmiederus*.

τῆς ὄχθης. Pendet ex ἴνα: quare comma deleas. cf. Gr. § 47, 10 ann. 4.

παντοίων δένδρων εἶδει. εἶδει παντοίων δένδρων CD, unde ἕδη π. δ. conjeci cf. ann. ad 5, 2, 5. Nam εἶδει hac collocatione ferri nequit et fortasse per se defendi non potest.

ὀλώδης τε — Thuc. 4, 29, 2: πρότερον αὐτῆς οὐσῆς ὀλώδους. ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἀντιβοῦς διὰ τὴν αἰὶ ἐρημίαν. Sed ne inde ἀσυβῆς sollicites, cf. Soph. Phil. 2: βροτοῖς ἀσυβῆτος.

καταντικρὺν τῆς ἄζρας. Non est quod quis οὐσαν et postea ὄντα additum requirat. Sic Demosth. Phil. 1 § 18 p. 45: εἰδὼς ἐντηπεῖς ὑμᾶς. § 50 p. 54: ἅπαντα — καθ' ὑμῶν εὐρήται. cf. Gr. § 56, 7 ann. 4.

ἀμυότερα utraque loca, et insula et rupes. *Raphelius*.

3. καὶ τῆς φάλαγγος — et de phalange Macedonum Alcetae

et Polysperchontis agmen. Sic mox c. seq. 2: καὶ τῆς γάλαγγος τοὺς τε ὑπασπιστάς, ex phalange scutatos. *Raphelius*.

ἐπὶ τὰ δε, τοῦ Ἴνδοῦ, quod intercidisse possit.

τοὺς πενταχισηλίους. Quorum meminit supra 5, 8, 5. *Raphelius*.

4. παρηγγέλλετο. παρήγγελο recipiendum erat.

μὴ πρὶν — πρὶν — ἀπαλλαγῆναι. Eur. Herc. f. 605: πόλιν τε σὴν μὴ πρὶν ταραξῆς πρὶν τόδ' εὖ θέσθαι, τέκνον. Usitatius quam πρὶν — πρὶν est πρότερον (πρόσθεν) πρὶν. v. Kr. ad Xen. An. 3, 1, 16. Infinitivum post negantes particulas πρὶν etiam 1, 7, 5. 5, 12, 4. 6, 11, 4. (14, 5) habet. Ejusque rationis etiam apud Atticos exempla non ita multa reperias, veluti Ar. Eccl. 620, Isocr. 5, 70, Dem. 3, 12. 13. cf. ann. ad Thuc. 1, 39, 2.

ὡς ἐπὶ σφᾶς adversus eos qui cum Alexandro erant. cf. Gr. § 58, 4 ann. 3.] De iisdem interpretare αὐτοῖς δέ. *Schmiederus*.

ἐπ' ἐμὲ ἄγῃ. Ab oratione obliqua transitur ad rectam. Cujus generis exempla pluscula ex Xenophonte ad Acta Apost. 1, 4 annotavimus. *Raphelius*. Cf. Kr. ind. ad Xen. An. in Uebergang.

αὐτῷ ἐπὶ στρατοπέδου. Sintenis αὐτοῦ ἐπὶ στρατοπέδου conjicit: quod quamquam bene haberet (cf. ann. ad Xenoph. Anab. 2, 2, 1), tamen non est cur a librorum scriptura recedatur.

δὲ δὴ καὶ ὤς. Idem requisivit Boissonad. ad Niceph. Eugen. t. 2 p. 367. *C. Keilius*.

μένειν. Pro μένε. v. not. ad 4, 20, 3. *Raphelius*.

διαβαίνειν. Si locus sanus, suppleas σὺν τῇ ἰππαρχίᾳ σου vel σὺν τῇ στρατιᾷ (τῇ) ἰππικῇ. *Schmiederus*.

C. 12.

1. παρηγγέλλετο. Malim παρήγγελο. Alia enim ratio est hujus verbi atque ejus quod praecedit ἐνετέλλετο. *Pflugkius*.

κατὰ μέρη. Jussi fuerunt in partes dividere exercitum ut pluribus locis simul trajicerent. *Raphelius*. Rectius *Schmiederus* κατὰ μέρος interpretatur per vices, alter post alterum. Quod Sintenis in cens. alt. p. 135 se non videre dicit quomodo demonstraturus sim verba διελόντας τὸν στρατὸν delenda esse: vellem dixisset quomodo explicari posse putaverit. Etenim vulgo nulla interstinctione legitur κατὰ μέρη διελόντας τὸν στρατὸν, plane ut Xenoph. Anab. 5, 1, 9: κατὰ μέρος μερισθέντες γιλάτωμεν. Sed ibi μερισθέντες ex inepto interpretamento ortum esse in libro de authent. Anab. p. 38 ita docui ut ne Poppo quidem mihi assentiri dubitaverit. Illic quae dixi facile ad nostrum locum transferri possunt. Quodsi quis διελόντας τὸν στρατὸν per se accipere velit, vix quisquam dixerit quae tandem nova divisio hoc tempore locum habere potuerit.

2. Δάας. Δάας ἵπποξότας memorat etiam Appian. Syr. 32.

3. αὐτῇ καὶ μᾶλλον. cf. c. 13, 2 et 7, 24, 3: ἢ δὴ καὶ μᾶλλον. Adde Kr. ad Thuc. 1, 11, 2.

ἀντιπαταγούντων. cf. ann. ad Thuc. 3, 22. 1 et Dion. C. 48, 48.

4. ἐπέρα κατὰ τὴν νῆσον trajiciebat juxta [contra] insulam, pone eam [e regione ejus], ut ejus interposito interjectuque trans-euntes occultarentur. Propterea enim hunc sibi potissimum locum delegerat quod ea insula sylvestris esset et insidiis tegendis apta, supra c. 11, 1 et Curt. 8, 13, 17. Nequaquam vero in hanc insulam evaserunt, uti quidem vertit Vulcanius, sed eam praeterierunt, ceu mox hoc ipso loco dicitur παραλλάξαντες τὴν νῆσον. *Raphelius.*

C. 13.

1. ἐπέρα trajiciebat, non vero in ripam evasit, quae quidem interpretatio nimis properat. Nam paulo post adhuc ἐπέιχον τῇ ὄχθῃ, in ripam contendebant, et § 2 demum Alexander dicitur ἐκβάς in terram escendisse. *Raphelius.*

οἱ ἡμίσεες. Dimidia pars hypaspistarum una in navi transire non potuit. Videtur potius in quatuor naves divisa, quarum primae rex ipse, secundae Ptolemaeus, tertiae et quartae Perdiccas et Lysimachus praesent. *Schmiederus.*

2. τοὺς ἀεὶ ἐκβαίνοντας subinde exscendentes. *Raphelius.*

ἢ δὴ καὶ μᾶλλον quo etiam magis. ἢ quocirca, ex quo. Vulcanius videtur legisse. *Raphelius.* Perit quod vel addidit vel additurus erat. Vulcanius vertit: quae vel ideo minus insula esse videtur: ex quibus ego eum aliud quid legisse non conjecerim.

οὐ πολλῷ ὕδατι —, quod eam exigua aqua ex fluvio derivata ab reliqua continenti separaret. *Gronovius.* Duae igitur fuerunt caussae erroris Alexandri, magnitudo insulae tanta ut continentis speciem referret, et aquae spatium angustius quam ut ex longinquo cerni posset. *Raphelius.*

3. ὁ ὄμβρος — imber et largus et in multam noctem durans. *Raphelius.*

δέος ἦν — δεῖσαν. Δέος (ἔστι) αὐτῷ 5, 26, 3, Ar. Eccl. 650, Dem. 1, 3, 9, 6. Contra οὐπω δέος εἰς ἀλίβαντα καταπεσῖν αὐτόν Soph. fragm. 751. cf. ad 3, 24, 2.

ὑπερίσχειν τοῦ ποταμοῦ eminere fluvio, exstare ex eo. *Raphelius.*

4. ἐπεράτο. Scribendum ἐπιέρατο. Ejus generis multa etiam nunc corrigenda supersunt in Xenophontis aliorumque scriptorum libris, ut in Occ. 7, 10 scribendum ἐπιεθάρσεντο sive malis ἐπιεθάρσεντο. Item Hell. 7, 2, 6 καταλείπειτο, ubi vulgo κατελείπειτο. *Pflugkius.*

καὶ τῶν ἄλλων ἱππαρχιῶν et reliquarum turmarum optimos quosque delectos. Vulcanius videtur legisse ἱππαρχῶν ab ἱππαρχῆς. *Raphelius.*

ἦν ἐκάστοις. Sic legitur in editis omnibus, sed nihili hoc est. Ewendavi ὡς ἐκάστοις, ut jam scripsit auctor 1, 28, 3. *Schmiederus.*

αἱ ἡγεμονίαι. V. 1, 14, 6. *Raphelius.*

τοὺς ἄλλους ὑπασπιστάς. Intelligo Cliti et Coeni taxin, utramque proprie pezhetaeris adscriptam, qui omnibus reliquis in Arriano locis ab

hypaspistis distinguuntur, ut etiam c. 12, 2. V. not. ad l. 1, 11. Pezbetaeron erant sex agmina, quorum duo cum Alexandro ibant, duo Cratero in castris relicta erant c. 11, 3. Reliqua duo praesidiis consumta videntur. *Schmiederus*.

κατὰ δὲ τὰ ἄκρα. Puto ἄκρον hic intelligi eo sensu quo apud Thuc. Graecus enarrator exponit: καλεῖται ἄκρον ἢ ἀρχὴ τοῦ σίχου. Sunt ergo τὰ ἄκρα τῆς γάλαγγος ἐκατέρωθεν extremitates phalangis ab utroque latere. Eodem modo Schefferus ad Mauricii Strategicum 1, 1 p. 413 ἄκρα πάξως, inquit, seu παρατόξως sunt anguli extremi aciei a dextra sinistraque ejus parte, ad quos stare plagiophylaces solebant, incursionis a lateribus praecavendi caussa. Leo sic interpretatur: τὰ ἄκρα, inquit, ἦγουν τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ τῆς παρατόξως. Partes dextras sinistrasque intellegit. *Raphelius*. Quam explicationem probat vox adjecta ἐκατέρωθεν. Aliis locis Arrianus dicere solet ἐκατέρωθεν τῆς γάλαγγος προτετάχατο. *Schmiederus*.

C. 14.

2. κατὰ τὴν θυγὴν ad fugam, propter fugam, ut fugientes statim insequi posset. *Raphelius*. Cur non: in fuga, fugientibus.

ἐν τῷ ἔργῳ dum pugnaretur. Sed ἐν abesse malim. cf. 5, 18, 1.

ὡς πλείονα quippe majore inter fugiendum caede facta. *Raphelius*. Proxima fortasse corrupta sunt.

3. πρὶν τὰ ὕστερον — priusquam ultimum ex insula illa parva trajiceret. Bis enim trajecit Alexander, semel ex citiore ripa, iterum ex insula illa in quam inciderat. Supra c. 13, 3 et h. c. 6: περᾶσαντα Ἀλέξανδρον καὶ τὸν ἐκ τῆς νήσου τὸν τελευταῖον πόρον. *Raphelius*.

ἐκ τῆς νήσου τῆς μικρᾶς. Ultimas voces nescio utrum pro errore auctoris an pro glossmate habere debeam. Nam c. 13, 2 vocaverat hanc insulam μεγάλην, ἣ δὲ καὶ μᾶλλον νήσος οὐσα ἐλαθεν; non μικράν. Sic vocaverat insulam primam, praeter quam naves praetervehebantur. Igitur voces eas uncis inclusi. *Schmiederus*. In Addendis idem: „Forté legendum τῆς μακρᾶς.“ Librorum scripturam defendebat Sintenis in cens. priori p. 4139. Aliter judicat in altera cens. p. 157: alteram quam Arrianus insulam dicat nihil aliud fuisse nisi agrum late patentem, quem annis se junxisset (ein sich weit hin erstreckendes Stück Land, das der Fluss abgeschnitten hatte). Hoc significari verbis 13, 2: οὐ πολλῶ δὲ ὕδατι πρὸς τοῦ ποταμοῦ ἀποτεμνομένην ἀπὸ τῆς γῆς. Quod si, ut arbitrat, verum sit, Arrianum hunc agrum, quem improprie tamen proprie νήσον appellaverit (das er uneigentlich doch wieder eigentlich νήσος genannt hatte, cl. Ind. 22, 7: νήσον ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντες πρὸ τοῦ πελάγους οὕτω τι τῷ αἰγιαλῷ συναγέα ὥστε ἐκλάσαι ἐν διώρυγα εἶναι τὸ μέσον τοῦ τε αἰγιαλοῦ καὶ τῆς νήσου), recte hic νήσον late patentem dicere atque scribere potuisse. Videtur dicere operosius quod Schmiederum sponte intellectum iri putasse arbitror: magnam fuisse insulam propter longitudinem ideoque longam hic dici quae ante magna sit dicta.

4 Βουκεφάλλαν. Haec scriptura verior est. Nam sic etiam Strabo 15, 1 p. 698, Plut. Alex. 6. 44. 61, Curt. 6, 5, 18, Gell. 5, 2. Bucephalon vocant Plin. 8, 64 Bip. et Solin. 43.

6. ἂ δὲ ὡς μὲν ἐπὶ κατασκοπὴν —. Habuit aut habere potuit Arrianus in animo illud Xenophonitjs extremo l. 6 Hist. Graecae: ἰδίην μὲν

οὐδὲν ἦτον ὀλίγοι τῶν πολλῶν ἱκανοί· καὶ εἰ δεοὶ ἀποχωρεῖν, πολὺ ῥᾶν τοῖς ὀλίγοις ἢ τοῖς πολλοῖς καὶ ὁδοῦ εὐπόρου τυχεῖν καὶ καθ' ἡσυχίαν ἀποχωρῆσαι. τὸ δὲ πολλοὺς τε προσεγγεῖν καὶ ἦτονας τῶν ἐναντίων πῶς οὐ πολλὴ ἀφροσύνη; Freinshem. ad Curt. 8, 14, 2. *Raphelius*.

πολλά nimis multi. *Freinshemius* l. l. Cf. Gr. 49, 1.

C. 15.

1. ἀντῷ α Πορο. *Schmiederus*.

ἐπὶ μετώπου, quod conieceram, a Par. C confirmatum, etiam Arrianus constanter. v. cf. 2, 9, 4, 3, 12, 1, 5, 15, 5 bis.

3. ἐς τὸ καρτερώτατον maximis viribus. Xenoph. Cyr. 4, 2, 21: κατὰ τὸ καρτερόν totis viribus. Sic paulo post § 4 τὸ καρτερώτατον τῶν Μακεδόνων. *Raphelius*. Haec verba emendationem meam confirmant.

4. ὃ τιπερ ὄφελος. Sic 2, 7, 6. *Raphelius*.

5. πρώτους μὲν τοὺς ἐλέφαντας. Eodem modo a Carthaginiensibus aciem instructam narrat Polyb. 1, 33. *Raphelius*.

7. ὑπὲρ τοὺς ἐλέφαντας. Alia peditum agmina quaedam super vel ultra latitudinem ordinis vel spatii elephantorum collocarat. *Gronovius*.

C. 16.

1. ἐπέστησε τοὺς ἱππέας τοῦ πρόσω. Sensus est: equites in persequendis hostibus occupatos consistere jubet, quo facilius et tutius paulatim advenientes pedites accedere possint, in aciem pedestrem constituendi. *Schmiederus*. Similiter εἶργυν τοῦ πρόσω 1, 1, 6.

3. ἐπὶ τὸ δεξιόν. sc. Pori, quia et ibi equites collocati erant c. 15, 7. *Schmiederus*.

κελεύσας — κατόπιν ἔχεσθαι. Statuit Alexander in sinistrum cornu ex obliquo invehī, eo consilio ut hostium aciem in latus circummagi et in se converti cogeret. Quo facto facile apparet Coenum, qui contra dextrum cornu missus erat, ab ea parte terga ipsorum urgere potuisse. v.

4. *Raphelius*. Explico et verto: jubens, si barbari conspecto equitum agmine, quod ipsis in laevo cornu, a latere, Alexandro ducente instabat, equitatum contra Alexandrum a dextro in laevum transducerent, Alexandrum excepturi, ut ipse Coenus etiam in laevum hostium cornu transeat et in tergis equitum haereat. cf. c. 6, 1. *Schmiederus*.

τῶν πεζῶν δὲ —. Latera phalangis firmabant sagittarii et Agriani jaculatores, qui maxime contra elephantos utiles erant. *Schmiederus*.

πρὶν — ἴδωσιν. Gr. § 54, 17 ann. 3.

4. ἔτι τεταραγμένοις adhuc perturbatos circumagenda acie contra Alexandrum a latere adveniantem. *Raphelius*.

πρὶν ἐπὶ γάλαγος — antequam ipsorum equitatus in phalangem constitueretur, h. e. antequam equites mutata acie adversa ora obverterent a latere irruenti Alexandro. Phalanx enim hoc loco aciem notat recta fronte hosti oppositam, cornu autem quam hostis ex obliquo invadit. V. not. ad 1, 6, 10. Ita apud Xenoph. Cyr. 3, 5, 15 ἐκ κέρατος εἰς γάλαγγα κατασιῆσαι. et 7, 1, 7 dicuntur κέρατα στρέφεσθαι ὡς εἰς γάλαγγα. *Raphelius*.

C. 17.

1. ἀμγίστομον. Ἀμγίστομος γάλαγξ hoc loco est quae et a fronte et a tergo adversus hostem incurrentem dirigitur: quam quidem Aelianus tradit ἀντίστομον appellari, ἀμγίστομον autem quae ab utroque latere dimittat c. 39: διαφέρει δὲ ἡ ἀμγίστομος γάλαγξ κατὰ τοῦτο τῆς ἀντίστομον, ὅτι ἡ μὲν ἀντίστομος ἐξ ἄκρων ἔχει τὰς μάχας. ἡ δὲ ἀμγίστομος ἐκ πλαγίων, differt autem opposita phalanx in hoc a bifronti quod bifrons ad extremitates pugnat, opposita autem ad latera. Sed hoc discrimen a scriptoribus non servari tum ex hoc loco apparet, tum ex Polyb. 2, 28, 6. In utraque aciei forma qui mediū stant opposita habent terga. V. supra 3, 12, 1. *Raphelius*.

τὴν πολλὴν τε καὶ κρατίστην. τῆς πολλῆς τε καὶ κρατίστης rectius legeris.

2. κατηράχθησαν. v. ad Thuc. 7, 6, 3. Adde Plut. Sert. 19 et Caes. 44.

ὡσπερ εἰς τεῖχος τι φίλιον τοὺς ἐλέφαντας. Gr. 68, 8.

3. οἱ ἐπιβάται. Librorum scripturam defendit Sintenis: mox dici ἡγεμόνας τῶν ἐλεφάντων § 5 nec raro legi ἐπιστάτας, veluti apud Plut. de Sol. anim. l. 10 p. 36 Reisk. De re conferendum esse Aelianum H. Anim. 13, 9; ex conjectura mea falsam esse sententiam, quum non ἐπιβάται sed ἐπιστάται elephantos rlexerint. Miror tamen Plut. Pyrrh. 33: ἀπορρέντα τὸν ἐπιβάτην ὑπὸ τραυμάτων ζητῶν ἀναλαβεῖν. Sed cf. Schaefer. ad Plut. 5 p. 91 s. et nunc Sintenim ad l. l.

περισταδόν. v. ann. ad Thuc. 7, 81, 5. cf. Dion. C. 41, 60, 43, 37.

τοῖς πεζοῖς ἰδόντες ξυνεσσηκὸς τὸ ἔργον videntes peditatum in medio pugnae fervore esse [non cedentem hostibus], unde si rursus nunc ipsi quoque excurrentes animum resumerent, sperabant communi ejusdem temporis invasione rem profligari posse. *Gronovius*.

5. ἐν ταῖς ἐπιστροφαῖς. Ἐπιστροφή conversio, circumactio, ὠθισμός propulsio. Regrediendo suos, progrediendo hostes proculcabant. Erat enim anceps pugna nunc sequentium, nunc fugientium elephantos, Curt. 8, 14, 28. *Raphelius*.

τῶν τε οὖν ἰππέων — πολὺς φόνος ἐγίγνετο itaque et equitum magna strages edebatur. *Raphelius*.

ἐρημίας. Vereor ne Arrianus ἐρημῖα scripserit. cf. 3, 28, 9 et 4, 3, 5. Thuc. 6, 102, 2: ἐρημῖα ἀνδρῶν περιγενέσθαι.

6. ἄτε ἐν ἐδρυχωρίᾳ — utpote et in spatioso loco et pro lubitu suo irruentes in belluas. *Raphelius*.

αἱ πρόμυαν χροσόμεναι. De hoc loquendi genere supra ad 5, 7, 3; estque navim non conversam retro agere versus puppim remigando, uti exponit interpres Thucydidis verbis supra citatis, quibus addit: *τοῦτο δὲ ποιοῦσιν ἵνα μὴ δόξωσιν γανερῶς γεύγων, οὕτω καὶ ὀλίγον ὑπαπιόντες, ἢ ἵνα μὴ τὰ νῶτα τοῖς πολεμίοις δόντες ῥῆρον τιρώσωνται. Raphaelius.*

ξύνασπίσαντες. v. Tact. c. 17. *Raphaelius.*

ἐσήμηνε signo dato jussit. cf. 1, 6, 2. 8, 3 et Gr. 55, 3 ann. 13.

C. 18.

2. ἐλήθησαν δὲ καί. Etiam de hominibus captis aliquid additum fuisse ex καί particula apparet. Cf. Diod. 17, 89: ἐπεσον δ' ἐν τῇ μάχῃ τῶν Ἰνδῶν πλείους τῶν μυριάων καὶ διαχιλίων, ἐν οἷς ὑπῆρχον καὶ δύο υἱοὶ τοῦ Πύρου καὶ οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ ἐπιφανέστατοι τῶν ἡγεμόνων. ζῶντες δὲ ἄνδρες ἐάλωσαν ὑπὲρ τοὺς ἑννακισχιλίους, ἐλέγαντες δὲ ὀδοδύκοντα.

3. τῶν δ' ἀμφ' Ἀλέξανδρον. Macedonum Diodoro 17, 89 auctore caesi sunt peditum supra 700, equitum 280. Descriptio pugnae ea non est ut omnes eventus atque agminum motus accurate perspicere liceat. De CCC curribus nihil audimus, nisi in fine descriptionis concisos fuisse omnes, quod, ut tradit Diod. c. 88, statim initio proelii factum est. Describitur praecipue equitum et elephantorum conflictus. Robur enim Alexandri erant equites, Porī elephantī, quorum igitur res gestas tanquam caput proelii auctor diligentius narravit. Octava a principio hora pugnam finitam tradere videtur Plut. Alex. 60. In multum diei certamen extractum tradit et Curt. 8, 14, 28. *Schmiederus.* Operae pretium erit contulisse quae ὁ τῆς μάχης ποιητῆς αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς εἶρηκε, tradita a Plutarcho l. 1.

4. λυπηρὸς πεπλανημένους [Vulcanius:] saucios errare. Immo tristes, agnoscentes quasi cladem suam, ut Florus ait: summissis cervicibus cum sensu captivitatis imminētis. *Gronovius.* Modo λυπηρὸς hoc significaret; neque tamen certum praestiterim quod edidi, *καματηρὸς* praefrens.

ἦρκει. Dubito an ἦρκεν suadeam. Nam facilius hic feram verbum paene poeticum quam vulgare significatione poetis propria assumptum.

τὴν ἁρμονίαν. Thoracum harmonia dicitur qua apte sedent atque congruunt cuiusque corpori, neque in ipso usu gestantibus sunt molesti, sive quis curvetur sive erigatur seu in quacumque aliam partem sese flectat. Exstat Socratis hac de re disputatio cum quodam thoracum fabro Memorab. 3, 10, 9 ss., ubi quae ejusmodi thoracum sit commoditas ita exponit § 13: ἦτιον, ἐψη, τῷ βάρει πιέζουσιν οἱ ἁρμότιοντες τῶν ἀναρμόσιων τὸν αὐτὸν σταθμὸν ἔχοντες. οἱ μὲν γὰρ ἀνάρμοστοι ἢ ὄλοι ἐκ τῶν ἄμων κρεμάμενοι ἢ καὶ ἄλλο τι τοῦ σώματος σφόδρα πιέζοντες δύσφοροι καὶ χαλεποὶ γίνονται· οἱ δὲ ἁρμότιοντες διειλημμένοι τὸ βάρος τὸ μὲν ὑπὸ τῶν κλειδῶν καὶ ἐπωμίδων, τὸ δὲ ὑπὸ τῶν ἄμων, τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ στήθους, τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ νώτου, τὸ δὲ ὑπὸ τῆς γαστρὸς ὀλίγου δειν οὐ φορῆματι ἀλλὰ προσδήματι ζοῦκασιν. *Raphaelius.*

θεωμένοις. Quamquam ferri potest, hic tamen articulum additum malim.

7. ἀνήγετο. v. ad 7, 11, 5.

καὶ ἄν — [ἄν]. Alterum ἄν damnat etiam Sintenis in cens. alt p. 138 cl. Ind. 11, 11 [?] et Herod. 4, 118: καὶ ἄν ἐδήλου.

8. ἄγειν. Hoc verbum ad Meroem refertur, cum superiora ἐπιε et ἀνέψυξεν ad Porem pertineant. Cui simile exemplum est apud Lucam 9, 39, ad quem locum et aliud ex Xenophonte annotavimus. *Raphelius*.

C. 19.

1. προσιππεύσας. προιππεύσας merito etiam Sinteni placuit.

ὑπὲρ πέντε πήχεις. Ὑπὲρ praepositionem, cui μάλιστα quodammodo repugnat, abesse malim. cl. Diod. 17, 88: τὸ γὰρ μήκος ἦν πηχῶν πέντε. et praecipue Plut. Alex. 60: οἱ πλείστοι τῶν συγγραφέων ὁμολογοῦσι τὸν Πῶρον ὑπεραίροντα τεσσάρων πηχῶν σπιθαμῇ τὸ μήκος ἵππίου μηδὲν ἀποδεῖν πρὸς τὸν ἐλέγαντα συμμετρίᾳ διὰ τὸ μέγεθος καὶ τὸν ὄγκον τοῦ σώματος.

ἀλλ' ὡσπερ ἄν ἀνὴρ — sed tanquam vir generosus ad vim generosum accederet de regno suo adversus alium regem fortiter proeliat. Προσερχεσθαι hic congressum familiarem, non hostilem notat. *Raphelius*.

2. βασιλικῶς. cf. Plut. Alex. 60 et de fort. Alex. 1, 11.

3. πλείονα. cf. c. 20, 2 — 4 et 29, 2, ubi regionem usque ad Hyphasin Pori regno adjectam affirmat, et 6, 2, 1, ubi gentes septem numerantur et urbium duo millia Poro subjecta. Strabo p. 472 [15, 1 p. 686] gentium numerat novem et urbium, quarum nullam Co Meropide fuisse minorem, quinque millia; quem numerum ipse tamen p. 482 [15, 1 p. 700 s.] vero majorem suspicatur. [Eadem Plin. 6, 21 Bip.] Plut. Alex. 60 gentium adeo numerat quindecim et praeter millia quinque urbium pagos innumeros. *Schmiederus*.

4. τὴν μὲν Νικαίαν. Si Ptolemaeum sequimur, in dextra ripa Bucephalam posuit, Nicaeam in sinistra, licet hujus nullam mentionem fecerit. Et quia praelium trans Hydaspem commissum fuit in Pori regno, probabilis est Nicaeam in loco victoriae fuisse conditam, hoc est in ripa fluminis orientali. *Cellarius* orbis ant. t. 2 p. 865. cf. Diod. 17, 89: ἔκτισε δὲ δύο πόλεις τὴν μὲν πέραν τοῦ ποταμοῦ καθ' ὃν τόπον αὐτὸς διέβη, τὴν δ' ἄλλην ἐν ᾧ τόπῳ τὸν Πῶρον ἐνίκησε. cf. c. 95. Strabo 15, 1 p. 698.

Βουκέφαλα. Legendum necessario *Βουκέφαλα* omisso ν ex verbis quae finiunt hunc librum et validissime de Arriani manu decidunt, τῶν πόλεων τῆς τε Νικαίας καὶ τῶν Βουκεφάλων, qui genitivus plane manifestat nominativum. Stephanus et alii auctores in hac appellatione exigi nequeunt ad Arrianum, quum historia Alexandri ab infinitis fuerit conscripta et sciri nequeat quem tunc maxime ante oculos Stephanus habuerit, quum ab eo vel βοὸς κεφαλαί vel βουκεφάλεια traderentur. *Uronovius*. Adde Hist. an. Aeliani 16, 3. *Schmiederus*. Quum Stephanus et Hesychius *Βουκεφάλειαν* habeant, Salmas. ad Solin. p. 627, b apud Strabonem 15, 1 p. 698 mendose *Βουκεφάλαν* scribi arbitratur. Sed ita etiam Plut. Alex. 61. Bucephalam dicunt Curt. 9, 3, 23 et Solin. 45. Bucephalen Just. 12, 8, 8. Bucephalon Gell. 5, 2. ἡ Βουκέφαλος Ἀλεξάνδρεια Arrian. Peripl. m. Erythr. 3, 21.

ὑπὸ καμᾶτου — aetate simul et labore aeger factus. *Faciis*.

Mire Gronovius vulgarem scripturam defendit: *καύματος*, inquit, optime equo convenit causamque subitae mortis designat, ut prae aestu defecerit. Qui quem aestum dicat non assequor. Ceterum Arrianus in hac narratione, quod mireris, Onesicritum secutus est. Plut. Alex. 61: *ἐκ δὲ τῆς πρὸς Πῶρον μάχης καὶ ὁ Βουκειάλας ἐλευθήσεν, οὐκ εὐθὺς ἀλλ' ὕστερον, ὡς οἱ πλείστοι λέγουσιν, ὑπὸ τραυμάτων θεραπευόμενος, ὡς δ' Ὀνησίκριτος, διὰ γῆρας ὑπέρπυτος γενόμενος τριάκοντα γὰρ ἐτῶν ἀποθανεῖν αὐτόν.* Horum illud *ὑπέρπυτος γενόμενος* ita defendit verba *καυματῆρος γενόμενος*, ut suspicionis me poeniteat, quamquam ea minus apte posita puto. Videntur autem significare laboribus ferendis idoneum fuisse equum, tametsi Plutarchus potius laboribus confectum dicit.

5. *τριάκοντα ἐτη*. Hunc equum non domare potuit Alexander nisi annum aetatis XVI agens. Quum vero nunc ageret vigesimum nonum, habuit equum per 13 annos. Ergo equus quo tempore emebatur 17 jam annos natus erat. Cui hoc verosimile est? Sed eundem annorum numerum prodit etiam Plut. Alex. 61. *Schmiederus*. Scilicet ille quoque Onesicrito fidem habuit. Plura de hoc equo v. ll. ad 5, 14, 4 et 19, 4 laudatis.

βουὸς κεφαλῇ ἐγκεχαραγμένη. Strabo 15, 1 p. 698: *ἐκαλεῖτο δὲ βουκειάλας ἀπὸ τοῦ πλάτους τοῦ μετώπου*. Plin. 8, 64: Bucephalon eum vocarunt sive ab adspectu torvo sive ab insigni taurini capitis armo impressi seu (ut Solin. 45 addit) quod de fronte ejus quaedam corniculorum protuberabant minae.

6. *ἐν τῇ Οὐξίλων γῶρα*. In Hyrcania rem factam tradit Plut. Alex. 44, in Mardis vicinis Diod. 17, 76 et Curt. 6, 5, 18.

τόσος δέ. τοσόσδε δέ hic et 6, 27, 5 suasi, quod his emendatis Arrianus in his libris nusquam *τόσος* pro *τοσόσδε* vel *τοσόστος* dixisse reperitur.

C. 20.

2. *Γλαυγανίκαι*. Si quis me forte negligentiore arguit in vera scriptura nominum propriorum indaganda vel saltem eorum diversitate indicanda: eum hoc loco monitum velim ut cogitet me id facere ipsius Arriani exemplo, in quo equidem meae negligentiae satis praesidii esse arbitror. Quem auctorem, vere dicam, hoc libentius sequor quod ea res tota minus me delectat. Neque mihi aliud quidquam in his annotationibus est propositum quam verborum vi explicata scriptoris sententiam patefacere, sicubi ea forte videri queat non omnibus aequae obvia, adolescentibus imprimis, in quorum gratiam haec omnis a me suscepta est opera. *Raphelius*. Glauganicarum vel Glausarum nomen apud neminem veterum repetitum vidi. Diligens Cellarius eorum nomen praeteriit; Dauville p. 27 plura quam quae in nostro leguntur ignorat. *Schmiederus*.

4. *ὀλιγοστοί*. Immo *ὀλίγιστοι*. De re cf. ann. ad 5, 19, 3.

καὶ Ταξιλή δέ, neque solum hoc in Pori gratiam fecit, sed etiam.

διαλλάττει firmata per affinitatem gratia, ut ait Curt. 9, 3, 22. *Schmiederus*.

6. *παρὰ τῶν αὐτονομῶν*. Intelligit quasdam gentes ad Hydraotem, non nominatas, ut patet ex c. s., ubi etiam de Poro altero agitur. *Schmiederus*.

7. Θρηῆκας, relictos forte ad expeditionem in Mardos 4, 18, 2. *Schmiederus.*

καὶ ἀπεκτονότες. καὶ dele cum Sinteni, ortum, ut videtur, ex altera scriptura κατεκτονότες.

Φίλιππον. Idem esse videtur quem 4, 28, 6 Peucelis urbi Assacenorum praefecerat. Tyriaspas vero est satrapa Parapamisadarum. *Schmiederus.*

8. καχλάζειν resonare. Dici proprie volunt de strepitu aquarum. *Raphelius.* Cf. Diod. 3, 44.

9. καὶ γὰρ καὶ — nam et Acesinis existimo elegisse Alexandrum eam partem. Ex Acesinis latitudine ait conjici posse a veritate non abhorreere quae de Indo narrentur. *Raphelius.*

ὡς σχολαιτέρω — ut clementiore uteretur alveo sive cursu. *Raphelius.*

C. 21.

1. στρατιᾶς. pendet ex διαβάσεως.

2. τούτους δέ v. ad 3, 21, 5.

Πῶρον τὸν ἕτερον, ὃς ἦν ἀνεψιὸς τοῦ ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἀλότος, καλοῦσι δὲ Γανδαρίδα τὴν ὑπὸ τούτῳ χώραν. Strabo 15, 1 p. 699. cf. Diod. 17, 91, qui eum in Gandaridas fugisse tradit.

3. ξυνειστήκειν. pro ξυνειστήκει. Utuntur enim Attici in plusquamperf. primis personis pro tertiis, ἐπιτόθειν pro ἐπιτόγει. Corinthus de dialectis § 58. *Raphelius.* Fortasse ξυνειστηχέναι. *Pflugk.* Par. CD ξυνειστήκει.

4. ὅσην δὲ τῆς χώρας — quantum regionis usque ad Hydraoten abiit sive peragravit. *Raphelius.* Cf. ann. ad 1, 9, 9.

Κράτερον. Craterus ad urbes condendas relictus erat c. 20, 2; Coenus ad Acesinem ut eorum transitum curaret qui ad necessaria comparanda missi erant 21, 1. *Schmiederus.*

5. καὶ ταῦτα προσαγαγόμενον — etiam has in potestatem redactas Poro gubernandas tradat. *Raphelius.*

ἦδη δὲ τινας. cf. ann. ad 3, 4, 4. Sed ante ἦδη colo, post ἀπαντήσαντας commate interstinguendum est. cf. 6, 4, 2.

C. 22.

1. Καθαίους. Et hos fuisse ex numero Indorum liberorum ex Graeco clarius apparet quam ex Latino. *Raphelius.* Strabo 15 p. 481 [699]: καὶ τὴν Καθίαν (sic scribit) δὲ νινεὶς τὴν Σωπείδους τῶν νομαρχῶν νινος κατὰ τὴνδε τὴν μεσοποταμίαν (inter Hydaspem et Acesinem) πιδέασιν. ἄλλοι δὲ καὶ τοῦ Ἀχισίβου πέραν καὶ τοῦ Ὑραῦδος ὄμορον τῆ τοῦ Πῶρου τοῦ ἑτέρου.

Inter hos est noster. Male tamen Strabo Sopithae regnum cum regno Cathaeorum unum idemque censet. Cathaei h. l. a nostro aperte Indis *αὐτονόμοις* accensentur et Sopithes memoratur 6, 2, 2. *Schmiederus*. Nunc apud Strabonem *Κάθαιαν* editum legitur. cf. Diod. 17, 91.

2 *πρὸς ἤν*. Corrigendum *πρὸς ἦ*. Nam alterum hoc quidem loco nimis ambiguae est sententiae. *Pflugkius*.

καὶ τοῦτοις κατὰ τὰ αὐτά. Oxydracas aequae bellicosos ac Mallos dicit. *Raphelius*. Non dicit auctor Oxydracas et Mallos conspirasse cum Cathaeis [ut Facius et Vulcanius acceperunt], a quibus nimis longe aberant. Alexander quidem etiam cum Mallis et Oxydracis bellum, sed multo serius gessit. v. l. 6, 4 et ss. Vult potissimum auctor eos, quod ad vires et potentiam armorum, Cathaeis a reliquis Indis posthabitos non esse. Verte igitur cum Gronovio: et his Cathaeis per eadem, in armis, pares censebantur Oxydracae. *Schmiederus*.

Ὀξυδράκαι — Μαλλοί, μεγάλα ἔθνη dicit Strabo 15, 1 p. 701. Plin. 12, 12: in Sydracis, expeditionum Alexandri termino.

ἐπεὶ καὶ — siquidem etiam paulo ante. Exemplo declaratur ipsorum virtus bellica. *Raphelius*.

3. *Ἀδραῖσται*. A Diod. 17, 91 *Ἀδρησται*, ab Orosio et Justino [12, 8] Adrestae vel Adraestae vocantur. *Schmiederus*.

4. *οἱ ἄλλοι πρόσχωροι αὐτοῖς*. Scribendum *οἱ ἄλλοι οἱ πρόσχωροι αὐτοῖς*. *Pflugkius*. Probo, alterum articulum minus desideraturus, si *αὐτοῖς* abesset.

προβεβλήσθαι τῶν ἀμαξῶν ediderunt, quum vetusti habeant *πρὸ τῶν ἀμαξῶν*, ut 2, 19, 5. *Gronovius* ad 5, 11, 4. Verte: ita ut triplex curruum vallum pro castris projectum esset. Confirmatur hoc principio capitis sequentis et apparet vetustorum codd. lectionem a Gronovio notatam nihili esse. *Schmiederus*. Quamquam eam utcunque defendi posse video, nunc tamen probabilior videtur Schmiederi ratio.

5. *πρὸς τὰ παρόντα* pro praesenti rerum statu. *Raphelius*.

παρετάσσετο adversus eos aciem instruebat. Ex iis enim quae sequuntur satis perspicuum est non castris locandis sed aciei ordinandae Alexandrum tunc intentum fuisse. *Raphelius*.

ξυνεχθῆναι. Quum in ipsa ordinatione accedant nonnullae copiae [§ 7], videtur nunc eas expectavisse, ut cavere voluerit ne nocere possent invadendo et incurrendo Indi, antequam copia omnis esset conjuncta in unum, h. e. *ξυνεχθῆναι*. *Gronovius*. At hoc non patitur verbi usus; atque prudentius quam *Schmiederus*, *Raphelius* Gronovii rationem silentio damnavit.

6. *Περδίκκας τε*. Recte *τέ* particulam delet Sintenis in cens. alt. p. 158.

τὸ χωρὶον deleam. cf. ann. ad Xen. An. 3, 4, 20.

C. 23.

2. *ἐγεστικότες* [cum] curribus insisterent. Unde *ἀπὸ τούτων*, ab iis depulsi dicuntur. *Raphelius*.

ἐν ᾧ — dum et primos currus submovebant et per interstitia illorum, prout quisque poterat, inordinate irrumpebant. Ἐν ᾧ non significat interea, sed dum, ut 2. 20, 4 et 6, 12, 1, in quibus locis interea dum quidem, non autem interea solum verti potest. Hoc autem loco caussa exponitur cur Macedones non acque in hostes atque antea irruere potuerint. *Raphelius.*

3. ἐπὶ τῶν τρίτων in tertio curruum ordine. *Raphelius.*

κατεκλείσθησαν. Significatione media: se ipsi includebant. *Schmiederus.* Ita ut interpretaretur effecit *φυγῆ* dativus, quo nusquam Arrianum sic usum nemini, ut verear ne vel *φυγόντες* legendum sit vel participium exciderit.

περιβαλεῖν. Fortasse *περιλαβεῖν.* *Pflugkius.* Placet.

5. ἡ λίμνη. Te quidem video cum Ellendtio addendum articulum ante λίμνη censuisse. Mihi λίμνη delendum videbatur. Genus loquendi Thucydideum, nisi fallor. *Pflugkius.* Sed ἡ habet C.

6. χάρακι τε δ' ἀπὸ. Vallum e palis constans intelligitur, ut apparet ex principio capitis sequentis. *Schmiederus.*

7. ἀποστατήσω. ἀποχωρισθῶ. Ἀρριανός' ἀποστατήσω οὐδὲ ἐγὼ τοῦ ἔργου. καὶ αὐθις' οὐκ ἔστιν ὅσπερ ἀποστατήσας τοῦ τείχους ἐλέγετο. Suidas in v.

C. 24.

1. ὡς πλείστας quam plurimos. *Raphelius.*

ἵνα πολλὰ ἐν νυκτὶ τὰ ἄπορα γαίνηται. His verbis confirmatur quod in Xenoph. Anab. 2, 3, 13 defendi: ἵνα πολλὰ τὰ ἄπορα γαίνονται.

καὶ τοῦ χάρακος — Haec non de aggere et vallo terrestri sed de ligneis vallis sunt intelligenda. Verte: et quod erat vallorum jam caesum, at nondum in terram depactum connecti inter se et flecti ordinatim hic et illic jussit. Supra 4, 29, 7: ὑπὸ δὲ τὴν ἔω παραγγέλλει στρατιῶν ἑκάστῳ κόπτειν χάρακας ἑκατὸν καὶ ἄνθρα' καὶ οὗτοι κεκομμένοι ἦσαν καὶ αὐτὸς ἐχώννεν. Est autem constructio qualis solet adhiberi in verbis abundantiam exprimentibus, ut subintelligatur aliquod nomen unde pendeat genitivus: alias facili negotio potes suspicari καὶ τοῖς χάρακας τοὺς κεκομμένους τε καὶ καταπηθέντας. Sed non necesse, quum paulo post ὁ χάραξ ἐν μισθῷ καταβεβλημένος. Non potest hoc accipi de munitione terrea. Unde etiam Livius maluit uti singulari 33, 5: milites per agros dispersos vallum caedere et parare jubet. *Gronov.*

2. ἀμφὶ τετάρτην φυλακὴν. Hic locus egregie confirmare videtur quod Suidam in *προφυλακῇ* [adde eundem in *φυλακῇ*] secutus Ideler in *Handb. d. Chron. t. 1 p. 231* tradit, pariter apud Graecos atque apud Romanos quattuor fuisse vigilias. Proinde falsum esset quod ego ad Xenoph. Anab. 4, 1, 5 alios auctores secutus statui, apud Graecos tantum tres fuisse. At vero meminisse oportet Arrianum et Suidam, qui Romanorum imperio vixerint, Romanorum rationem sequi potuisse. etiamsi apud Graecos alia obtinisset. Atque revera ita factum esse eo probatur quod apud Xenophontem et Polybium ceterosque harum aetatum scriptores, quod equidem meminere, nunquam *τετάρτην φυλακὴν* memoratam legimus.

τὸν ἐπ' αὐταῖς post eas constitutum. *Raphelius.*

3. τοὺς ἀεὶ ἐκπίπτοντας subinde pervadentes sive penetrantes per currus. Eandem vim habet ἐκπίπτειν [nunc διεκπίπτειν] 3, 15, 3. *Raphelius*. Cf. Xenoph. Anab. 5, 2, 18.

4. Πῶρος, v. c. 21, 2. *Schmiederus*.

πρὶν καὶ κατασεισθῆναι τι. Particulae καὶ et τί augent sententiam: ne ulla quidem muri parta quassata urbem captam fuisse. *Raphelius*.

5. τραυματίας δὲ — vulnerati non fuerunt [fuerunt non] pro numero occisorum: quum tam pauci fuerint occisi, non etiam pro paucitate istorum fuerunt vulnerati. *Gronovius*.

6. τὸν γραμματία. Corn. Nep. in Eum. 1, 5: Philippus eum habuit ad manum scribae loco: quod multo apud Graecos honorificentius est quam apud Romanos. Nam apud nos revera, sicut sunt, mercenarii scribae existimantur: at apud illos contrario nemo ad id officium admittitur nisi honesto loco et fide et industria cognita, quod necesse est omnium consiliorum eum esse participem. Hunc locum tenuit amicitiae apud Philippum annos septem. Illo interfecto eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim. *Raphelius*. Ἀρχιγραμματία dicit Plut. Eum. 1, ubi plura de viro clarissimo.

φράσσοντας, φράσσοντα cur maluerim manifestum est.

ὑπομένουσι manentibus neque urbes deserentibus. *Raphelius*.

γενέσθαι. Repete χαλεπὸν τι.

7. κατὰ τὴν ἀποχώρησιν in fuga. *Raphelius*.

οὗτοι ἐγκαταλειφθέντες, οὗτοι γε vel δὲ ἐγκ. conjicit Sintenis; ego δὲ probo.

8. ὡς δὲ ἀπέγνω — cum vero non statueret persequendos ulterius esse fugientes. *Raphelius*.

ἔκουσίως. ἔκουσίως vel ἐκοῦσι conjeci, quod Parisinos CD et Bas. 5, 25, 6 adjectivum habere viderem et hoc loco emendato adverbii exemplum in his libris non restat. Legitur tamen ἀκουσίως 2, 6, 4. cf. Lobeck. ad Phryn. p. 6.

C. 25.

1. Τὰ δὲ δὴ πέραν τοῦ Ἰφάσιος — Strabo 15, 1 p. 702: ἀρίστη δ' ὁμολογεῖται πᾶσα ἢ τοῦ Ἰφάσιος πέραν' οὐκ ἀκριβοῦνται δὲ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἄγνοιαν καὶ τὸν ἐκτοπισμὸν λέγεται πάντ' ἐπὶ τὸ μείζον ἢ τὸ τερατωδέστερον.

εἰς τὰ ἴδια. Simile loquendi genus 3, 22, 2. *Raphelius*. Cf. ann. ad 1, 26, 4.

τοὺς πολλοὺς plerasque civitates. *Vulcanius*. Possis etiam interpretari multitudinem, populum, vulgus, plebejos. Hi enim dici solent οἱ πολλοί. *Raphelius*. De re cf. Strab. l. 1: λέγουσι δὲ καὶ ἀριστοκρατικὴν τινα σύνταξιν πολιτείας αὐτόθι ἐκ πεντακισχιλίων βουλευτῶν συνιστῶσαν, ὧν ἕκαστον παρέχεσθαι τῷ κοινῷ ἐλέγαντα.

μεγέθει μεγίστους τε καὶ ἀνδρεία. Primum offendit τί particula alieno loco posita atque, ut videtur, delenda, ut nunc video, a Par. ommissa.

Deinde ἀνδρεία quoque molestum est, quamquam ex μεγίστους elici potest διαφέροντες insignes aut simile quid. Sed vereor ne ἐκπρηπεστίους post ἀνδρεία exciderit. cf. 7, 23, 7.

2. πόνους τε ἐξ πόνων. Diod. 17, 94 [auctore] equi et arma absumta erant; barbarice vestiti erant ob defectum vestium Graecarum; per 70 dies ingentes tempestates cum imbribus et tonitribus coelum tenebant. Strabone teste 15 p. 476 [691] imbres incepere quum Alexander Taxila veniret nec prius desiere quam ab Hypani ad Hydaspem reversus esset. [cf. Robertson l. de India annot II.] Mallem igitur κινδύνους interpretari de bello et proeliis, πόνους de reliquis laboribus. *Schmiederus*.

ἐπισχυριζομένων. Scripsit Arrianus, ut opinor, ἀπισχ. *Pflugkius*. Sic Par. C.

ἔλεξεν ᾧδε. Haec oratio magnam partem convenit cum ea quam alio tempore ab Alexandro habitam Curtius memoriae prodidit 6 3. *Raphaelius*.

3. ἡ πείσας ἄγειν. Expressum hoc videri queat ex Xenoph. Anab. 1, 3, 19: ἡ πείσαντα ὑμᾶς ἄγειν ἡ πεισθέντα πρὸς γίλλαν ἀγέμεναι. *Raphaelius*.

μεμπτοί. cf. ann. ad Thuc. 6, 13, 2. Adde Dion. Arch. 6, 18, 7, 9, 10, 28.

4. Φρύγες ἀμφοτέρων. Duplex fuit Phrygia, major et minor. Hinc et Xenophon memorat Φρύγας ἀμφοτέρων Cyr. 1, 1, 4 et 6, 2, 10, in quo utroque loco idem quoque est polysyndeton. *Raphaelius*.

5. ὅ τι ἂν ἐς τά. Corruptae haud dubie quae prodita est e libris lectioni certam, ut spero, medicinam attuli. Legendum ὁ Τάναϊς, τά. *Pflugkius*.

ἐπὶ τούτοις μέντοι praeterea vero. *Raphaelius*.

6. ἡ δέδιτε — an veremini ne excipiant nos adhuc alii barbari aggressos, ne cum aliis praeterea barbaris nobis sit dimicandum, si ipsos invadamus. Quo fere sensu Curtius excipere usurpat 3, 11, 6: at illos novus excipiebat adversarius fatigatos. *Raphaelius*. Hoc dicit: resistere nobis non audebunt.

ἡ δὲ τοῖς ξυμμάχοις — quam vel sociis vel illis qui sponte se nobis adjunxerunt concedimus. *Gronovius*.

C. 26.

1. Πέρας δὲ —. Sententiam puto hanc esse, virum generosum nunquam se putare ad finem laborum pervenisse, dum aliquid superesse videat quo gloriam possit acquirere, neque alium sibi terminum laborum statuere nisi ut prioribus laboribus peractis novos possit aggredi. Id quod supra de Alexandro dicitur eum labores ex laboribus suscipere c. 25, 2. Et apud Curtium de eodem Parmenio ait, strenuum hominem et nunquam cessantem 7, 2, 26. *Raphaelius*.

φερούσας. Isocr. 5, 65: τὰ φέροντα πρὸς τὴν δύναμιν ταύτην. 6, 21: τὰς πράξεις τὰς οὐδὲν πρὸς τὸ παρὸν φερούσας.

ξυναφῆς γανεῖται. Falsa est haec de Hyrcanio mari opinio. *Raphaelius*.

2. τὴν δὲ Ὑρκανίαν. sc. θάλασσαν. *Schmiederus*.

στόλω ἡμετέρῳ classe nostra loca usque ad Herculis columnas. *Raphelius*.

ἢ ἐντὸς Αἰβύη. Videtur intelligi ea Libyae sive Africae pars quae prope mare mediterraneum sita est. *Raphelius*.

ὄρος τῆς ταύτης ἀρχῆς idemque hujus imperii illic erit limes, in Asia scilicet et Libya. *Gronovius*.

3. ἀπὸ τούτων ab his, post, ultra has bellicosas gentes. *Raphelius*

ἔτι ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν. Probabile judico Arrianum scripsisse ἔσθι ἐπὶ τὴν Ὑ. *Pflugkius*. Mihi ἔτι hic videtur esse praeterea.

ὡστε δέος —. Idem verendum ait Alexander apud Curtium 6, 3, 5^s. *Raphelius*.

4. πονούντων τοῖς — laborantium et periclitantium sunt praeclara facinora. Laboribus et periculis res praeclare geruntur, gloriaque et honor paratur. Supra 1. *Raphelius*.

5. ὁ πρόγονος ὁ ἡμέτερος. Hercules puta, a quo se genus ducere credebant Macedonum reges. Curt. 4, 2, 3. *Raphelius*.

κλέος. κλέους malui cl. 4, 21, 3.

οὐ μὲν [οὐν] δῆ. οὐν non puto esse recipiendum. *Pflugkius*.

6. ὑμεῖς δέ vos itaque vertit Vulcanius, quasi ὑμεῖς δῆ legisset, quod mihi quoque in mentem venit. Sed si statuas ἡμεῖς verbo Alexandrum se solum significare, ὑμεῖς δέ recte opponitur.

κεκτημένοις. v. Kr. ad Thuc 2, 62, 4.

ἡμέτερα. σφέτερα in alim.

8. ζηλωτοῦς. Xenoph. Anab. 1, 7, 4: ἐγὼ ἡμῶν τὸν οἰκαθε βουλόμενον ἀπιέναι τοῖς οἴκοι ζηλωτὸν ποιήσω ἀπελθεῖν. *Raphelius*.

C. 27.

2. τὸ κρατιστεύειν. Mendum Schmiederianae; restitue τῷ κρ.

παρὰ τοὺς ἄλλους quod nos prae aliis imperare voluisti. *Raphelius*.

3. καθ' ἡλικίαν. Unde et paucis post diebus extinctus est. Curt. 9, 3, 20. *Raphelius*.

τὴν ἐκ οὐ μοι οὐσαν καὶ ἐς τοὺς ἄλλους ἀξιώσιν dignitas qua tuo beneficio apud alios etiam valeo. *Vulcanius*.

ἐς τόδε hucusque. *Raphelius*.

4. ἀπὸ Βάκτρων. v. ann. ad 3, 19, 5.

5. τοὺς μὲν — alios quidem socios et committones suos in praeliis amiserunt. *Raphelius*.

6. ὄσοις ἔτι σώζονται quibus adhuc supersunt, nempe pa-

rentes. Quorum parentes adhuc vivunt, eos parentum desiderium tenet. *Raphelius.*

ἦν refertur ad τῆς γῆς. *Raphelius.*

ἀναστρέφοντες. Sic medium Xenoph. Anab. 2, 5, 14: ὡς δεσπότης ἀναστρέφοιο.

ξύγγνωστοί εἶσι — ποθοῦντες. Hujus rationis exempla ex Atticis non enotavi. cf. Gr. § 61, 5 ann. 8.

7. ἰδῶν — καταστησάμενος — κομίσας. Aoristi in significatione praeteriti. Haec cum feceris, ὄτω δή, tum vero denuo aliam expeditionem suscipe. *Raphelius.*

ἐπ' αὐτὰ ταῦτα adversus has ipsas, quas nunc invadere cogitas. *Raphelius.*

8. ταῦτα δὲ σὸν ἦδη ἐξηγεῖσθαι. Recte sententiam interpret expressit [: tunc enim tui muneris erit exercitum quo liberit ducere]. Ἐξηγεῖσθαι est rei gerendae praeesse, indicare quid fieri velis. Sic 2, 18, 4. Ταῦτα haec, quae modo dixi, quam tunc regionem petere velis, haec, inquam, disponere, de his statuere, tuum jam erit. *Raphelius.*

διὰ τὸ ἀπειρατον utpote inexpertis. *Vulcanius.*

ἀδόκητα. Hoc verbum praeter hunc locum in his libris non legitur. Usi eo sunt etiam Dion. Arch. 8, 55. 82. 9, 5, Dio C. 40, 8. 41, 42. 44, 27. De Atticis v. Kr. ad Thuc. 6, 34, 6.

C. 28.

4. οὐκ ἐγίγνετο αὐτῷ τὰ ἱερά. v. supra de hoc loquendi genere ad 5, 3, 6. *Raphelius.* Cf. Strab. 15, 1 p. 697: ὕστατος δ' ὁ Ἕλληνας περὶ αὐτῶν γὰρ προελθεῖν ἐκωλύθη τοῦτο μὲν μαντείσι ποῖ προσέχων, τοῦτο δ' ὑπὸ τῆς στρατιᾶς ἀπηγορευμένης ἦδη πρὸς τοὺς πόρους ἀναγκασθεῖς· μάλιστα δ' ἐκ τῶν ὑδάτων ἐκαμμον συνεχῶς ὄμμενοι. cf. p. 700.

C. 29.

1. δώδεκα βωμοὺς. τῶν δώδεκα θεῶν βωμοὺς πεντήκοντα πηχῶν. Diod. 17, 95. ex quadrato saxo Curt. 9, 3, 19 in ripa. v. interpr. ad h. l. ut Plin. 6, 21 tradit, in adversa ripa, qui error videtur. Fecit hoc, ut Strabo 3, 5 p. 171 dicit, μιμούμενος τὸν Ἡρακλέα καὶ τὸν Διόνυσον. ἦν μὲν δὴ τὸ ἔθος τοῦτο. Adde interpr. ad Curt. l. l.

2. καὶ ἱππικόν. Praeterea munimenta quoque castrorum jussit extendi cubiliaque amplioris formae quam pro corporum habitu relinqui. Curt. l. l. Alia v. apud Plut. Alex. 62 et qui copiose rem explicat Diod. l. l.

προσέθηκεν. Pristino Pori imperio et hanc regionem adjecit. *Raphelius.*

ἐπανήξει ὀπίσω, ταῖς αὐταῖς ὁδοῖς πορευθεῖς Diod. l. 1.

3. τὴν πόλιν. De hac urbe et Hephaestione ad eam condendam misso nihil ante commemoratum est. C. 21 emissus narratur Hephaestion ad quasdam Indiae regiones subigendas, e quibus in castra ad Hyphasin reversus erat Curtio teste 9, 1, 35. *Schmiederus*.

4. ἃ μέγιστα. sc. ἔστιν. cf. 6, 14, 1.

ἐκπεμφθεῖντες. Supra 5, 20, 6. *Raphelius*.

5. Ἀβισάρη τε — ἔδωκε et Abisari suae provinciae satrapam esse permisit. Abisarem Alexander cui regioni adhuc praefuerat, ejusdem et in posterum satrapam esse voluit. Ἐδωκε permisit, concessit, passus est, non tantum dicitur de eo quod datur, cum ante eo careremus, sed etiam quod cum habeamus, habendum nobis conceditur. Sic 4, 21, 9: ὑπαρχον εἶναι ὄσωνπερ καὶ πρόσθεν ἔδωκε. et 1, 17, 4. 19, 6. *Raphelius*.

Ἀρσάκην. Arsaces Abisari parere jussus. *Raphelius*.

Liber sextus.

C. 1.

1. παρεσκευάσθησαν. Strabo 15, 1 p. 700: ὁ Ἀλέξανδρος ἀπὸ τοῦ Ὑπάνιος ἀναστρέφας ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην καὶ τὸν ναύσταθμον συνεκρότι τὸν στόλον. p. 698: (ἐκ τῆς ἐν τοῖς Ἡμωδοῖς ὄρεσιν ὕλης) Ἀλέξανδρος κατήγαγε τῷ Ὑδάσπῃ κόψας ἐλάτην τε πολλὴν καὶ πεύκην καὶ κέδρον καὶ ἄλλα παντοῖα στελέχη ναυπηγήσιμα, ἐξ ὧν στόλον κατασκευάσατο ἐπὶ τῷ Ὑδάσπῃ πρὸς ταῖς ἐκμισμέναις ὑπ' αὐτοῦ πόλυσιν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ (Βουκεφαλία καὶ Νικαίη). cf. 11, 8 p. 510.

ἡμιόλιαι. Genus quoddam navigiorum ὧν τὸ μὲν ἡμιόλιον μέρος ψιλὸν ἐρετῶν ἐστὶ πρὸς τὸ ἀπ' αὐτοῦ μάχεσθαι, uli citat Gronovius ex Etymologico, vel uti in Lexico Graeco scribitur, quae a puppi ad malum usque binis remis, a malo ad proram unico tantum agitantur. [?] *Raphelius*. Ἡμιολίας scripsit etiam Appian. Mithr. 29. 92. 94.

παρακομιδῆν. κατακομιδῆν malim.

ποταμῷ. Junge verbo παρακομιδῆν, dictum ut 6, 14, 4: τῷ Ὑδραῶτῃ ποταμῷ κατέπλευσε. cf. Strab. 15, 1 p. 700: ἔπλει τῷ Ὑδάσπῃ. p. 696: ὡς τῷ ποταμῷ τούτῳ μέχρι ἐτέισε πλευσόμενον. p. 698: κατήγαγε τῷ Ὑδάσπῃ.

2. κροκοδείλους. Aristobulus apud Strab. 15, 1 p. 707 κροκοδείλους τε οὔτε πολλοὺς οὔτε βλαπτικοὺς ἀνθρώπων ἐν τῷ Ἰνδῷ γησιν εὐρίσκεισθαι· καὶ τὰ ἄλλα δὲ ζῶα τὰ πλείω τὰ αὐτὰ ἄπειρ ἐν τῷ Νείλῳ γεννάσθαι, πλὴν ἵππου ποταμιῶν. Ὀνησικριτος δὲ γησι καὶ τοῦτον γεννάσθαι. cf. p. 690.

μόνῳ τῶν ἄλλων ποταμῶν. cf. Gr. § 47, 28 ann. 10.

κνάμους. Nearchus apud Strab. 15, 1 p. 696: Ἀλέξανδρον δ' ἐν μὲν τῷ Ὑδάσπῃ κροκοδείλους ἰδόντα, ἐν δὲ τῷ Ἀκσίῳ κνάμους Αἰγυπτίους εὐρη-

κίνας δόξαι τις τοῦ Νείλου πηγὰς καὶ παρασκευάζεσθαι στόλον ὡς τῷ ποταμῷ τούτῳ πλευσόμενον. μικρὸν δ' ὕστερον γινῶναι διότι οὐ δύναται ὁ ἥλιος. De faba Aegyptia Schmiederus confert Herod. 2, 37.

3. τὸν Ἴνδὸν τὸ ὄνομα. Equidem sic intelligo, Nilum et Indum habitos fuisse ab Alexandro pro uno eodemque fluvio, quem primo quidem Indum appellent, deinde vero, ubi per solitudines fluat, nomen suum amittere, donec ad Aethiopas delatus Nilus vocetur. Quae opinio ex eo falsitatis convincitur quod Indus in Oceanum § 5, Nilus vero in mare mediterraneum se exonerat § 3. *Raphelius*. Totum hunc locum ex Nearcho [et Aristobulo] descriptum docet Strabo 15 p. 479. De re ipsa v. quae habet St. Croix p. 318. Alexandrum summo studio in caput Nili inquisivisse, etiam in Aegypto ipsa, docet Freinshem. ad Curt. 4, 7, 2 ex Lucano 2, 272 et Max. Tyr. pr. Serm. 25, qui regem nihil ait consuluisse Hammonem praeterquam de Nili fontibus. *Schmiederus*.

"Ὀμηρος. Odys. 4, 581: ἄψ δ' εἰς Αἰγύπτιοι διπτεῖος ποταμοῖο Στῆσαι νέας. *Raphelius*. Cf. ad 5, 6, 5.

6. αἱ δ' ὑπηρεσίαι —. Eadem haec repetuntur in Ind. 18, 1. *Raphelius*. De verbo v. ann. ad Thuc. 1, 143, 1.

C. 2.

1. μεγαλοπρεπῶς. Post Coeni mortem magna militum supplementa ad Alexandrum venisse tradunt Curt. 9, 3, 21, Diod. 17, 95 et Arrianus ipse in Ind. 19, 5; ubi videmus Alexandri exercitum tunc temporis ex duodecim myriadibus constituisse: quod confirmat Curt. 8, 5, 4. *Schmiederus*. Plut. Alex. 66: δῶδεκα μὲν μυριάδες ἦσαν οἱ πεζοί, τὸ δ' ἵππικὸν εἰς μυρίους καὶ πεντακισχιλίους.

βασιλέα μὲν —. V. ann. ad 5, 19, 2.

2. αὐτὸς μὲν —. Ind. 19, 2: αὐτὸς δὲ τοὺς ὑπασπιστὰς καλεομένους ἅμα οἱ ἤγε καὶ τοὺς τοξότας πάντας καὶ τῶν ἵππέων τοὺς ἑταίρους καλεομένους, τοὺς πάντας εἰς ὀκτακισχιλίους. ubi *Schmiederus*, „apparet, inquit, vel hic vel supra negligentem fuisse Arrianum." Nisi forte librorum culpa Ἀργιᾶνες exciderunt.

Κράτερος δὲ —. Ind. 19, 1. *Raphelius*. Utrique, Hephaestioni et Cratero, loca constituta erant ubi classem opperirentur. De Sopithae regno v. not. ad 5, 22, 1. Curtius 9, 1, 24 ss. et Diod. 17, 91 s. cum Strabone p. 481 [15, 1 p. 699 s.] regnum Sopithae et rempublicam Cathaeorum confundere videntur. Si nostrum sequimur, Cathaei habitabant inter Hydraoten et Hyphasin; Sopithes vero inter Acesinem et Hydaspem. *Schmiederus*.

3. τῷ σατραπῆ τῆς — γῆς praefecto regionis ultra Indum annem qua ad Bactrianos vergit. Facius. *Raphelius*. Satrapatum hujus Philippi per amplum fuisse oportet. Hoc loco vocatur satrapa Indiae cis Indum, quae vicina est Bactrianae, quod verosimile, quia fuerat praefectus Peucelaotidis 4, 24, 10 [28, 6] et contra Assacenos rebellantes ab Alexandro missus erat 5, 20, 7. In Ind. c. 19, 4 vocatur satrapa τῆς γῆς ταύτης, i. e. regionis inter Indum et Acesinem, ubi tunc Alexander erat, quod verosimile, quia etiam urbi Taxilorum praefectus fuerat 5, 8, 3. Mox 6, 14, 3 fit etiam satrapa Mallorum, cujus satrapatus fines sunt Acesines et Indus ubi confluent 6, 15, 2. *Schmiederus*.

τῆς δὲ αὐτοῦ νεώς Ind. 18, 9 [: τῆς δὲ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου νεώς κυβερνήτης ἦν Ὀνησίκριτος Ἀστυπυλαίεύς.] *Raphelius*. Cf. 7, 5, 6. Plut. de fort. Alex. 1, 10: Ὀνησίκριτον τὸν Διογένηος τοῦ κυνὸς μαθητὴν ὅτι ἄρχοντα τῶν κυβερνητῶν πάντων κατέστησεν ὑπὸ πλειόνων ἐστόργηται. Quum ἀρχικυβερνήτης esset (Plut. Alex. 66), profecto quodammodo pro duce erat: quare etiam Strabo 15, 2 p. 721 Alexandrum tradit τὸ ναυτικὸν Νεάρχῳ καὶ Ὀνησίκριτῳ τῷ ἀρχικυβερνήτῃ παραδόναι. cf. Curt. 9, 10, 3. Itaque non turpissimum hoc fuerit ex hominis famosi mendaciis.

4. κερκούρους. Genus est navigii brevioris, ait Valla in Herodotum, quasi caudata navis. Plin. 7, 56 eodem nomine cercuron appellat et a Cypriis inventum scribit. *Raphelius*.

ποτάμια πλοῖα etiam Pol. 3, 66, 6 et 5, 45, 4.

τῶν δυσχελίων. Contradicit sibi auctor in Ind. 19, 7: νῆες δὲ αἰ σύμπασαι αὐτῷ ὀκτακόσμιαι ἦσαν αἶ τε μακραι καὶ ὅσα στρογγύλα πλοῖα καὶ ἄλλα ἱππαγωγὰ καὶ οἷα ἅμα τῇ στρατῇ ἄγουσαι. Forte scribendum νῆες δὲ αἰ σύμπασαι αὐτῷ χίλια καὶ ὀκτακόσμιαι ἦσαν. *Schmiederus*. Profecto vix credibile est inter Nearchum, ex quo haec ducta sunt, et Ptolemaeum tantopere discrepasse. Sed videndum est ne nostro loco emendandum sit τῶν χελίων, quem ipsum numerum habent Diod. 17, 95 et Curt. 9, 3, 22, qui scriptores res potius exaggerare quam extenuare solent.

C. 3.

1. αὐτῶν rejicit Sintenis in censura pr. p. 1139, αὐτοῦ conjiciens.

2. ὄσοις αὐτῷ νόμος. Explicat hoc Arrianus in Ind. 12, 11: ἔθνε τοῖς θεοῖσιν ὅσοι τε παῖριοι ἢ μαντεῖοι αὐτῷ καὶ Ποσειδῶνι καὶ Ἀμμιτόλῃ καὶ Νηρηίῳ καὶ αὐτῷ τῷ Ἄκτανῷ καὶ τῷ Ὑδάσπῃ ποταμῷ, ἀπὸ τοῦ ὠρμάτο, καὶ τῷ Ἀκείνῃ, ἐς ὄντινα ἐκδιδοῖη [immo ἐκδιδοῖ ὁ] Ὑδάσπης, καὶ τῷ Ἰνδῷ ἐς ὄντινα ἀμφῶ ἐκδιδοῦσιν. *Schmiederus*.

ἐφ' ὅσον. Ter scribere debebam ἐφ' ὅσων, ut posterioribus locis duobus habet Bas.

3. οὐδενὶ ἄλλῳ ἐοικώς. Thuc. 7, 71, 2: ὁ φόβος ἦν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος οὐδενὶ ἐοικώς. Omnino Arrianus in hac descriptione aliquatenus Thucydidea illa imitatus est.

τῶν κελευστῶν. Polyb. 1, 21 in.: μέσον ἐν αὐτοῖς στήσαντες τὸν κελευστὴν ἅμα πάντας ἀναπίπτειν ἐφ' αὐτοὺς ἄγοντας τὰς χεῖρας καὶ πάλιν προρεῖν ἐξωθῶντας ταύτας συνείδιζον, ἀρχεσθαι τε καὶ λῆγναι τῶν κινήσεων πρὸς τὰ τοῦ κελευστοῦ παραγγέλματα. *Raphelius*.

ἐς στενόν τε — ξυνάγουσαι καὶ — ἠύξημένην. Gr. § 56, 14 ann. 2.

ἐς ἀλλήλας. De utraque ripa hoc dicitur, quarum altera sonum illis in alteram repercutiebat. *Raphelius*.

καὶ που καὶ et alicubi etiam. *Raphelius*.

τῇ τ' ἐρημία. Diserta quippe loca inculta, vacua ab omni turba sonum ut intentiorem accipiunt, ita vehementiorem referunt. *Blancardus*.

4. διὰ mihi suspectum est. Nam quomodo equi διὰ τῶν ἱππαγωγῶν πλοίων διαφαινεσθαι potuerint non perspicio. Deleta praepositione genitivus ex ἵπποι nomine pendeat.

ὥστε οἱ μὲν αὐτόθεν — ut alii quidem, qui statim ad deductionem classis advenerant, sive qui jam aderant cum classis deduceretur, per longum spatium prosequerentur. Licebit tamen quoque, si quis ita malit, αὐτόθεν inde vertere. *Raphelius.*

ξυνείποντο ἐπ' αὐτόντες sequebantur, comitabantur accipientes. *Raphelius.* De re cf. Strab. 15, 1 p. 687 s.

C. 4.

1. τρίτη γε. Γέ particulam delet Sintenis omittitque C.

κατὰ τὸ αὐτὸ — eodem loco castra locare in contrariis ripis. Craterum et Hephaestionem eodem loco alterum in altera ripa subsistere jubebat. *Raphelius.*

ὡς καὶ postquam etiam. Sic 1, 2, 4. 5. *Raphelius.*

ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην. Ind. 19, 4. *Raphelius.*

2. ἐν τῷ κατάπλῳ in illo decursu; quantum tunc spatium emensus est, cum secundo amne deveheretur; nusquam minor XX stadiis latitudo ejus fuit. Quam late alibi diffundatur hic non dicitur. *Raphelius.*

ὅπη τύχοι ubi forte accidebat. Non eligebat quos adoriretur, sed quoscunque forte offendisset Hydaspis accolae in ea ripa ad quam ferente ita itinerum ratione appulerat. *Raphelius.* Ad v. τύχοι repete προσομιζόμενος.

κατελάμβανεν. Legendum videtur παρελάμβανεν. v. ad 4, 16, 3. Mendo originem dedit κατεστρέψατο.

3. αὐτὸς δ' ὡς —. Si omnia sana sunt, negligentius hoc capite scripsit Arrianus. Supra enim § 2 dicit: αὐτὸς δ' ἔπλει κατὰ τὸν Ὑδάσπην ποταμόν. Hic iterum incipit ἐπὶ τὴν Μ. τε καὶ Ὁ. γῆν ἔπλει, quod offendit. Intelligit tamen quid velit auctor. Dicit enim: Alexander navigabat in Hydaspe et subiciebat accolae; navigabat autem celerius, quia Mallos et Oxydracas proelium parare audiverat. *Schmiederus.*

ἐφ' ὅτι γε δὴ quapropter. Sic 6, 6, 3. 7, 10, 3. *Raphelius.*

μαχιμωτάτους. v. 5, 22, 2.

καθεστηκόσιν constitutis, omnibus rebus jam instructis et paratis. *Raphelius.* Cf. ann. ad Thuc. 1, 49, 2. 3, 86 2 et 4, 75, 2.

4. ἐνθεν δὲ ὠρμήθη τὸ δευτερον, καὶ πέμπτη ἡμέρα ἀγίκετο. Sic legitur in edd. omnibus. Facius vertit: sexto die eo pervenit ubi Hydaspes in Acesinem se ingerit; reliqua neglexit Facius. Vulcanius: itaque inde rursus movit et quinto die ad confluentem Hydaspis et Acesinis pervenit. Neuter bene. Sed ne multis morer, copulam καὶ uncis inclusi, tanquam mala manu insertam et verto: unde vero vel ex eo loco unde secunda vice classem promovit, quinto die pervenit ad Hydaspaee et Acesinae confluentes. *Schmiederus.* Καὶ delendum videtur. *Pflugkius.* Additum videtur ab eo qui ἐνθεν pro ἐντῷθεν acceperat.

καὶ τὸ ἤεθμα. cf. Curt. 9, 4, 9 s.

5. Ἀλεξάνδρον. immo ἐξ Ἀλεξάνδρον.

τὰς εἰρεσίας. Fortasse τῆς εἰρεσίας. Thuc. 2, 91, 3: ἐπέστησαν τοῦ πλοῦ. ubi cf. ann.

ἀλλὰ τῶν τε — sed quod et hortatores prae admiratione concitescerent et ipsi nautae attonitis similes ad sonitum redditi essent. *Raphelius*.

C. 5.

1. βειαισιτάτη. opt. βεβαιοτάτη. Convenientissime Vellejus 2, 48: Hinc remiges firmissimi. De quo verbo plura vide apud Gronovium. *Raphelius*. Sed hic non tam de firmitate et constantia quam de vehementi impetu sermo est. Si quis βαισιτάτη τῆ malit, non repugnet.

τῶν ἐπιστροφῶν. Coitum amnium vocat Curtius 9, 4, 9. Vim autem Graecae vocis eleganter idem exprimit ubi confluentem Gangis et Acesinis describit 8, 9, 8: Ganges Acesinem decursurum in mare intercipit: magnoque motu amnis uterque colliditur; quippe Ganges asperum os influenti objicit; nec repercussae aquae cedunt. Nam ἐπιστροφῶν τοῦ ὕδατος repercussionem aquarum, reversionem, reciprocationem notant. *Raphelius*.

2. κατέστη ἐς εὐθύ constiterunt in rectum ab ipso fluctu adjuta (directa). Apparet εὐθύ hic non notare recta, ut interpretatur Vulcanius, sed suetum ad modum, ut prora antecedit. *Gronovius*.

ἐν τῇ ἐπιστροφῇ. Haec fortasse ex superioribus sunt repetita.

οὔτε μετέωροι. Nihil Arrianus de altitudine laterum. Innuat non ita superne eas innatasse et quasi suspensas super aestuantes undas processisse. *Gronovius*. Ἐπὶ τοῦ καχλάζοντος ὕδατος verterim ex Curtio 9, 4, 10: super fluctus se invehentes. *Raphelius*. Particulis οὔτε — τέ opponuntur participia οὔσαι et ἔχουσαι.

ὄσαι τε δίκροτοι — et quaecunque illarum biremes erant, quarum inferiores remi parum admodum supra undas eminent, illarum etiam remi, quum ipsi transversi in vorticibus haerent confringebantur, quorum quidem (remi) ab aqua occupabantur, ni citius eos elevassent. ὄσων γε sc. κῶπαι. Particula γέ indicat non omnium remis hoc contigisse, sed illorum tantum qui eos fluctibus non praeripuerint. *Raphelius*. Totus locus ita fere convertendus est: longae naves non pariter sine damno evaserunt, tum quod super fluctus se invehentes non pariter superne innatabant (quippe oneribus depressae), tum quod remos. quaequae biremes erant, non multum supra undas eminentes habebant. Et vero remi iis, quum transversi etqs. Καὶ — δέ hic ferri non posse perspicuum est; equidem non dubito quin legendum sit καὶ αἱ κῶπαι δὴ, und die Ruder eben. Minus recte has particulas olim explicavi ad Xenoph. Anab. 1, 8, 23 ed. min.

πλαγίοις — γενομένοις. πλάγιοι — γερόμενοι propemodum necessarium videtur.

4. καὶ εἰ τινες. h. e. ἐς τὴν ξυναγωγὴν τούτων οἴτινες. Gr. § 60, 10 ann. 1.

αὐτὸς δὲ —. Construe αὐτὸς δὲ ποιησάμενος καταδρομὴν τῆς χώρας τῶν βαρβάρων. Barbari isti sunt Sibi [Sibae Strab. 15, 1 p. 701 al.] ab

Hercule originem ducentes, qui deditione subacti; Agalassenses, quorum copias proelio vicit, urbes cepit, alique incolarum, quorum unam urbem non sine suorum damno cepit. Diod. 17, 96, Curt. 9, 4, 2—8. Nova nomina habet Justinus 12, 9. *Schmiederus*.

κωλίσας. Non cum interdixisset, sed cum impediisset excursionem in eorum regionem facta. Ita ipse Arrianus rem explanat infra c. 11, 3. *Raphelius*.

5. καὶ ἐνταῦθα —. Hephaestion in sinistro Hydaspae littore profectus erat cum exercitu, quem nunc, ut etiam in sinistro Acesinae progredi posset, necesse est navibus trans Acesinem transportatum esse. Craterus in dextra Hydaspae copias ducebat et nullo flumine impeditus in hunc locum pervenire poterat. Ibat e regione Hephaestioni. Philippum vero ad Acesinae oram miserat c. 4, 1, fortasse ne inter hunc et Hydaspem hostile quid relinqueretur, jussum ut secundum dextram Acesinae ripam iret. Quem quum oporteret in eum locum venire ubi Acesines et Hydaspes confluunt, cum suis copiis trans Hydaspem transportavit, ut cum Cratero iret. *Schmiederus*.

6. τὸν δ' ἄλλον στρατιόν —. Ὁ νόσς expeditionis est ut omnes inter Hydraoten et Acesinen populos, praecipue autem Mallos, et vi et consilio superet. Nearchum praemittit ut tribus diebus prior sit eo loco ubi Hydraotes et Acesines confluunt, fortasse ne per flumen fuga pateret et ne mora sit regi navigandi cupido. Exercitum pedestrem qui erat sub Hephaestione in sinistra Acesinae ripa tripartitus est, alia parte Hephaestioni, alia Ptolemaeo tradita, tertiam ipse duxit. Ipse in Mallos movebat. Quum vero verosimile esset eorum alios, si vel Alexandrum ipsum non exspectarent vel vincerent, ulteriora petituros, alios retro ituros esse, praemittit Hephaestionem, ut alia via in ea loca veniret quae barbari petiturae essent in ulteriora progredientes atque ut isti in Hephaestionem inciderent. Ptolemaeum autem post tertium diem se sequi jubet, ut qui retro fugerent in hunc inciderent. Reliquae copiae sub Cratero et Philippo in dextra Acesinae ripa progrediebantur. *Schmiederus*.

C. 6.

1. τοὺς ἵπποτοξότας. Contradicere sibi videtur auctor hippotoxotas nunc omnes cum Alexandro ire scribens, quos c. 5, 5 Crateri imperio adjectos scripserat. *Schmiederus*.

3. οἱ πολλοί plerique. *Raphelius*

ἐγ' ὄρω — quare etiam manifesto illac duxit Alexander qua quia difficile erat ipsi ducere, propterea neque hostibus eum ducturum verosimile videbatur. Ἐγ' ὄρω quapropter, quam ob causam. Sic modo c. 4, 3. Manifestam ait fuisse consilii rationem quare per loca illa siticulosa contenderit, quod nempe sperarit se imprudentem hostem oppressurum. Cujusmodi consilio et Antigonus usus est apud Cornel. Nep. Eum. e. 8, 4. *Raphelius*.

4. ὡς μηδὲ ἀπὸ ταύτης — ut neque ex hac urbe elapsi quidam illorum etc. Quod idem jam ex alia urbe ne fieret providerat § 3. *Raphelius*.

τῷ τείχει eam urbem quam § 3 equitatu cinxisse dicitur, *Raphelius*.

5. ἐν τῇ καταλήψει. Manifestum hoc non posse intelligi de expugnatione urbis, sed de oppressione hostium § 3 memorata: τοῖσι μὲν δὲ οὐ προσδοκῆσαι ἐπιπεσῶν κ. τ. λ. Similiter 1, 9, 7: τῆς Πλαταιέων ἐν ταῖς σπονδαῖς καταλήψεως.

τε χωρίου. fortasse τοῦ χωρίου.

ἄλλοτε ἄλλῃ alias alibi, hinc inde, modo hic modo istic. *Raphelius*.

6. τῶν φευγόντων — quosunque fugientium nactus est occidit. *Raphelius*. Verba sic intelligas καταλαβῶν δὲ (αὐτοῦς) τῶν φευγόντων (τούτους, πάντας) κατέκοιπεν ὅσοι κ. τ. λ.

C. 7.

1. τοὺς μὲν πολλοὺς plerisque. Et mox § 2 πολλοὺς αὐτῶν multos eorum. *Raphelius*.

2. ὡς εἶχε ut erat, confestim, e vestigio. v. ad 1, 13, 3. *Raphelius*.

ξυμβασιῶν cum simul transiisset, pos hostes qui jam transmiserant. *Raphelius*. Una cum iis quibus διαβαίνουσιν ἐπεγένετο.

διώκων εἶχετο τῶν φθασάντων persequens haerebat in tergis eorum, sive haud procul aberat ab iis qui jam discesserant. Ἐχέσθαι cum genitivo non est consequi sed prope abesse. Sic 1, 22, 6. 4, 17, 1. 5, 14, 2. 17, 6. [hic tamen genitivus absolutus.] Neque consecutus dici potest eos qui in oppidum fuga evaserunt, qui tamen etiam sunt in numero τῶν φθασάντων ἐς τὴν ἀποχώρησιν. *Raphelius*.

Πείθωνα. Gronovius notat: „Quidquid superest codicum omnes proferunt Πείθωνα, non Πυθ.“ [Incertum reliquit num solo hoc loco quo notavit an omnibus.] Testor etiam in Veneta et Basileensi legi Πείθ. non hoc solum loco, sed reliquis hujus libri omnibus. In Ind. 3, 11 [15, 10?] etiamnum legitur Πείθων [Πύθων?]. Diodorus scribit Πίθων, Just. 13, 4 Pithon Agenoris filius. Nec Facius aliter vertit quam Pithon. Unde non laudandus est Vulcanius qui primus scripsit Πύθ., et ego supra c. 6, 1, hoc nostro loco et in sequentibus antiquam lectionem restitui *Schmiederus*. De forma nominis v. Lobeck. Parall. p. 347.

4. τῶν Βραχμάνων τινὰ πόλιν. Noster c. 16, 5. 17, 2 iterum Brachmanum mentionem facit, eos σομιστὰς τοῖς Ἰνδοῖς esse adjiciens, quorum sapientum officia et mores in Ind. c. 11 latius describit. Nec dissentit ab eo Diod. 2, 40: τὸ πᾶν πλῆθος τῶν Ἰνδῶν εἰς ἑπτὰ μέρη διήρηται, ἃν ἐστὶ τὸ μὲν πρῶτον σύστημα φιλοσόφων, πλήθει μὲν τῶν ἄλλων μερῶν λιπόμενον, τῇ δ' ἐπιφανείᾳ πάντων πρωτεύον. ἀλειτούργητοι γὰρ ὄντες οἱ φιλόσοφοι πάσης ὑπουργίας οὐθ' ἑτέρων κερμιόουσιν οὐθ' ὑψ' ἑτέρων δεσπόζονται. παραλαμβάνονται δὲ ὑπὸ μὲν τῶν ἰδιωτῶν εἰς τε τὰς ἐν τῷ βίῳ θυσίας καὶ εἰς τὰς τῶν τελετηχῶτων ἐπιμελείας, ὡς θεοῖς γεγονότες προσφιλέστατοι καὶ περὶ τῶν ἐν ἴσθον μάλιστα ἐμπείρωσ ἔχοντες· ταύτης τε τῆς ὑπουργίας δῶρά τε καὶ τιμὰς λαμβάνουσιν ἀξιολόγους. τῷ δὲ κοινῷ τῶν Ἰνδῶν μεγάλας παρέχονται χρεῖας παραλαμβάνόμενοι μὲν κατὰ τὸ νέον εἰς ἐπὶ τὴν μεγάλην σύνοδον, προλέγοντες δὲ περὶ ἀνγμῶν καὶ ἐπομβροίας, ἐπι δὲ ἀνέμων εὐπνοίας καὶ νόσων καὶ τῶν ἄλλων τῶν δυναμένων τοὺς ἀκούοντας ωφέλῃσαι. Strabo de duobus generibus philosophorum loquitur, Brachmanibus et Germanibus 15 p. 484 et 489 ss. [703. 712 ss.] Ex iisdem vero nostri et aliorum locis

apparet eos non populum esse qui pro se regiones et urbes coleret, sed sacerdotum ordinem per plures Indorum gentes dissipatum. At hoc tamen loco urbem Brachmanum novit Arrianus. Sic et Lucian. Fugit. p. 594 Brachmanes Necoraeis et Oxydracis finitimos esse ait. cf. Cellar. t. 2 p. 746 [p. 871 s.] Utraque opinio conjungi potest, si credimus eos Indorum populos qui Brachmanibus sacerdotibus uterentur, ipsos Brachmanes vocatos esse, Plinio freti 6, 17: Multarum gentium cognomen Brachmanae. *Schmiederus.*

ὑπορουσόμενα suffodi, non vero jam suffossa. *Raphelius.*

ἀναστελλόμενοι cum reprimerentur, repellerentur, submoverentur. *Raphelius.*

καὶ οὗτοι et hi. Idem ab his factum quod ab iis quorum meminit c. 6, 5. *Raphelius.*

ἐν τῇ ὑποστροφῇ. Ὑποστροφή est cum terga vertunt cedentes. Bud. comm. gr. ling. p. 854 l. 26. Polyb. 3, 14, 5: πραγματικῶς καὶ νουνεγῶς ἐξ ὑποστροφῆς ἀναχωρήσαντος Ἄννιβον. Item c. 45, 3 et 4, 68, 4. Neque tantum de iis dicitur qui hoste urgente coguntur pedem referre, sed etiam qui extra hostilem metum iter suum convertunt. Ita Polyb. 5, 103, 2: ἐπλεον ἐξ ὑποστροφῆς πρὸς Φίλιππον. *Raphelius.*

6. ἀπέθανον δὲ οἱ πάντες perierunt autem in universum, tum incendio, tum ferro. *Raphelius.*

C. 8.

2. πρὸς τὸν ποταμόν. Intellige Hydraoten. Alexander transiverat Hydraoten et ceperat trans eum fluvium duo oppida. Deinde προῦχάρις ὡς ἐπὶ τοὺς ἄλλους Μαλλούς, i. e. reversus est sc. trans Hydraoten ad reliquas Mallorum urbes capiendas. De ista τοῦ προχωρεῖν significatione vide notam ad 1, 5, 1, alibique idem monui. Nunc remittit Pithonem et Demetrium, ut aliquam ripae Hydraotae partem ab hostibus liberent. Deinde ipse iterum Mallos persequendo eundem fluvium trajicit § 5. *Schmiederus.*

3. παρὰ τῇ ὄχθῃ. παρὰ τὴν ὄχθην legendum est. Nam sic etiam Arrianus in his libris constanter loquitur. cf. Gr. § 68, 35. Alterum ei quod sequitur πρὸς τῇ ὄχθῃ originem debet.

ἃ δὴ πολλὰι — quae sane multae ad ripam fluminis erant. Sed vocem πολλὰι Gronovius ait in optimo non legi. *Raphelius.*

4. παρατεταγμένοι ἔμενον instructa acie manebant, expectabant, subsistebant. *Raphelius.*

5. ἀναλαβὼν — assumpto equitatu quem secum habebat omni. *Raphelius.*

ἄμα αὐτῷ. ἄμα οἱ legerim, ut dicere solet. v. 1, 6, 9 ibique ann. 3, 23, 7. 30, 4. 4, 16, 2. 5, 11, 4. 24, 4. 6, 8, 7. 9, 3. 16, 1. 2. 20, 4. 26, 5. 27, 3. 28, 7. 7, 16, 1. 25, 2.

6. προσβολὰς μὲν ἐποίει incursiones, impetum faciebat hinc inde obequitando eos lacessens. *Raphelius.*

7. ἐς πόλιν ὀχυρωτάτην τῶν πλησίον in urbem vicinarum munitissimam. Quae urbs per se si spectetur, non videtur adeo munita

fuisse, cum paulo post non ita magno negotio capta fuerit; inter eas tamen urbes quae in propinquo erant, haec fuit munitissima. Unde et Curtius in id oppidum plerosque confugisse scribit haud majore fiducia moenium quam armorum 9, 4, 26. *Raphelius*.

8. πολύ τι. Τέ particulam defendit Sintenis in cens. alt. p. 158: respondere ei καὶ ante ἢ στρατιά. Sed ita τέ durius trajectum esset.

C. 9.

1. Ἀλέξανδρος μὲν οὖν. Hinc novum caput incipiendum esse admonet Sintenis l. l. p. 139. Quod quis non videt melius fieri? Sed ego in hac re nihil mutavi nisi ubi periodi ita laceratae essent ut intellectui consulendum putarem.

2. ὑστέρησαν — serius intrarunt, non facile moenia transcendentes. *Raphelius*.

3. ἀμά οἱ. Ultimus acutus abesse deberet ex sententia Pasoris, Welleri, aliorumque recentiorum Grammaticorum. Sed cum Posselius in tabula priore, Syntaxi subjuncta, eum requirat in his exemplis γύλλα τε, λάμπη τε, ἀνδρά μοι, malui uti ab aliis scriptum accepi tradere. Monendum tamen duxi ne quis errorem putet. Hancque annotationem transferri velim ad omnia loca quae forte a vulgatoribus accentuum regulis discrepant. *Raphelius*.

τῶν διμοιριτῶν. Διμοιριταὶ milites quibus dupla annona datur aut dupla stipendia. Duplares vocat Vegetius lib. 2, ut simplares qui unam consequebantur annonam. *Raphelius*. Schol. ad Luc. dial. mer. 9, 5: διμοιριτής, τοῦτω ἐνίοτε τὸ τριώβολον ἀποδεδώκασιν (?), ἐπειδὴ τοῦτο διμοιρὸν ἐστὶ τῆς δραχμῆς. ὁ οὖν τοῦτο λαμβάνων στρατιώτης διμοιριτής ἐλέγετο. ἔστι δὲ τις καὶ στρατιωτικὴ ἀρχή, ὁ λοχαγός, διὰ τὸ παρ' ἄλλους στρατιώτας δύο μόρας λαμβάνειν. οἱ δὲ διμοιρίαν καὶ ἡμιλοχίαν ταῦτό φασιν. καὶ διμοιριτής ὁ ἡμιλοχίτης, ὁ ἀρχὼν τῆς διμοιρίας καὶ ἡμιλοχίας. Articulus ad στρατιωτικῶν referendus et διμοιριτῶν pro praedicto est: eorum aliquis qui tanquam duplares militabant. Gr. § 50, 12 ann. 1.

4. ὤθει. Augmento caret imperfectum 2, 10, 5. 27, 1. 3, 13, 4. 5, 17, 6; ἀπώσαντο 1, 9, 7. 2, 11, 1. 4, 5, 2: ἐξώσθη 4, 25, 3. 5, 23. 2; contra ἐξέωσαν 1, 1, 12. 4, 3, 3. 24, 5. 6, 7, 4.

5. εἰ δὲ μὴ — sin minus (scilicet hostes perterrefaciat) et utique periclitandum sit ipsi, saltem magnis rebus dignisque memoria posterorum editis moriturum. Est hic locus quidam communis et cogitatio perpetua magnorum in gentilismo hominum, excitata ab egregio Hectore apud summum vatem Il. 22, 305, quum projecta hasta in vanum nec alteram paratam habens gladio dstricto in mortem ruit pugnans cum Achille, ubi pronunciat illa verba:

Μὴ μὲν ἀσποιδεῖ γε καὶ ἀκλίως ἀπολοιμην,
ἀλλὰ μέγα ἤξιας τι καὶ ἰσομένοισι πυθέσθαι.

Quibus se quoque exstimulat Cleomenes apud Polybium 5, 38, 10, quum Arrianus usu vocabuli ἀσποιδεῖ palam ostendat quod respiciat. Itaque non moror restituere. *Gronovius*. Antea legebatur εἰ δὲ μὴ, κινδυνεύειν δὲ οἱ μεγάλα ἔργα. *Raphelius*. Cf. Plut. de fort. Alex. 2, 13.

ἀσποιδεῖ. Apud Homerum nunc ἀσποιδεῖ scribitur, repugnante Buttmano in Gr. max. § 119 ann. 39. Ex Atticis hoc verbum non enotavi.

προσάγοντα προσάπιοντα conjeci, quamquam 2, 3, 4 et 6, 13, 3 contra proferri posse novi. Sed altero loco pro objecto currum, altero comites cogitare licet. Adeundi significatione *προσάγειν* (de singulis) neque apud Thucydidem neque apud Xenophontem reperias.

C. 10.

1. ἐπ' αὐτοῖς post eos. *Raphelius.*

πνεῦμα. Spiritum quem ex hoc aere qui nos ambit haurimus eidemque reddimus, uti satis intelligitur ex § seq. *Raphelius*. Spiritus simul cum sanguine e vulnere emissus docet sagittam in pulmones usque penetrasse. Vulnus autem in pulmones non per se letale est, sed per accidens. *Schmiederus*. Plut. de Alex. fort. 2, 9: ἐν Μαλλοῖς τοξεύματι διπήχει διὰ τοῦ θώρακος εἰς τὸ σιῆθος ὑπελέσας ἔλαβε κατὰ τοῦ ἀρχένος, ὡς Ἀριστόβουλος ἰστορεῖ. quae verba corrupta sunt.

3. ὡς ἐν ἀπόροις ut in dubiis rebus, ut fieri solet in hujusmodi rerum difficultate, ubi consilium ex tempore capiendum et primo quoque obvio utendum est. *Raphelius.*

οἱ δὲ ἄλλοι alii vero super alios adscendentes, i. e. quidam vero alius alium levantes adscendebant. Duobus modis in murum nitebantur. alii paxillorum adminiculo adjuti, alii vero commilitonum manibus sublati eorumque manibus et capitibus insistentes. *Raphelius.*

4. ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ alio post alium ex Macedonibus scutum praetendente. Pro se quisque regem contendebat adeo ut plurium scutis simul tegetur. *Raphelius.*

καθότι ἡ πύλη. Facilius illic erat murum dejicere non continentem, interjecto portae patentis intervallo, ac propterea impellentibus hoc magis cedentem. Posset καθότι etiam verti quoniam, ut 7, 7, 4. Quod autem Vulcanius de suo non nihil addit turbat sententiam. *Raphelius*. Quales humeri hoc efficere valuerint non assequor.

τοὺς ὤμους ὑποθέντες humeris suppositis. *Raphelius.*

C. 11.

1. ἐπιτεμόντα τὴν πληγὴν. i. e. patefacto latius vulnere, ut Curtius loquitur 9, 5, 28, quod hami inessent telo nec aliter id sine pernicie corporis extrahi posset quam ut secundo vulnus augerent. Curt. 9, 5, 23. *Raphelius*. Eodem modo hoc v. utitur Dem. 40, 32 s.

2. κατὰ τοὺς πρώτους ψευσαμένους sicut primi mendacii autores. Imitata est fama primos mendacii autores. Quod enim illi prodiderunt mendacium, id haec accepit acceptumque servavit. Sic κατὰ similitudinem notat 3, 27, 5. 4, 25, 3. Ind. 6, 9. Mallem, fateor, cum Vulcanio vertere a primis, sed vereor ut κατὰ hanc significationem admittat. *Raphelius*. Mireris Schmiederum interpretantem: eo tempore quo primi

mendacii auctores vivebant. Haud dubie κατά hic est secundum, nach, ea ratione qua primi auctores tradiderunt.

3. αὐτίκα jam primum. Peculiarem habet hoc adverbium usum a nobis quoque ex multis Xenophontis exemplis deprehensum. Is autem est, uti diligentissimus Stephanus jam annotavit, quum nobis ad ejus quod diximus confirmationem in promptu esse exemplum docere volumus atque adeo id proferimus. q. d. Ne longe abeam. ne longe exempla petam. Ita Xenophon de Laced. rep. 1, 2: (λυκούργος) οὐ μιμησάμενος τὰς ἄλλας πόλεις, ἀλλὰ καὶ ἐναντία γνώσας τὰς πλείστας προέχουσαν εὐδαιμονίαν τὴν πατρίδα ἀπέδειξεν. αὐτίκα γὰρ περὶ τεκνοποιίας κ. τ. λ. Eodem sensu εὐθύς usurpatur Arriano dissert. Epict. 2, 17 p. 204: εὐθύς τοὺς ὄρους Πλάτων μὲν κ. τ. λ. Atque ipsum αὐτίκα in Tact. c. 4 init. et c. 14 sub fin. et c. 43. Polybius pro eo dicit εὐθέως 6, 50 in. et 12, 3. **Raphelius.**

ὁ πᾶς λόγος vulgaris fama. cf. § 4. Atticos his vocibus sic usos esse non memini. Similiter ὁ πλείων λόγος 1, 11, 6. 3, 3, 6. 7, 16, 3.

ἐν Μαλλοῖς. Malli habitabant ad utramque Hydraotae ripam et Acesinae et Indi confluentes, ut patet ex Ind. 4, 10: ὁ δὲ Ἀχεσίνης ἐν Μαλλοῖς ξυμβάλλει τῷ Ἰνδῷ. Oxydracas his finilimos fuisse apparet ex omnibus scriptoribus. Quo minus nostrum in Ind. 4, 9 intelligo scribentem: Ὑδάσσης δὲ ἐν Ὀξυδράκαις ἄγων ἄμα οἱ τὸν Σίναρον ἐν Ἀρίσπαις ἐς τὸν Ἀχεσίνην ἐκδοσοὶ καὶ οὗτος. Si Oxydracae ad Hydaspem habitabant, unde venerat Alexander, unde factum esset ut non ante Mallos subigerentur? ut in hac historia non prius memorentur quam simul cum Mallis? De Oxydracis videatur d'Anville Antiquité de l'Inde p. 31. **Schmiederus.** De Mallis cum Arriano consentit Strabo 15, 1 p. 701: Μαλλοὶ μὲν, παρ' οἷς ἀποθανεῖν ἐκινδύνευσεν Ἀλέξανδρος τρωθεὶς ἐν ἀλώσει πολίγνης τινός. Pariter Plut. Alex. 63 et de Alex. fort. 2, 9, quum 2, 13 ἐν Ὀξυδράκαις τὸ δεινὸν ἐκείνο πῆδημα dicat et in Alex. 35: ἐν Μαλλοῖς Ὀξυδράκαις ἐτρώθη.

4. ἐπεὶ καὶ quid quod, ja auch. cf. 2, 11, 10. 4, 9, 9. 5, 22, 2. 7, 2, 1. 16, 8. 18, 1. 30, 3 et ann. ad Thuc. 1, 12, 1.

4. τῷ ποταμῷ τῷ B. requisivi, quod haec ratio legitima est.

6. ἐνθεν δέ. Immo ἐνθεν δή. De re cf. Strab. 16, 1 p. 737: οἱ Μακεδόνες τοῦτο μὲν (τὰ Γανγαμήλα ὀρῶντες κώμιον εὐτελές, τὰ δὲ Ἀρβηλα κατοικίαν ἀξιόλογον — περὶ Ἀρβηλα τὴν μάχην καὶ νίκην κατατήγισαν καὶ τοῖς συγγραφεῦσιν οὕτω παρεδωκαν.

ἀπηνέγκαστο τὴν δόξαν reportavit gloriam. **Raphelius.**

7. καὶ μὴν ὑπὲρ τῶν. καὶ μὴν καὶ τῶν malim.

βληθῆναι. Librarii additamentum videtur Sinteni in cens. alt. p. 135, non mihi.

8. Πτολεμαῖον γὰρ —. Curt. 9, 5, 21: Ptolemaeum, qui postea regnavit, huic pugnae affuisse auctor est Clitarchus et Timagenes. Sed ipse, scilicet gloriae suae [non] refragatus, affuisse missum in expeditionem memoriae tradidit. Tanta componentium vetusta rerum monumenta vel securitas vel par huic vitium credulitas. Quibus vitiiis utinam levissimus auctor minus ipse indulsisset. Hic tamen laudandus est, quum alii errore propagarint, veluti Pausan. 1, 6, 2. Plut. de Alex. fort. 2, 13, quum idem in Alex. 63 Ptolemaeum non memoret. Adde Steph. Byz. in Ὀξυδράκαι.

οὐδὲ παραγενέσθαι ne [affuisse] quidem, nedum ut illa fecerit quae alii de ipso narrant. **Raphelius.**

ἐν ἐκβολῇ τοῦ λόγου. Thuc. 1, 97, 2: τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποίησάμην. Sic etiam Ind. 6, 4. 17, 7 et alii scriptores passim. Proxima sic

intelligo: ut posteri ejusmodi vituperatione territi veritatis minus negligentes sint. Ceterum in his quoque Thucydidis verba obversabantur 1, 20, 4: οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἢ ἐρήσις τῆς ἀληθείας καὶ ἐπὶ τὰ ἐτοῖμα μᾶλλον τρέπονται.

C. 12.

1. ἐς τὸ στρατόπεδον ἐνθενπερ ὠρμήθη. Alexander milites quibuscum in Mallos iverat omnes secum ducebat, reliqui non erant amplius in istis castris e quibus ipse in Mallos profectus erat, sed ducentibus Nearcho, Ptolemaeo, Hephaestione et Cratero ea qua jusserat via progressi erant c. 5, 5. Ex principio vero capitis sequentis video ea castra esse circa confluentes Acesinae et Hydraotae, quo Hephaestionem et reliquos miserat. Ista vero castra posita sunt pluribus diebus post quam ipse Mallos aggredereetur. Ergo vel auctor lapsus est vel locus aliter interpretandus. Interpretare autem στρατόπεδον non castra sed exercitum et ἐνθενπερ unde non de loco sed de hominibus iisdem, qui interim in alium quidem locum progressi erant. Sensus ergo est: Quum vero Alexander ut vulnere mederetur, eodem loco longius commoraretur, pervenit ad exercitum, a quo, quum expeditionem aggredereetur, in Mallos discesserat et qui interea ad confluentes Acesinae et Hydraotae progressus castra posuerat, nuncius eum ex vulnere interissee. *Schmiederus.*

ἐξηγούμενος ἔσται. Non dubito quin addito articulo scribendum sit ὁ ἐξηγούμενος ἔσται. *Pflugkius.* Recte.

2. ποταμῶν δέ. Respondet hoc verbis τοσοῦτων μὲν ἐθνῶν. Proxima Sintenis in cens. alt. p. 140 sic emendat ἐν μέσῳ ἀδιαβάτων τότε [γε] ἐδόκουν εἶναι, satis frigidam et prope ineptam orationem scriptori tribuens: quem hic graviter et apte locutum esse, oratoriae artis non plane imperitum, vel propterea credideris quod egregium ei obversabatur exemplar Xenoph. Anab. 3, 1, 2: ποταμοὶ δὲ διείργων ἀδιαβάτοι ἐν μέσῳ τῆς οἰκαδὲ ὁδοῦ.

τότε δ' ἐδόκουν — tunc vero videbantur etiam omnia (reliqua, non tantum fluvii) ipsis impervia et insuperabilia. Xenoph. Anab. 1, 2, 21: ὁδὸς ἀμήχανος εἰσελθεῖν στρατεύματι. Quod vero post ἐδόκουν subjungitur ἐγαίνετο, hujus pleonasmii alia exempla collegit Gronovius. *Raphelius.* Ante Schmiederum haec omnia sic legebantur et interstinguebantur: φόβον. ποταμῶν τε ἐν μέσῳ ἀδιαβάτων. τότε δ' ἐδόκουν εἶναι καὶ πάντα. Schmiederus comma post ἀδιαβάτων sublatum post εἶναι posuit.

3. λόγος. fortasse ὁ λόγος.

κατελεύσεται. V. Gr. § 40 in ἐρχομαι et Lobeck. ad Phryn. p. 37 s. Sic etiam Polyb. 4, 9, 5 et 26, 2, 14.

C. 13.

1. τὰς ὄχθας καταπλέων. Vulcanius, in cujus editione primum exstitit haec lectio, legit καὶ καταπλέων pro verbis καὶ πλοίων κατὰ, ut probat editioni praefixus indiculus; quam particulam quis omisit et aliam

inseruit? Postea editioni suae adjecit καὶ ἔπλει, non addens ex v. c. habuerit an ex se. Nihil tutius quam vetustissimis exemplaribus mentem adjicere, quorum maxima pars habet καὶ πλοῖον κατὰ etc., unde sic editum simpliciter Basileae. Verum optimus clare habebat καὶ πλέον κατὰ. Nihil occurrit mihi consultius quam legere, prout optime legitur in mss., τὰς ὄχθας καὶ πλοῖον κατὰ τὸν ποταμόν. Vocat πλοῖον κατὰ τὸν ποταμόν quod alioqui dicunt καταποτάμιον πλοῖον, quod prout licuit in tempore adornatum fuit commoditati regis. Gronovius. Quod facillima mutatione edidi, etiam a Sinteni repertum, defensione non eget. Rem memorat Appian. Mithr. 89.

ἐπὶ ταῖς ξυμβολαῖς. non tamen in angulo ipso sed paulo superius ad Hydraoten, ut patet ex c. 14, 4. Schmiederus.

2. οἱ μὲν τῶν ὑπασπιστῶν quidam scutorum. *Raphelius*. Immo armigerorum.

ἐκκομιζομένῳ cum efferretur. Nam egressus si esset, jam tunc eum pedibus incedentem vidisset exercitus, quod tamen postea demum factum narratur § 3. *Raphelius*.

3. τῆς ἐσθῆτος αὐτῆς ἀπτόμενοι vestem ipsam contingentes, quod minus est quam genua aut manus contingere. *Raphelius*. Cf. ann. ad 2, 6, 6.

οἱ δὲ καὶ ἰδεῖν alii vero sc. ἐπέλαζον accedebant, ut eum etiam viderent propius atque etiam boni aliquid adprecari discederent. *Raphelius*. Haec ratio hic paulo durior videtur, ut βουλόμενοι aut simile quid excidisse suspicer.

ταινίαις. Plat. Pericl. 28: στεγάνους ἀνίδουν καὶ ταινίας, ὥσπερ ἀθλητὴν νικηφόρον. cf. Wolf. ad Plat. Symp. 30, 3 p. 212, Appian. Mac. 7, 2: στεγάνους τε καὶ ταινίας ἐπέβαλον τῷ στρατηγῷ. Liv. 33, 33: ruente turba — coronas lemniscosque jacentium. cf. Polyb. 18, 29, 12: στεγάνους ἐπιρρίπτοντες καὶ λημνίσκους.

4. πρὸ τῆς στρατιᾶς ante exercitum. Negant imperatoris esse non modo inter primos sed omnino primum se periculis offerre. *Raphelius*.

ἄχθασθαι. Contrarium memorat Curt. 9, 6, 15, gratam fuisse regi pietatem amicorum. *Raphelius*.

μένους. Semel in his libris legitur verbum Homericum.

καθαπερεὶ ἄλλης τινός, ἐξητιώμενος. Suidas, ceu annotavit Gronovius, haec ita allegavit: καθάπερ οἱ ἄλλης τινός ἡδονῆς ἠτιώμενοι, perinde ac qui ab alia aliqua voluptate superantur. Ut sententia sit: ita Alexandrum gloriae cupiditate victum temperare sibi non potuisse, ut qui alia quadam voluptate se abripi patiantur. Praefert tamen Gronovius hanc scripturam, uti ex versione ejus apparet, καθάπερ οἱ ἄλλης τινός ἐξητιώμενοι. Vertit enim ita: attamen ab robore in pugnis et amore hujus gloriae, sicut alii ab quacunque alia gloria superati et possessi, non poterat temperare sibi, ut a periculis caveret. *Raphelius*. Gronovius, Suidas, inquit, ipse se suspectum facit, dum pro suavissimo composito, quod est in nostris et impressis et mss., ἐξητιώμενος, subdit simplex ἠτιώμενον, quasi ipse commentans hunc locum venisset ad hanc opinionem vocem ἡδονῆς intercidisse ob verbum proximum perinde ab simili ἠ incipiens ἠτιώμενοι, unde deceptus tunc librarii oculus fuerit; quando mox alter librarius incidens in vetustius exemplar, in quo praeferrebatur compositum ἐξητιώμενοι, conferendo utroque exemplari, videtur fecisse ut substantivo omissio illud revocaretur in codices nostri temporis. Hos enim prorsus antehabendos judico cuicumque Suidae supplemento et quantumvis probabili. Haec Gronovius. Verum ejusmodi verbum hic ad-

ditum fuerit necesse est; ac mihi sufficit ἡδονῆς, quod nunc video ex C. enotatum. Nam profecta magna est gloriae cupiditas, si quis tanto ardore pericula quaerit quanto alii amoris delicias. Aliter tamen visum Sinteni, qui καθάπερ οἱ λύττης τινὸς ξηγιτῶμενοι conjecit cl. Plut. Cic. 46: ἐξέπεσον ὑπὸ θυμοῦ καὶ λύσσης τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν et Schaeferi Melett. p. 128.

5. πρὸς τὰς ἐπιτιμήσεις. Praepositione significari „rem quam quis spectans vel facit vel patitur aliquid“ (Held. ad Plut. Aenil. p. 281) admonet Sintenis in cens. priori p. 1141.

βοιωτιάζοντα ἄμα τῇ γωνῇ. Boeotis non tantum ingenium fuit crassius, sed vox ipsorum etiam rusticum quid et inconditum caeteris Graecis sonare videbatur. Hinc inter convicia quibus Aeschines lapidat Demosthenem etiam illud objecit, ut est apud Erasmum in Adagio Boeotissare, quod Boeotorum more vociferaretur immodice et indecore [π. παραπρ. 106 p. 42]: ταῦτα δ' ἔμοῦ μεταξὺ λέγοντος ἀναβοῶν παμμίγεθες Δημοσθένης, ὡς ἴσαι πάντες οἱ συμπρέβεις ἡμῶν· καὶ γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς βοιωτιάζει. In clamore fit allusio ad boum mugitum. Ita apud Xenoph. Anab. 3, 1, 26: Ἀπολλωνίδης τις ἦν βοιωτιάζων τῇ γωνῇ, Boeoticum quid sonans. *Raphelius*. Immo: Boeotica lingua utens, nec aliter nostro loco.

τῷ τι δρῶντι καὶ παθεῖν ἐστὶν ὀφειλόμενον. Non tamen ut ex acumine hujus Boeoti, sed ipsius versiculi habeant ad imitantes milites Mariani, qui apud Plutarchum p. 414 [Mar. 16]: ἀλλὰ καὶ παθεῖν π δρῶντας, ὡς ἐκείνοι, κάλλιον. aut Crassus suos adhortans apud Arrianum p. 246 μὴ καταπλαγήτε, εἰ δὲ π καὶ παθεῖν μεγάλων ἐγχεμένους. *Gronovius*. Jambus, opinor, Aeschyli fuit fragm. 267: δράσαντι γὰρ τοι καὶ παθεῖν ὀφείλεται. ubi Arrianum τί pro τοῖ legisse videas.

ἐν τε τῷ παρανίκα εὐδοκιμήσαι et tunc laudatum, celebratum fuisse illum senem. Τὸ παρανίκα in praesentia, continuo, statim, contrarium τὸ ἔπειτα postea. *Raphelius*. Εὐδοκιμήσαι melius veritit Vulcanius placuisse.

C. 11.

1. ἀντοκράτορες, περὶ σπονδῶν. Equidem delendum puto comma et περὶ σπονδῶν conjungendum cum ἀντοκράτορες, ut ipsis libera potestas data dicatur agendi de foedere ineundo. *Raphelius*.

2. ἔτι μᾶλλον. Cur ἔτι μᾶλλον, id significatur verbis ἦντινα ἐλευθερίαν κ. τ. λ.

4. ἐπὶ τῇ διατουῇ. Gronovius ex optimo illo codice elegantissime ita hunc locum emendat: ἐπὶ τῇ διατριβῇ τῇ ἐκ τοῦ τραύματος, hoc est per moram quam vulnus exigebat. Aliam lectionem, neque illam incommodam, eodem Gronovio teste ex Augustano produxit Vulcanius ἐπὶ τῇ διαμονῇ τῇ ἐκ τοῦ τραύματος. Qui et tunc interpretationem sic auxit: com pluribus in illa mora, dum vulnus curatur. *Raphelius*.

ὄσους περ καὶ πρότερον, nempe τοῖς τοξόταις καὶ τοῖς Ἀργυῶνας c. 2, 2. *Schmiederus*.

5. ἐμβάλων δέ, τὸ πᾶν ὕδωρ. Quod comma in Blancardi et Gronovii editionibus post ὕδωρ scriptum erat, id rejeci post δέ, postulante hanc mutationem manifesto ipsius loci sententia. Ponitur autem ἐμβάλων absolute in consequentia designanda. Ita in sacris litteris Marc. 9, 20:

ιδῶν αὐτόν, εὐθὺς τὸ πνεῦμα ἐσπέραξεν αὐτόν. Act. 20, 3: ποιήσας τε μῆνας τρεῖς, — ἐγένετο γνώμη τοῦ ὑποστρέφειν. Vertendum igitur: Postquam autem in Acesinem lapsus est Hydaspes, est Hydaspes, universa illa aqua Acesines vocata progreditur. *Raphelius*.

παρέχεται. Similiter Pausan. 8, 23, 2: ἀνατελλαντος δὲ ἰνιαῦθα τὸ ἔδωρ τὸ ἀπὸ τούτου παρέχεται ποταμὸν ἀένναον, Τράγον. *Ellendtius*.

ἐπὶ τούτῳ post hunc, praeter hunc. Videtur autem Arrianus non satis sibi constare, cum in Ind. 4, 8 scribat Hyphasin non per se in Acesinem illabi, sed ab Hydraote recipi. *Raphelius*.

τῷ αὐτῷ δὴ ὀνόματι. Sintenis in cens. alt. p. 158 τῷ αὐτοῦ δὴ ὀνόματι conjecit cl. § 5 v. 3 et Ind. 4, 10: τούτων ὁ Ἀλεξάνης ἐμπλησθεῖς καὶ τῆς ἐπικλήσεως ἐκνήσας αὐτὸς τῷ ἔωντοῦ ἤδη [lege δὴ] ὀνόματι ἐσβαίλει ἐς τὸν Ἰνδόν. Sed ea conjectura speciosior est quam verior. Nam ut in his verbis aptissimum est τῷ ἔωντοῦ, quum Acesinis nomen ceterorum nominibus amnium opponatur, ita verissimum hic est τῷ αὐτῷ, quum ante dictum sit Hydaspes recepto Acesinem suum nomen retinere ac proinde addendum sit: idem ipsum nomen ei remanere etiam Hyphasi recepto.

ἐυγχαρεῖ δὴ cedit tandem. Sic c. 15, 6 et Matth. 13, 23: ὅς δὴ καρποφορεῖ. Ad quem locum bene Erasmus: Non est simpliciter: et fructum adfert, sed ὅς δὴ, id est, quod denique. Ut intelligas caeteros omnes infrugiferos hunc demum reddere fructum. Ita et Acesines reliquorum victor Indo demum concedit. *Raphelius*. Memineris hic quoque δὴ particulae propriam suam vim subesse qua nostro eben respondet De re cf. Curt. 8, 9, 8: Acesines Indum [libri Gangem] auget, decurrurum in mare intercipit magnoque motu amnis uterque colliditur: quippe asperum os influenti objicit nec percussae aquae cedunt.

C. 15.

1. τὸ Ἀβασσιανῶν ἔθνος. Curt. 9, 8, 4—7 eos nominat Sabracas [Sabarcas], validam quidem gentem, at primo exercitus adventu ita territōs ut legatos mitterent gentem dedituros. Diod. 17, 102 eosdem nominat Sambastas et praeter has Sodras et Massanos. In Arriani Ind. 4, 8 circa has regiones ubi Abastani inveniuntur Asrobacae. Ceterum de Abastanis, Xathris et Ossadiis nihil invenio. *Schmiederus*. ἔθνος hic quodammodo bis cogitandum: τὸ Ἀ. ἔθνος, ἔθνος αὐτόνομον ὄν. cf. ann. ad Thuc. 2, 68, 5.

ἢ δὴ ἐν —. Recte Facius: quas in Xathris (quae et ipsa Indorum gens libera se dederat) comparari jusserat. Videtur vero scripsisse ἐναυπηγήθη αὐτῷ, ὃ δὴ ἄλλο ἔθνος Ἰνδῶν αὐτόνομον προσχώρησαν αὐτῷ. *Gronovius*.

2. τοὺς Θρακῆς πάντας Thracas omnes, quos non equites tantum sed pedites etiam fuisse constat ex 2, 9, 3. 3, 12, 5. *Raphelius*.

3. Τυριάσπην. cf. Curt. 9, 8, 9 s, ubi Terioltes dicitur.

4. ἐν ἀριστιερᾷ pro ἐς ἀριστιεράν. *Schmiederus*. Ego ἐς vel ἐπ' ἀριστιεράν suadeam.

καὶ Πείθωνα. Quis hic duos ferat satrapas, cum praesertim σατράπην dictum sit; equidem non dubito quin legendum sit καὶ στρατηγὸν Πείθωνα.

5. καὶ Κράτερον μὲν —. Sensus, si locus sanus, apparet ex 17, 3 et 27, 3 essetque: Craterum vero cum exercitu suo nunc ex India dimittit, ut rediret per Arachotorum et Drangorum fines ipsumque in Carmania maneret. *Λύθεις* esset hoc loco Germanicum wieder, non iterum: den Craterus schickt er wieder zurück aus Indien, ut 17, 3 et multis locis. Sed locus laborat et mihi quidem dubium non est quin voces *διὰ τῆς Ἀραχώτων καὶ Δράγγων γῆς* glossema sint. Primum durior est explicatio verbi *ἐκπέμπειν* remittere ex India, quum adjiciendum esset *ἐκ τῆς Ἰνδικῆς γῆς*. *Ἐκπέμπειν* enim in nostro simpliciter est ex castris progredi jubere. Quodsi vero mitterem, idem tamen homo qui nunc ex India remittitur amplius in India versari nequit. Craterus autem e Sogdis in Musicani adhuc fines pervenit non parum a Sogdis distantes ibique arcem munivit § 7. Ergo nondum remissus erat. Quis enim credat Arrianum post pauca verba oblitum esse quae modo scripserat? Porro merito accusandus esset auctor quod non adjiceret quibuscumque copiis Craterus remissus sit. Denique c. 17, 3 demum locus is est ubi Craterus remissus narratur. Inter copias vero quibus ibi praefectus narratur sunt Macedonum ὅσους ἐς Μακεδονίαν, ἀπομάχους ὄντας ἤδη, ἐστelle τὴν ἐπ' Ἀραχώτων καὶ Δράγγων. Quorum remissio longe prior est quam Crateri, quibus autem lector quis ab initio Craterum praefectum fuisse credidisse videtur: et quum nostrum locum non intelligeret, Crateri ex India recessum ibi indicari putans, verba quae notavi inseruit. Quae si iterum ejicis, omnia sana sunt et sic interpretanda: Craterum ex Sogdis et nova urbe cum exercitu pedestri quem ducebat emittit, ut ad laevam Indi ripam progrediretur meridiem versus, in Musicani regionem; ipse eodem cum navibus tendit. *Schmiederus*.

τὴν Μουσικανοῦ ἐπικράτειαν. Strabo 15, 1 p. 701: πρὸς αὐτῇ δ' ἦδη τῇ Παταληνῇ τὴν τε Μουσικανοῦ λέγοισι καὶ τὴν Σάβου, τὰ Σινδονάλια, καὶ ἐπὶ τὴν Πορτικανοῦ καὶ ἄλλων, ὧν ἐκράτησεν ἀπάντων Ἀλέξανδρος, τὴν τοῦ Ἰνδοῦ περιουκούντων ποταμίαν, ὑστάτης δὲ Παταληνῆς, ἣν ὁ Ἰνδὸς ποιεῖ σχισθεὶς εἰς δύο προχοάς. Cf. Diod. 17, 102. Multa de hac terra maxime ex Onesicrito rettulit idem ib. et p. 694. Musicanos populum memorat Curt. 9, 8, 8. 10. 16, quod explicari possit ex iis quae ad 4, 22, 6 annotata sunt.

οὐδέ τι οὔτε. Fortasse ἐπὶ δ' οὔτε. *Pflugkius*. Ego nihil mutem. Nam οὐδέ proxima duo membra conjuncta superioribus annectit, eadem ratione qua καὶ — τε — καὶ dici docui ad Xenoph. Anab. 1, 8, 1; neque molesta videri debet τί vox passim sic negandi verbis adjuncta. Herod. 4, 19: οὔτε τι σπειρόντες οὐδὲν οὔτε ἀρῶντες. 8, 20: οὔτε τι ἐξεχομίσαντο οὐδὲν οὔτε προϊάξαντο Dionys. Arch. 11, 22 p. 2210: μήτε τι ἐκ τοῦ βαλίου παθεῖν μηδὲν μήτε ἐκ τοῦ θολίου.

6. ὅτι ὠρμηται ὡς ἐπ' αὐτόν quod expeditionem adversus se suscepisset. ἐπ' αὐτόν non erat omittendum, ne forte de universa Alexandri adversus barbaros expeditione intelligatur. *Raphelius*.

C. 16.

1. Ὁξυκανός. Eundem esse qui ab aliis Porticanus dicitur ex Diod. 17, 102 conjeceris. Praestos ejus populum vocat Curt. 9, 8, 11.

2. αὐτῷ αἰ. Displicet articulus; facilius feram αἰ; fortasse tamen scriptor dederat ἔστιν αἰ.

3. *Σάμβον*. Sic etiam Diod. l. 1. et nunc Curt. 8, 8, 13. *Σάβας* Strabo l. 1. *Σάββας* Plat. Alex. 64. cf. interpr. ad Curt. l. 1.

4. *Σινδίμανα*. *Σινδονάλια* Strabo, ut *Σινδόμανα* vero propius videatur.

τῶν ὄρειων Ἰνδῶν σατράπην. Sambum miror dici Indiae montanae satrapam ab Alexandro positum. Unde enim satrapam regioni ponere potuit quam non tenebat? Sambum autem diu jam istas regiones tenuisse perspicuum est ex inimicitia cum Musicano. Deinde si Sambus esset satrapa Alexandri, cur fugeret regem Musicano ignoscentem? Hoc saltem probat Sambum non minus fuisse regulum Indicum quam Musicanum; et quom hosti suo ab Alexandro veniam datam audiret, nihil boni ab Alexandro exspectabat et sicut Porus alter fugae se mandabat. Accedit Diodorum 17, 102 de Sambii regno et Curtium de Sabo rege loqui; neuter eum satrapam appellat. Si fuit satrapa, negligentia tamen Arriani vituperanda est, qui forte notare oblitus est Sambum antequam Alexander ad Musicanum pervenisset legatos ad regem se et suos dedituros misisse (tale quid Curtius referre videtur 9, 8, 17) eumque eidem regioni quam jam tenebat sub nomine satrapae ab Alexandro praefectum esse. Sambii regio ad laevam Indi ripam fuisse videtur, sicut regna reliquorum hic nominatorum Indorum. Supra vero aliorum Indorum montanorum mentio fuit in dextra Indi incolentium. *Schmiederus*.

οἱ οἰκτιροὶ οἱ. Alterum articulum rejicit Sintenis in cens. alt. p. 158, quod non sit cur articulo ab aliis distinguantur. Profecto apud Atticum scriptorem ipse quoque sic judicaverim; sed in Arriano codices sequi tutius arbitrabar.

ἀπηρίθμησαν. Vulcanius legendum conjicit *ἀναρίθμητα*. *Blancard*. Rettulit Raphaelius sibi notatu dignum videri significans; sed non est probandum.

5. *ἐν τοῦτῳ* interea. *Raphaelius*.

C. 17.

1. *οὗτος δέ*. Schweighaeuseri conjecturam ego recipendam duxi, quod parum probabile videretur contra Musicanum missum esse Pithonem; Musicani oppida (omnia) expugnasse Alexandrum. Ubi tandem, quaeso, fuit Musicanus nisi in suorum oppidorum aliquo? Credemusne alio quo confugisse hominem? At hoc Arrianum dicturum fuisse censeas. Neque vero illi emendationi cum Sinteni in cens. alt. p. 159 opponenda putaverim verba § 2: *ἐνθα δὲ Μουσικανὸς ξυλληθῆις ἄγεται πρὸς Πείθωνος*, quom *ἀγεσθαι* idem esse possit quod *ἐς ὕμν ἀγεσθαι* *Ἀλεξάνδρου* 3, 30, 3. Rectius, opinor, vir doctissimus opposuisset verba § 1: *καὶ ἐπὶ τοῦτον μὲν ἐκπέμπει Πείθωνα*, quippe quae significare videantur in aliam expeditionem alium esse profectum. Poterat autem Pithon cum expedita manu mitti, ut Musicanum fuga salutem quaerentem persequeretur (cf. c. 17, 5 s.). atque ipse Alexander eodem tempore Musicani terra peragrata oppida vel diruisse vel praesidiis firmasse. Huic explicationi egregie favet verbum *ἐπελθών*, quod Sinteniin, quom *αὐτὸς* scripturam defendat, damnasse miror, non dicentem unde huc irreperit. Profecto ea quam modo posui ratione intellectis verbis justo brevius res enarrata videatur; sed revera scriptorem hoc voluisse ac proinde *αὐτὸς* restituendum esse probabile censeo.

2. ἄρχων. Moeris vocatur a Curtio 9, 8, 28. *Raphelius*. Pro Πατάλων legendum Παταλέων. Neque enim de terra ita dixit Arrianus ut de urbibus, annibus, montibus τὰ Πατάλα ἢ πόλις et similia.

ἔφην. Supra 5, 4, 1. *Raphelius*. Similia fere repetit Arrianus in Ind. 2, 6 et falli non videtur qui Pattala majora credit quam Delta Aegyptium. cf. not. ad Ind. l. l. Ceterum in ss. distingue urbem in insula et insulam ipsam eodem nomine designatam. *Schmiederus*.

3. ἔστειλλε. Gronovius ex mss. citat ἔστειλλε, quos inutiles jam bello factos in Macedoniam mittebat, non vero jam miserat, quibus deducendis Craterus erat praepositus. *Raphelius*. Strabo 15, 2 p. 721: Κρατερὸς δ' ἀπὸ τοῦ Ὑδάσπου ἀρξάμενος δι' Ἀραχωτῶν ἦει καὶ Ἀραγγῶν εἰς Καρμανίαν. paulo ante: ἅμα χειροῦμενον τε τὴν Ἀριανὴν (προπέμψε) καὶ προϊόντα ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους ἐφ' οὓς Ἀλέξανδρος τὴν πορείαν εἶχεν.

τὴν ἐπ' Ἀραχωτῶν. τὴν sc. ὁδόν. *Raphelius*.

4. ἐς τὴν ἐπ' ἐκεῖνα ὄχθην. Dicit auctor a dextra Indi ripa, unde Craterus dimissus erat, Pithonem in laevam missum esse, ut retro iret, unde venerat Alexander, novas illas urbes spectaturus de quibus loquutus erat auctor c. 15, 2 et 4. *Schmiederus*.

5. τὰ Πατάλα. Strabo 15, 1 p. 701: ἐν δὲ τῇ Παταληνῇ πόλις ἐστὶν ἀξιόλογος τὰ Πατάλα, ἀφ' ἧς καὶ ἡ νῆσος καλεῖται.

6. θαρροῦντας redire eos fidenti animo jubens. *Raphelius*.

οἱ πολλοὶ plerique. *Raphelius*.

C. 18.

2. ἐνταῦθα nempe in angulo ubi flumen disjungitur. cf. c. 20, 1. *Schmiederus*.

ὃ δὲ καταπλεῖν — ipse navigare cogitabat usque ad ostium fluminis dextrorsum fluentis in mare. Ἐς τὴν θάλασσαν referenda ad ῥέοντος, καταπλεῖν vero ad ἔσσι ἐπὶ τὴν ἐκβολήν. *Raphelius*.

3. κατὰ τὴν νῆσον —. Graeca volunt: qui in insula Pattalis e regione classis procederet. Sic alibi ἀντιπαριέναι. Nec male Facius: per Pattala insulam misso, ut pariter cum classe progrediretur. *Gronovius*.

4. τῷ ῥόφῳ decursui fluminis. *Raphelius*. Formam intactam reliqui, cum fieri possit ut Arrianus propterea non contraxerit ne sonus idem esset qui ῥ litterae.

κοιλόν τε ἐποίει. Eodem sensu κοίλος usurpatur Polybio 1, 60, 6: σκίσι δὲ δυσχερῆ γενόμενον τὸν ἀνάπλουον πρὸς ἀντίον τὸ πνεῦμα κοίλης καὶ τραχείας οὐσῆς τῆς θαλάττης, mari modo dehiscente, modo asperius intumente. *Raphelius*. Sic etiam nostrates dicunt: das Meer ging hochl. *Schmiederus*. Plut. Luc. 24: ἀρξάμενον ἀφ' ἐσπέρας ὑποχωρεῖν τὸ ῥεῦμα καὶ μειοῦμενον διὰ νυκτὸς ἅμ' ἡμέρᾳ κοίλον παρέσχεν ὄψθῆναι τὸν ποταμόν. cf. ann. ad Thuc. 7, 84, 3.

διελύθησαν dissolutae, laceratae sunt. *Raphelius*.

διαπεσεῖν priusquam penitus dilaberentur in aqua. *Raphelius*.

5. ἀπὸ τῆς ἕξω θαλάσσης ab exteriori mari. Ita distinguitur ab interiori sive mediterraneo, quod τὴν ἐντὸς θάλασσαν vocat 6, 1, 3. *Raphelius*.

αἱ κῶπαι — remi aegre inter fluctus tollerentur in altum. Sic 6, 5, 3 [μετωρίσαι]. Thuc. 2, 84, 2: τὰς κῶπας ἀδύνατοι ὄντες ἐν κλυδωνίῳ ἀναγέρον. Hic sensus quoque latet in Polyb. 1, 62: τῶν δὲ πληρωμάτων εὐχερῶς ἀναγερόντων τὸν κλυδῶνα. Plane hoc ipsum dicit Longus Ποιμην. 3 p. 117: οἷον οὖν εἰώθασι ναῦται δρᾶν εἰς καμάτων ἀμελιαν, τοῦτο κακίνοι δρῶντες τὰς κῶπας ἀνέγερων. *Gronovius*.

C. 19.

1. ἐνταῦθα — ibi quum in statione essent, accidit id quod in magno mari (non item in mediterraneo et imprimis Aegaeo, ubi vivunt Macedones et Graeci) accidere solet, nempe refluxus, sic ut in sicco ipsis destituerentur naves, quod quum Alexandri comitibus antehac ignoratum esset, non parum eos res ista perculit. *Gronovius*. Nam in mari mediterraneo tam exiguus est fluxus et refluxus vix ut animadvertatur. Quare etiam Caesaris milites quum „maritimos aestus maximos in Oceano“ experti essent, magnopere sunt perturbati auctore Caes. b. g. 4, 29. cf. Robertson de India annot. VI p. 198 s. interpret. Germ. Rem exornat Curt. 9, 9, 9. De verbo ἄμπους v. Lobeck. ad Phryn. p. 340.

καὶ αὐτό vel ipsum, vel solum, per se, schon an und für sich. Aucltus enim est terror accedente fluxu.

2. κατέλαβεν. sc. τὸ ὕδωρ. *Raphelius*.

αὐται δέ. αὐτὰ μὲν expectaveris. Sed v. ad pro. 1.

αἱ μὲν αὐτῶν ἐμπεισοῦσαι — aliae quidem invicem illisae, aliae vero ad terram propulsae dissiluerunt. Ut utraeque intelligantur dissiluisse. *Raphelius*.

3. Κιλλουτιά. Plut. Alex. 66: Σκιλλοῦσαν αὐτὸς ὠνόμασεν, ἔπειτα δὲ Φιλιππῶν. *Schmiederus*.

κατέσχευεν tendebat, cursum dirigebat. Sic Act. 27, 40. *Raphelius*. Immo appulit. Cf. 6, 4, 1 et Kr. annot. ad Xenoph. Anab. 5, 9, 33 ed. max.

4. ἄλλην νῆσον, ταύτην ἤδη ἐν τῇ θαλάσῃ. Recte haec se intellexisse declarat Vulcanius vertens: aliam insulam prospicit, jam in mari sitam, non in amne, ut superior. Nec aliter Sinenis in cens. priore p. 1141. Ego nunc νῆσον ταύτην, ἤδη aut νῆσον, ταύτην δ' ἤδη suasi, quod οὗτος solum hac ratione ab Arriano appositum esse non memineram.

ὡς ἐπὶ τὴν ἄλλην ad illam alteram, cujus modo facta mentio [verbis ἄλλην νῆσον], indicat articulus. *Raphelius*.

θύει. opt. θύειν, ut referatur ad superius ἔγασκε. *Gronovius*. Merito hoc durius dicit Schmiederus. Quod Sinenis profitetur in cens. all. p. 154 s. θύειν scripturam veram esse testari partim rem ipsam, partim repetitionem verbi, utramque rationem mihi satis obscuram esse doleo.

5. ὑπερβαλὼν eVectus os ejus quadräginta stadia processit

in mare. Ita verterim ex Curtio 9, 9, 27. Neque enim ἐς τὸ πέρατος ἀνέπλεε notat ubi sed quo navigarit. *Raphelius*.

ἀπιθεῖν. Gr. § 55, 3 ann. 20.

ὡς πεπλευχέναι. v. ad 5, 2, 1.

τὴν ἔξω Ἰνδῶν θάλασσαν. Vulcanius [convertens:] ut in Oceano qui ultra Indos est navigasse diceretur videtur ita consideravisse quasi voces ἔξω Ἰνδῶν conjunxerit et tali modo nunc ultra Indos navigatio Alexandri se extenderit, prout apud poetam extra sidera telus. Sed non ita intelligit Arrianus ponens mare externum et quidem Indorum, quum ejus ora ab diversis possideatur gentibus. Ἰνδῶν θάλασσαν separatim habes apud nostrum, sicut etiam separatim τὴν ἔξω θάλασσαν. *Gronovius*. Hoc si voluisset, dicturus erat τὴν ἔξω τὴν Ἰνδῶν θάλασσαν. Neque est cur Vulcanii ratio displiceat. Recte enim Schmiederus admonet pariter Ind. 1, 1 τὰ ἔξω Ἰνδοῦ ποταμοῦ esse regiones ultra Indum. Quis autem non credat lubenter Alexandrum etiam ultra Indos se pervenisse gloriatum esse?

τὴν τε γιάλην — et phialam illam, quae aurea erat. Ex articulo τὴν intelligitur illam ipsam phialam in mare projecisse qua libaverat. *Raphelius*.

ἐνέβαλλεν. Scribendum ἐνέβαλεν, ut modo ἀγῆκεν. *Pflugk*.

ἔϋν Νεάρχῳ ἐπενόει. De hoc consilio v. ipsius Nearchi narrationem Ind. 20. cl. 32, 11 et infra 7, 20, 9 s., Diod. 17, 104.

C. 20.

1. τὴν τε ἄκραν. De arce v. c. 18, 1. de Pithone c. 17, 4. *Schmiederus*.

2. κατὰ τὸ ἕτερον στόμα per alterum os. Duobus enim ostiis in mare evolvitur Indus. *Raphelius*. [Dicit] τὸ εὐώνυμον. Utrumque ostium ab Alexandro tentatum esse refert etiam in Ind. 20, 10. *Schmiederus*.

ἐς τὸν πόρτιον CD, ut ego sero conjeceram, Arrianum ita in hoc verbo articulum non omittere recordatus. cf. 1, 11, 6. 7, 1, 1. 3. 7, 2. 4.

ὀχτακοσίους καὶ χιλίους. Adscribo verba Strabonis 15 p. 482 [p. 701]: Ἀριστόβουλος εἰς χιλίους σταδίους διέχειν ἀλλήλων γῆσιν αὐτὰς (τὰς προχοάς, τὰ στόματα), Νεάρχος δὲ ὀχτακοσίους προσέειπεν Ὀνησίκριτος δὲ τὴν πλευρὰν ἐκάστην τῆς ἀπολαμβανουμένης νήσου τριγώνου τὸ σχῆμα διαχλίων, τοῦ δὲ ποταμοῦ τὸ πλάτος καθ' ὃ σχιζέται εἰς τὰ στόματα ὅσον διακοσίων· καλεῖ δὲ τὴν νήσον Δέλτα καὶ γῆσιν ἴσην εἶναι τοῦ καὶ Αἰγυπτου Δέλτα, οὐκ ἀληθὲς τοῦτο λέγων. Τὸ γὰρ καὶ Αἰγυπτου Δέλτα χιλίων καὶ τριακοσίων σταδίων ἔχειν λέγεται τὴν βίαν, τὰς δὲ πλευρὰς ἐκατέρωθεν ἐλάττω τῆς βίανος. Quod si verum, majus esset Indicum Aegyptio: id quod supra 17, 2 dixerat noster. At si sequimur Herodotum, Delta Nili praeter mare a Persei specula ad Pelusiacas usque taricheas 40 schoenos longum est (2, 15), schoenus autem aequat 60 stadia, Delta ergo Aegyptum juxta mare 2400 stadia longum esset et superaretur basis Indici. Idem Herodotus a mari ad Heliopolin latitudinem Aegypti 1500 stadia aequare auctor est. Heliopolis autem a mari parum longius distat quam locus ubi scinditur Nilus. Si igitur sequimur Herodotum, majus esset Nili Delta quam Indi: et in mappis geographicis quas vulgo circumferunt Indicum vix aequale est Aegyptio. *Schmiederus*.

3. τῆς ἐκβολῆς. Hoc conjungendum vel cum κατάπλω vel cum ἀγικετο, ut sensus sit in ostio fluminis ipsum pervenisse ad lacum, si modo verbum hunc casum recipit. *Raphelius*. Immo pendet ex λίμνην, quae pars est totius ἐκβολῆς. Cf. Polyb. 16, 16, 8: τὰ περὶ Σελλασίαν κεῖται τῆς Σπάρτης ὡς πρὸς τὰς θερινὰς ἐκβολὰς. Nec multum discrepat ea ratio qua dicitur ἀγικετο τῆς Ἀτικῆς ἐς Ἀχαρνάς.

μεγάλην τε. Lacum reddit auctiorem. *Raphelius*.

4. ταῖς τριακοντόροις. Articulus ταῖς non videtur admittere vocabulum aliquot a Vulcanio insertum. *Raphelius*.

τὴν ἐπὶ τάδε τοῦ Ἰνδοῦ ἐκβολήν citerius Indi ostium, dextrum nempe, quod citerius appellatur respectu Graeciae, a qua sinistrum erat remotius, quod proinde ulterius diceretur. *Raphelius*. Recte; τοῦ Ἰνδοῦ haud dubie ex ἐκβολήν pendet, quod mirum est fuisse qui vel non viderent vel dubitarent.

ἢ ἐν τῷ παράπλω ad littus quod navibus legendum erat sita.

ἐπισκεπτόμενος. Duo in terrestri hoc itinere fecit Alexander, ut et naturam regionis cognosceret et puteos effodi juberet. *Raphelius*.

5. αὐτὸς μὲν —, μέρος δέ ipse quidem reversus ad naves Pattala remeabat, partem autem exercitus etc. Illud mox [Vulcanii] turbat nonnihil sensum. *Raphelius*.

τὰ αὐτὰ ταῦτα. nempe γράτα δοῦναι. *Schmiederus*. καὶ τὴν χώραν ἐπισκέπτεσθαι.

ἐργασομένους. Gr. § 58, 4 ann. 1.

καὶ τοῦτοις et ipsi, sequentes Alexandrum. *Raphelius*.

ἐπηγάγετο. v. ann. ad Thuc. 1, 81, 1.

ἐν τῷ παράπλω pro eis τὸν παράπλων. Etiam Freinshemius ad Curt. 9, 10, 2 ea navalia quae ad lacum hunc aedificata erant pro eo loco habet ex quo Nearchus expeditionem navalem susceperat. *Schmiederus*. Istam interpretationem praeivit Vulcanius vertens: aliaque ad navigationem necessaria paravit. Mihi verba corrupta videntur; sed emendationem satis probabilem non habeo.

C. 21.

1. ἐτήσιοι ἀνεμοί. Sunt in Oceano Indico venti stati, qui per aestatem ab occidente, per hiemem ab oriente spirant, quibus obstare non licet. A nostris vocantur the monsoon, la mouson. Scripsi de his ventis ad Hist. Ind. 21, 1, praecipue Vincentium sequutus. Ab aliis alia et falsa quidem relata vidi. Spirant, ait, in istis regionibus post principium Novembris usque ad Martium venti orientales; in reliquo vero mari Indico boreales, i. e. media plaga inter septemtrionem et orientem flantes. Quo vero tempore commutantur venti boreales cum australibus, mare interdum per duos menses procellosum est, id quod navigationem Nearchi retardabat. Navigationem vero inceptam periculosam reddebant venti ab austro (quia Nearchus ante tempus idoneum solvere coactus erat), sicut etiam quod navibus minoribus uterentur et littora legerent, ut Plinio teste 6, 23

[26] VII menses navigando consumerent. *Schmiederus*. Cf. de ventis his St. Croix Examen. p. 349. *Schneiderus*.

κατεΐχον. Pro κατέχειν Polyb. ἐπέχειν dicit 5, 5, 6: ἀναπλῦσαι ἐκείθεν τῶν ἐτησίων ἐπεχόντων ἀδύνατον. De his etesiis navigationem impediētibz et infra meminī Ind. 21, 1. *Raphelius*.

κατὰ νότον, ab ea parte Oceani quae est versus austrum. Nam idem Oceanus et orientem spectat. *Raphelius*. Male.

Ἔστανται. Idem hoc στάσις εχει est Polybio 5, 5, 3: ὅτι τῶν ἐτησίων ἦδη στάσις ἐχόντων δυνατόν ἐστὶ τὴν παρακομιδὴν ἐκ τῆς Κεφαλληνίας εἰς τὴν Μεσσηρίαν ἐν ἡμέρᾳ ποιήσασθαι μῦ, cum jam etesiarum flatus vigerent etc. *Raphelius*. Cf. ann. ad Thuc. 6, 104, 3.

2. τῆς ἀρχῆς. Cum in omnibus mss. Gronovius invenerit τὴν ἀρχήν, quod notat omnino, utique, prorsus, haec ita verti debuisse ait: sed ab hieme, utique vel prorsus per id tempus quod est ab occasu Plejadum ad hibernum solstitium. Ut hoc dicatur, si non ab illo tempore, quo tempestates hibernae saepe oriuntur ante Astro-nomicum hiemis initium, quod est occidente sidere Vergiliarum, certe ab occasu earundem mare navigabile esse. *Raphelius*. Mira interpretatio vel propterea rejicienda quod τὴν ἀρχήν nisi negandi particula addita hanc vim habere non soleat. V. Hermann. ad Soph. Antig. 92.

Πλειάδων. Ita Curt. 5, 6, 12: sub ipsum Vergiliarum sidus. Polyb. 3, 54, 1: τῆς δὲ χιόνος ἦδη περὶ τοὺς ἄκρους (Alpes) ἀθροισμένης διὰ τὸ συνάπτειν τὴν τῆς Πλειάδος δύσιν. Liv. 21, 35: occidente jam sidere Vergiliarum. Plin. 2, 47: Vergiliarum occasus hiemem inchoat, quod tempus in III Idus Novembris incidere consuevit. V. Freinshem. ad Curt. Idem Plin. 12, 29: Vergiliarum exortu aestas incipit, occasu hiems. Polyb. l. 5 in.: περὶ τὴν Πλειάδος ἐπιτολήν, in Vergiliarum exortu, i. e. ἀρχομένης τῆς θερέτας, incipientē aestate, uti idem paulo post ait. *Raphelius*. Cf. Ideler Chron. 1 p. 241 s.

κατὰ γῆν in terra. Ita κατὰ multis in locis usurpatur. Tunc enim in terra magis quam alio anni tempore, utpote multis pluviis madida, aures existere lenes. *Raphelius*. Sed hoc nescio a terra eam ob causam quod madida est ventos spirare. *Schmiederus*. Bene quidem κατὰ γῆν interpretatur a terra.

3. Νέαρχος μὲν δὴ —. Strabo 15, 2 p. 721: τὸ δὲ ναυικὸν Νέαρχος καὶ Ονησικριτῷ τῷ ἀρχικυβερνήτῃ παραδοὺς ἐκέλευσεν οἰκείας στάσιως (ventorum) ἐπιλαμβανομένους ἐπακολουθεῖν καὶ ἀντιπαραπλεῖν αὐτοῦ τῇ πορείᾳ καὶ δὴ καὶ γῆσιν Νέαρχος ἦδη τοῦ βασιλέως τελοῦντος τὴν ὁδὸν αὐτὸς μετοπίρου κατὰ Πλειάδος ἐπιτολήν ἑσπερίαν ἀρξασθαι τοῦ πλοῦ, μήπω μὲν τῶν πνευμάτων οἰκείων ὄντων, τῶν δὲ βαρβάρων ἐπιχειροῦντων αὐτοῖς καὶ ἐξελαυνόντων· καταθαυρήσῃα γὰρ ἀπελθόντος τοῦ βασιλέως καὶ ἐλευθερίας.

αὐτὸς δὲ ἄρα ε. Strabo 15, 2 p. 721: γενέσθαι δ' αὐτοῖς θερούς τὴν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς ἄγῃσιν ἐπιτηδὲς συνέβη· τότε γὰρ ὄμβρους εχει τὴν Γεδρωσίην καὶ τοῖς ποταμοῦς πληροῦσθαι καὶ τὰ ὑδρεία, χειμῶνος δ' ἐπιλείπειν· πίπτειν δὲ τοῖς ὄμβρους ἐν τοῖς ἄνω μέρεσι τοῖς προσαρκτικῶς καὶ ἑγγύς τῶν ὀρών· πληρομένων δὲ τῶν ποταμῶν καὶ τὰ πεδία τὰ πλησιάζοντα τῇ θαλάττῃ ποτίζεσθαι καὶ ὑδρείων εὔποριν. προέπεμψε δ' εἰς τὴν ἐρημον μεταλλεύσις τῶν ὑδρείων ὁ βασιλεὺς καὶ τοὺς νεώσταθμα αὐτῷ καὶ τῷ στόλῳ κατασκευάσαντας.

Ἔστε μὲν ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Ἀράβιον. Strabo 15, 2 p. 720: (ἀπὸ τῆς Πατιαλήνης) οἰκοῦσιν Ἀραβίαι πρῶτοι, ὁμώνυμοι ποταμῷ Ἀραβί, τῷ ὀρίζοντι αὐτοῦς ἀπὸ τῶν ἐξῆς Ἰβριτῶν, ὅσον χιλίων σταδίων ἔχοντες παραλίαν, ὡς γῆσι Νέαρχος. Ἰνδῶν δ' ἐστὶ μερὶς καὶ αὕτη. Scripturam nostro loco

quamquam falsam esse intellexi, Salmasio tamen auscultare dubitavi. Nam in Indicis constanter legitur Ἄραβις 21, 8. 22, 8. 23, 1 et Ἀράβις 21, 8. 22, 10. 25, 3. Pariterque Ἀραβιν noverunt Ptolemaeus 6, 21 et Stephanus Byz. in v. Ἀραβες leguntur apud Niceph. Blemm. p. 424 Bernh. Itaque Ἄραβιν una littera deleta scribendum puto. Falsis scripturis jam deceptum videas Animianum 23, 6, 71. 73.

ὄδατα τε δρύσσειν ut puteos effoderet simulque Oritas subito adoriretur. His enim duabus de caussis in terram egressus est. Sic c. 22, 3 τὸ τε ναυικὸν ὑπομένειν. *Raphelius*. Non navibus ante profectum fuisse, sed terrestri itinere προχωρῆσαι recte admonet Schmiederus. Τέ particulæ respondet καὶ ἅμα.

Ἠρείταις. Male Ἠρείται scribuntur apud Strabonem et Arrianum, cum debeant esse Ἠρίται. At Ἠρείται dicuntur ab Oreo urbe Enboeae, quos τετρασυλλάβως extulit Apollodorus: τῶν Ἠρείτῶν νηκτὸς αἰούσαν πόλιν. *Salmasius* ad Solin. p. 828. Adde Eustath. ad Dionys. 1095. Sed periculum est ne in tali re non librariorum sed scriptorem corrigas.

ἀγγελεῖτο. ἐξηγεῖτο suadeam, quoniam scriptor altero in his libris ita nusquam usus est.

τοῖς ταύτῃ Ἰνδοῖς. Ne ostentetur his locus descriptioni Arabitarum in Indicis 22, 10, ubi hi dicuntur ἔσχατοι Ἰνδῶν, nec tamen vel cum *Salmasio* augeantur voces Ἠρείταις καὶ τοῖς, vel deleatur vox Ἰνδοῖς ab omnibus scriptis libris servata, aut *Arriani* μνημονικὸν ἀμάρτημα traducatur cum nupero [*Blancardo*]: apparet hoc loco Ἰνδοῖς notare Indici generis, ut Oritas dicat hac regione extremos esse qui oriundi sint ex Indis, hoc innuit τοὺς ταύτῃ Ἰνδοῖς, sed Arabes sunt absolute ἔσχατοι Ἰνδῶν, ut Indiae pars habeantur, ut Indis accenseantur et quasi in India habitare existantur. *Gronovius*. De terra eorum Strabo 15, 2 p. 720: εἰτ' Ἠρίται ἔθνος αὐτόνομον· τούτων ὁ παράπλους χιλίων ὀκτακοσίων (σταδίων). Cf. *Salmas.* ad Solin. p. 828.

Ἠφαιστίωνα μὲν δὴ —. Lacunam hic esse verborum collocatio prodit.

C. 22.

2. ὡς δεινόν. Verba [a *Vulcanio* addita] si id faciant in Graeco non exstant neque ea conditione hic ipsis incolumitas promittitur. *Raphelius*.

3. ἄλλους. operarum culpa καὶ ante ἄλλους excididit. Sed mox καὶ ante τὸ τε ναυικόν cum C. delendum, ut ego sero conjeceram.

τὴν πόλιν. Nempe Rhambaciam, in qua primum reliquerat *Hephaestionem* c. 21, 5. Ibi cum esset *Leonnatus*, Oritas et vicinos magno praelio vicit 7, 5, 5 et Ind. 23, 5. *Schmiederus*.

ἔρημον τὴν πολλήν. sc. ὄδον. Nam per ipsam *Gradrosorum* regionem postea demum iter fecisse dicitur initio c. 23. Et infra 27, 6, ubi ejusdem itineris mentio fit, dicitur ὅτι τὴν ἐπὶ *Γαδρωσίων* ἀγει. *Vulcanius* ipsam regionem interpretatur, quae et infra 7, 10, 7 ἔρημος dicitur. *Raphelius*.

4. σμύρνης. De myrrha v. *Plin.* 12, 35 s. Propter odores amatur et magno erat in pretio. „Arbores bis inciduntur a radice usque

ad ramos. Sudant autem sponte, priusquam inciduntur, stacten dictam, myrrhae tenuissimae genus, cui nulla praefertur. Hanc collegisse videntur Phoenicias. Myrrham Gadrosorum non cognovisse videtur Plinius, at Indicam scribens: Fallacissime autem adulteratur Indica myrrha, quae ibi de quadam spina colligitur. et c. 8: contermina Indis gens Arriana (Ariana) apellatur, cujus spina lacrymarum pretiosa myrrhae similis, accessu propter aculeos anxio. De eadem v. Theophr. H. P. 4, 5. *Schmiederns.*

5. *νάρδου*. De Nardo loquitur idem [Plinius] 12, 12: Frutex est gravi et crassa radice, sed brevi ac nigra fragilique, quamvis pingui, situm redolente etc. Utebantur ea ad unguenta et alia. De myrrha et Nardo in Gadrosia testantur etiam Strabo l. 15 et Theophrastus. *Schmiederus.* Strabo 15, 2 p. 721: *ἀρωματογόρος δὲ νάρδου μάλιστα καὶ σμύρνης, ὥστε τὴν Ἀλεξάνδρου στρατιᾶν ὀδεύουσαν ἀντὶ ὀρόρου καὶ στρωμάτων τοῦτοις χρῆσθαι ἐνώδιαζομένην ἅμα καὶ ὑγιεινότερον τὸν ἀέρα ἔχουσαν παρὰ τοῦτο.*

πολλήν τε καὶ εὖοσμον et multam et bene odoratam. *Raphaelius.* Ceterum *εὖοσμον* CD, fortasse recte. Nam sic *ὄσμη* § 7 et saepius apud harum aetatum scriptores, veluti Dion. Arch. 13, 46, App. Hisp. 7, 7, Pun. 8, 41 et Plut. Ant. 26, qui, si recte memini, alibi in vitis *ὄσμη* dicere solet. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 89.

6. *δάφνη βοϊκός*. Strabo 15, 2 p. 722: *ἦν δὲ το ὅμοιον τῇ δάφνη γυτόν, οὗ τὸ γευσάμενον τῶν ὑποζυγίων ἀπέθνησκε μετὰ ἐπιληψίας καὶ ἀγροῦ.*

ἐπικλύζεσθαι. ὅσα — *ἐπεγύκει, ἐνθέρπερ*. Vulcanius aliis distinctionibus usus est, his nempe: *ἐπικλύζεσθαι, ὅσα — ἐπεγύκει, ἐνθέρπερ*. *Raphaelius.*

7. *πήχεων καὶ τριάκοντα*. De altitudine intelligo non de ambitu. De hac arbore loqui videtur Plin. 12, 8. *Schmiederus.* Quin 9 s. 70 et Theophr. h. pl. 4, 8. Plinius cum Theophrasto fructum, florem solus Arrianus descripsit. *Schneiderus.* De *καὶ* particula v. ann. ad Thuc. 7, 81, 3.

ἔστιν ἃ αὐτῶν quaedam earum. *Raphaelius.*

ἀκάνθης. De acanthis istis apud alios nihil reperi. *Schmiederus.* At habet Plinius 12 s. 18 et Theophrastus h. pl. 4, 5. Euphorbia antiquorum Linn. monente Sprengel rei herb. 1 p. 91. Sed vide Strabonem 15 p. 1052. *Schneiderus.* Memorat etiam Strabo 15, 2 p. 720. 722 s.: *ἄκανθα δὲ τοὺς καρποὺς ἐπὶ τῆς γῆς ἐστρωμένη, καθάπερ οἱ σίκνοι, πλήρης ἦν ὀποῦ· τοῦτου δὲ θανίδες εἰς ὀφθαλμὸν ἐμπεσοῦσαι πᾶν ἀπετύγλον ζῶον.* cf. 16, 4 p. 767: *διαμμός ἐστι γῆ καὶ λυτρά γοινίκας ἔχουσα ὀλίγους καὶ ἄκανθαν καὶ μυρτίκην καὶ ὀρυκτὰ ὕδατα καθάπερ καὶ ἡ Γεδρωσία.*

ὥστε ἡδη τινῶν καὶ. Utraque particula *ἡδη καὶ* multum auget sententiam, non modo pedites illa spina retentos fuisse, sed etiam equites ei concedere coactos. Simile exemplum citat Budaeus ex Gregorio: *οὐ τῶν ἀγεννῶν μόνον, ἀλλ' ἡδη καὶ τῶν εὐγεγονότων.* Sic infra 7, 10, 2 et Ind. 14, 4 et 5 et Tact. c. 8 p. 8. *Raphaelius.*

8. *λαγῶν*. *λαγῶν* CD, ut *οἱ λαγῶ* C a prima manu. Sed dubites Atticam formam restituere, quum altera apud posteriores passim reperiat. Cf. Plut. Arat. 26 al.

C. 23.

1. γῆν πολλήν. Scribendum τὴν πολλήν. *Pflugkius*. De itineris difficultatibus v. omnino *Strab.* 15, 2 p. 721 ss.

ἐπεὶ αὐτῷ γε — quamquam (id ἐπεὶ inter alia notat, ut exemplis ostenditur in *Budaei* aliorumque *Lexico*) ipse quidem cupiebat maritimam regionis partem obire etc. ἀλλὰ ἦν γὰρ ἔρημα, sed erat deserta penitus prope mare *Gadrosorum* regio. Quod ergo ipse non potuit, a *Thoante* fieri voluit, quem propterea ad mare misit. *Raphelius*.

ἀγορᾶς. Ἀγορά hoc loco est copia rerum venalium, ad victum necessariarum. Sexcenta dantur in *Xenophonte* exempla. Sufficiat unum alterumque. De *exped. Cyri* 6, 4, 3: ἤδη δὲ ἦν πολλὴ πάντων ἀφθονία· καὶ γὰρ ἀγοραὶ πάντοθεν ἀμικρύνοντο ἐκ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων καὶ οἱ παραπλέοντες ἄσμενοι κατέχον. 6, 2, 16: τὰ ἐπιτήδεια ἐπέλειπεν ἃ ἔχοντες ἦλθον καὶ ἀγορὰ οὐδεμία παρῆν. V. § 6 h. c. Ita et *Polyb.* 1, 18, 5: ἄγοντες καὶ γέροντες τὰς ἀγορὰς, res venales advehendo et adferendo. et c. 39, 8 naves instruxerunt χάριν τοῦ τὰς ἀγορᾶς κομίζεω τοῖς στρατοπέδοις. Item c. 52 extremo. *Raphelius*.

3. ἀλιέας τινάς. Pertinent isti homines ad *Ichthyophagos*, quorum vitae rationem ipse noster describit in *Ind.* 29, 9 ss. et 30, 9. Eisdem homines *Curt.* 9, 10, 8 — 10 describit, maritimos eos *Indos* appellans, ubi vide quae ab interpretibus de iisdem congesta, et *Diod.* 17, 105 et *Plut. Alex.* 66. *Schmiederus*. *Strabo* 15, 2 p. 720: ὁ δὲ τῶν ἐξῆς Ἰχθυοφάγων (παράπλους) ἐπακισχίλιοι τετρακόσιοι (στάδιοι).

4. ἀφθονώτερος ubi copiosius erat frumentum quam reliquis in locis istius regionis. Comparet enim, non simpliciter loquitur. *Raphelius*.

6. ἐκ τῶν ἄνω. Notum τοὺς ἄνω τόπους dici loca a mari versus interiora regionis recedentia. *Raphelius*.

τῶν φρονίλων. *Strabo* 15, 2 p. 722: ἀπὸ δὲ τῶν φρονίλων ἦν ἡ σωτηρία τοῦ τε καρποῦ καὶ τοῦ ἐγκεφάλου.

C. 24.

1. Ποῦρα. Certus *Puris* locis constitui nequit ut jam *Cellarium* video notantem p. 730 [l. 2 p. 853], ubi tamen *Pura*, *Purae* format praeter consuetudinem in his *Indiae* et vicinorum nominibus. *Schmiederus*.

ἐξήκοντα. *Plut. Alex.* 66: μόλις ἐν ἡμέραις ἐξήκοντα ταύτην διελθῶν καὶ τῆς *Γεθρωσίας* ἀφάμενος εὐθὺς ἐν ἀφθόνοις ἦν πᾶσι τῶν ἐγγιστα σατραπῶν καὶ βασιλέων παρασκευασάντων. *Strabo* 15, 2 p. 723: ἐλθὼν δ' εἰς τὸ βασιλειον τῶν *Γεθρωσίων* ἐξηκοσταῖος ἀπὸ Ὠριτῶν διαναπαύσας τὰ πλήθη μικρὸν ἀπῆρεν εἰς *Καρμανίαν*.

2. τοῦτο μὲν μόνος *Νέαρχος* λέγει ᾧδε. Haec verba nihil aliud videntur significare posse nisi tradidisse *Nearchum* ἀγνοήσαντα *Ἀλέξανδρον* τῆς ὁδοῦ τὴν χαλεπότητα ταύτη ἐλθεῖν. At quis hoc illum dixisse credat,

quum legerit Strab. 15, 1 p. 686: *ἡσὶ γούδ Νέαρχος ἡμιονεικῆσαι αὐτὸν διὰ τῆς Γεδρωσίας ἀγαγεῖν τὴν στρατιάν [στρατιάν] πεπυσμένον διότι καὶ Σεμίραμις ἰσχυράτευσεν ἐπ' Ἰνδοῦς καὶ Κῦρος, ἀλλ' ἡ μὲν ἀνίστρεψε μετὰ εἴκοσιν ἀνθρώπων, ἐκείνος δὲ μεθ' ἑπτά, ὡς σεμνὸν ἐκείνων τοσαῦτα παθόντων αὐτὸν τὸ στρατόπεδον διασωῶσαι μετὰ νίκης διὰ τῶν αὐτῶν ἐθῶν καὶ τόπων.* Haec quum Nearchus tradiderit, negare non potuit Alexandro difficultates hujus itineris parum notas fuisse. Nec eum negasse ipse Arrianus perspicue significat verbis § 3 *τούτων τε οὖν ἕνεκα κ. τ. λ.* Quid multa? Ista verba margini aliquis adscripsit significans proxima ὡς solum Nearchum enarrasse, fortasse ipsius Strabonis verborum quae proposuimus memior. Ac fieri potest ut Nearchus revera solus hujus narrationis auctor fuerit, quamquam adversari videtur Strab. 15, 2 p. 722: *ἡσὶ δὲ ἡμιονεικῆσαι τὸν Ἀλέξανδρον, κατὰ εἰδότα τὰς ἀπορίας πρὸς τὴν κατέχοσαν δόξαν, ὡς Σεμίραμις μὲν ἐξ Ἰνδῶν μετὰ εἴκοσι, Κῦρος δὲ ἐπτά, εἰ δύνατο αὐτὸς τοσοῦτον σάτυμμα διασωῶσαι διὰ τῆς αὐτῆς χώρας νικῶν καὶ τὰτα.* Nam illud *ἡσὶ* tam ambiguum est ut de ea quoque narratione dici possit quae unius auctoris fide nixa circumfertur. Quodsi idonei auctores Straboni plures noti fuissent, quis credat eum superiori loco solius Nearchi nomen memoratum fuisse?

ὅτι μὴ Σεμίραμις — Justin. 1, 2, 9. *Raphelius.* Adde Ind. 5, 7.

ἐξ Ἰνδῶν ἐγγυε. Has voces pro glossemate habeo; itaque uncis inclusi. *Schmiederus.* Converti non posse nisi anteposito ὅτε adnotat Doernerus. Possunt tamen ita: nisi quod Semiramis ex Indis effugit. Sed ὅτι μὴ, quum fere vicies sic (pro εἰ μὴ) post negantes notiones in his libris legatur, suum verbum (finitum) habere non solet. Similiter tamen 1, 16, 2. Quamquam hic ἐγγυε verbo facile careas.

3. ἐγγύθεν — e propinquo subministaret. Adverbium enim verbo suo adjungendum. *Raphelius.* Male enim Vulcanius: classi non procul remotae.

λέγει Νέαρχος. Haec repugnare iis quae § 2 de Nearchi narratione dicta sunt intellexit Doernerus, ὡς particulam huc translaturus, ut Nearchus tantum quae verbis καὶ ἅμα τῷ ναυτικῷ κ. τ. λ. referuntur tradidisse dicatur. Sed v. quae ad § 2 adnotavimus.

4. μάλιστα δὴ τὰ ὑποζύγια. Strabo 15, 2 p. 721 s: *πολλὰ δ' ἐταλαιπώρου Ἀλέξανδρος καθ' ὅλην τὴν ὁδὸν διὰ λυπρᾶς ἰνῶν πόρρωθεν δ' ὁμοῦς ἐπεχορηγεῖτο μικρὰ καὶ σπάνια, ὥστε λιμώτειν τὸ στρατεύμα καὶ τὰ ὑποζύγια ἐπέλιπε καὶ τὰ σκεύη κατελείπετο ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ τοῖς στρατοπέδοις.*

δίψει habet D, non C, Arrianumque semper τὸ δίψος dixisse docet Ellendtius cl. 4, 4, 8. 5, 18, 8. 6, 25, 1. 3. 6. 26, 1, Ind. 13, 9 et Cyneg. 13.

καὶ γὰρ καὶ γηλόγοις — incidisse enim in altos colles non profunda quidem arena accumulata, sed tamen quae posset retinere et morari tanquam per lutum aut potius nivem nondum calcatam ingredienti. Ita Gronovius et Graeca e msstis edidit et vertit, cum antea legeretur *βαθείας ἀνηνεγμένης, ἀλλοῖα δέχουσαι.* Idemque ex editione Basil. et omnibus msstis scribendum docet *ἐπιβαίνοντες*, ut jam non respiciat ὑποζύγια sed quoscunque, ἀνθρώπους. *Raphelius.* Ex his cur *νενησμένης*, quod ille dedit, non retinuerim docet Buttman. Gr. max. in *νάσω.*

ψάμμον βαθείας — Strabo 15, 2 p. 722: *πρὸς δὲ τῇ ἀπορίᾳ χαλεπὸν ἦν καὶ τὸ καῦμα καὶ τὸ βάθος τῆς ψάμμον καὶ ἡ θερμότης, ἔστι δ' ὅπου καὶ θίνες ὑψηλοί, ὥστε πρὸς τὸ (lege τῷ) δυσχερῶς ἀναφερῖν τὰ σκεύη καθάρειν ἐκ βύθου καὶ ἀναβάσεις εἶναι καὶ καταβάσεις.*

ἐπιβαίνοντας. ἐπιβαίνοντας rectius fuerit. cf. c. 25, 6.

5. καταβαίνοντας. Non potest ab Arriano videri aliena ista quae variatio in loquendo. Gronovius. Gr. § 59, 2 ann. 3.

τῶν δὲ σταθμῶν τὰ μήκη. Strabo 15, 2 p. 722: ἀνάγκη δ' ἦν καὶ σταθμοὺς ποιῆσθαι μακροὺς διὰ τὰ ὑδρεῖα διακοσίων καὶ τετρακοσίων σταδίων, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἑξακοσίων, νυκτοποροῦντας τὸ πλεόν.

5. οὐ ξύμμετρος οὔσα quae non conveniebat iis qui tantos calores et tantum iter sustinerent. Schmiederus. Quo tempore Arriani libros typis exscribendos curavi fortuito Sintenis apud me deversatus plaga L in manus sumpta, quum in haec verba incidisset, laetus exclamavit nunc ipsum sibi hic emendationem in mentem venire: legendum esse οὐ ξυμμέτρος deleta οὔσα voce. Quam conjecturam quantopere probarem ut viro sagaci declararem prolato exemplari meo eam me quoque margini adscripsisse ostendi. Neque nunc huius conjecturae me poenitet; poenitet Sintenim, qui in cens. alt. p. 159: Recte se admoneri dicit orationem modo negligentiore esse, quum ἀπορία tribuatur quod proprie εὐπορίας sit. In ξύμμετρος voce ex antecedentibus cogitandum esse σταθμοῖς. Aquae penuriam non fuisse aptam mansionibus, quum quibus locis manendum fuisset aqua non reperiretur, sed reperiendae spe vel quaerendae necessitate commoti longioribus itineribus proficiscerentur. Longitudinem itinerum satis sibi videri significari verbis μᾶλλον τι πρὸς ἀνάγκην. Haec virum doctum sibi vel persuaderi passum vel ipsum commentum esse magnopere miror. Mihi quidem non videntur refutanda esse.

6. ἑπότε μὲν δὴ — cum quidem noctu peragrata via quam confici oportebat mane ad aquam venissent. Raphaelius.

συνεχόμενοι. Thuc. 2, 49, 3: τῇ δὴ δὴ ἀπαόστω ξυνεχόμενοι.

C. 25.

1. ὁ γόθος. Rarum apud Atticos verbum (v. ann. ad Thuc. 2, 52, 1) apud posteriores passim legitur. v. Dion. Arch. 7, 12. 9, 40, Plut. Cam. 13, Marc. 16, Cim. 49, Dion. 44, Dion. Cass. 74, 8.

ἐκούσιος. ἐκουσίως quoque dicere licuit.

ὑπό τε τοῦ παντός. Si genuina est haec lectio, verti fortasse possit: prae communi, id est, propter communem utilitatem, quia nunc iumenta caedi in commune erat utile. Sic 3: ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ παντός προθύμῳ. Gronovius [cum codicibus] scribendum conjicit ὑπό τε τοῦ πόνου prae fatigatione. Raphaelius.

2. ἕασιν δὲ — sed praesentis rerum status remedium potius in simulatione ignorationis quam facti ab se cogniti permissione consistere iudicabat. Vulcanius.

ἦν εὐμαρῶς. Ne quis εὐμαρές conjiciat, ἦν hic est licet.

3. τῷ δέψει οὐκ ἀντέχοντες siti non resistentes, qui sitim tolerare non poterant. Raphaelius. De re cf. Strab. 15, 2 p. 722: οἱ δ' ἐν τῷ ἡλίῳ κατὰ μέσσην τὴν ὁδὸν ἀπηγορευκότες ἔκειντο ὑπὸ δίψης' ἔπειτα τρομώδεις μετὰ πάλμου χερῶν καὶ σκελῶν ἔθνησκον παραπλησίως ὡς ἂν ῥίγους καὶ γροίτης ἐχόμενοι συνέβαινε δὲ πῖσι καὶ ἐκτραπομένοις τὴν ὁδὸν καταθαρεῖν

κρατουμένοις ὑπὸ ὕπνου καὶ κόπου· ὑστερήσαντες δ' οἱ μὲν ἀπώλοντο πλῆρη τῶν ὁδῶν καὶ ὑπὸ ἀπορίας ἀπάντων καὶ καύματος· οἱ (fortasse ὀλίγοι) δ' ἐσώθησαν πολλὰ ταλαιπωρήσαντες.

οὔτε οἱ μένοντες θεραπεύσοντες neque erant qui remanentes apud hos qui relinquiebantur eos curarent. cf. ann. ad Thuc. 2, 51, 3. *Μένοντος* ferri non posse perspicuum est.

ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐσώθησαν. Iisdem verbis de Atheniensibus in Aegypto devictis Thuc. 1, 110, 1. De re cf. Plut. Alex. 66: πλῆθος ἀνθρώπων ἀπώλεσεν, ὥστε τῆς μαχίμου δυνάμεως μὴδὲ τὸ τέταρτον ἐκ τῆς Ἰνδικῆς ἀπαγαγεῖν.

ἐκπεσόντες. Ἐκπίπτειν naves dicuntur quae non tenent cursum vel propositum vel felicem sive ob adversos ventos sive ob loci ignorantiam. Loca ex Xenophonte adscripsimus ad Act. 27, 26 et 41. *Raphelius*.

ἐν τῇ ψάμμῳ. Eadem comparatio 3, 3, 4. *Gronovius*. Imprudentius vituperat Sintenis in cens. alt. p. 159 quod praepositionem non dederim. Scilicet ita jubere legitimam dicendi rationem. In quo quantopere animus virum doctissimum fallat cognoscere poterit ex Kr. annot. ad Dion. historiogr. p. 259.

4. ὑπ' ἀνέμων τῶν ἐτησίων, qui a mari spirant tempore aestivo c. 21, 1. cf. 5, 9, 4. *Schmiederus*.

5. τοσοῦτος. Sic 7, 21, 2: μέγας ἐπέργεται, et Strab. 12, 3 p. 546: (ὁ Ἄλος) ἐνεχθεὶς ἐπὶ δύσαν πολὺς. quemadmodum apud eundem 9, 5 p. 443: ἀπληρώτου πολλοῦ πνεύσαντος. nam hic quoque πολλοῦ pro praedicto est. Qui eodem quo ego modo nostrum locum et Dion. Cass. 39, 61 emendavit Pflugk in schedis criticis p. 17 comparavit 2, 5, 2: ὁ Ἀσωπὸς ποταμὸς ἐρρήη μέγας. [Eadem verba Demosth. in Neaer. 99 p. 1379.] Plut. in Lucullo 24: τὸν Εὐφράτην κατιόντα πολὺν καὶ θολερὸν ὑπὸ χειμῶνος ἐσῶων ἠσαλλεν. Ages. 32: ἐρρήη δὲ πλείστος ἑαυτοῦ καὶ μέγιστος ὁ Εὐρώτας. Alex. 60: τραχὺν δὲ τὸν Ὑδάσπην ὑπὸ τοῦ χειμῶνος ἐπιόντα. Hinc etiam translata vi apud Demosth. 18, 136 p. 272: τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ θένοντι καθ' ὁμῶν οὐκ εἶξα. Rem etiam Strabo tetigit 15, 2 p. 722: πολλὰ δὲ κατέκλυσε καὶ τῶν σωμάτων καὶ τῶν χρηστηρίων ἐπιπεσῶν χειμᾶρρους νόκτωρ καὶ τῆς βασιλικῆς δὲ σκευῆς ἐξηλεγκθη πολλή.

μόλις τε καὶ χαλεπῶς junxit etiam 6, 26, 1, Ind. 35, 3, 36, 9. χαλεπῶς τε καὶ μόλις Thuc. 4, 36, 2. Cf. Schaefer. ad Plut. 5 p. 249.

οὐδὲ τοῦτοις. Rectius, ut videtur, καὶ οὐδὲ τούτοις. *Pflugk*.

6. τὸ πολὺ plerumque. *Raphelius*.

ὅσον εἴκοσι σταδίους μάλιστα. Strab. 15, 2 p. 722: πόρρω δὲ τῶν ὕδρειων ἐστρατοπεδεύοντο ἐν τριάκοντα σταδίοις πολλάκις τοῦ μὴ ἐμφορεῖσθαι κατὰ τὸ δίψος· πολλοὶ γὰρ ἐμπύπτοντες σὺν ὄπλοις ἐπινον ὡς ἀνὸς ὑποβρυχίοι, φυσώμενοι δ' ἐπέπλεον ἐκπιπνευκότες καὶ τὰ ὕδρεια βραχέα ὄνια διέφθειρον.

μάλιστα fere, circiter. *Raphelius*.

ἀκράτορες σφῶν impotentes sui ob sitim, ut Curtius loquitur 4, 7, 14. *Raphelius*.

C. 26.

1. ἐν Παραπαμισάδαις. Inter quos pertinet Curtius 7, 5, 10. Polyaeus 4, 3, 25 regionem prorsus reticuit. *Schmiederus*. Bessum persequente Alexandro rem factam tradit Plutarch. Alex. 42.

τοῦ καύματος ἦδη — aestu jam flagrante, quia ad aquam usque progrediendum erat. Haec enim caussa est quare ad id usque diei tempus iter fecerint quo jam vapor solis cuncta accendebat. Illud ἦδη, quod interpretes non expressit, indicat jam tunc diei fervidissimum tempus coepisse, ut Curtius ait 3, 5, 1. *Raphelius*.

ἐξανύσαι. Lobeck. ad Soph. Aj. 606.

πεζόν. Non est peditum agmen, sed peditem sc. Alexandrum, a nominativo πεζός pedes, non πεζόν peditatus. Quod ni animadvertatur, non satis intelligetur quae sit illa ἰσότης τῆς ταλαιπωρήσεως, quae in hoc consistit quod non equo vectus sed instar gregarii militis pedibus ingressus sit. Pro ὡς δέ videtur rectius legi posse ὥστε. *Raphelius*. Probat hanc conjecturam, a Schmiedero receptam, Sintenis in cens. alt. p. 160. Quae adversatur τέ particula in verbis καὶ αὐτόν τε non dubitat quin excusari possit. Neque vero multo minus eam offensionem esse in ea quam ego dederim scriptura. In hac vero qui molesta esse possit equidem non intelligo, quum perspicuum sit cur scriptor ex partitione ad oppositionem transeat. Videlicet animum scriptoris subiit Alexandri potissimum exemplo excitatos milites quoque eadem ratione labores tulisse. Proinde quum illud ὡς primo loco ponendum esset, alterum τέ dici non potuit. Perfecto non pauci sunt loci quibus aliquanto minus apertum est cur δέ post τέ particulam inferatur. Quod ὡς pro εὐτως positum virum doctum male habuit, de hac re dixi ad 4, 28, 1.

2. οὐ χαλεπῶς haud difficulter. [Videlicet Vulcanius confestim vertit ad ἔναι referens.] *Raphelius*. Lege οὖν χαλεπῶς. *Pflugkius*. Hoc me non vidisse pudet; vidit Sintenis in cens. alt. p. 160, sed eo non contentus coniecit οὖν ἐν ἀσχοῖς cf. Plut. Alex. 42, et mox hac quoque emendatione rejecta propitiis diis θυλάκῳ vel θυλάκοις vel θυλακίῳ sibi in mentem venisse dicit cf. Xenoph. Anab. 6, 2, 23: ἐξέρχονται σὺν ἀσχοῖς καὶ θυλάκοις. Ego vero deos hic viro sagacissimo iratos fuisse credam, nisi docuerit θυλάκοις aquam vel vinum infundere solitos fuisse. Nunc video ipsum hoc intellexisse in cens. tert. p. 1086 et καὶ delendum et τοῦτο οὖν χαλεπῶς legendum esse coniecisse, quod καὶ οὖν apud Arrianum tantum in formula καὶ οὖν καὶ legi videatur. Legitur tamen καὶ οὖν, quamquam non interposita voce, 3, 3, 2. 4, 11, 8.

ἐμβαλόντας ἐς τὸ κράνος. Haec post συλλέξαντας collocata malis, quamquam fieri potest ut scriptor ipse ita ut vulgo leguntur verba collocaverit.

3. εἴπερ τι ἄλλο, τὸ ἔργον. In his Sintenis in cens. alt. p. 161 negat ob sententiam quidquam vituperandum esse. Conjecturam meam vel propterea falsam esse affirmat quod haec verba nihil sint nisi iteratio sententiae § 1 in. propositae. At vero unde rescivit vir doctissimus nihil aliud nisi meram iterationem scriptori hic placuisse? Licuitne novum quid addere? Ac nonne satis apte dici potuit etiam iis quae alii in hoc genere fecissent illud Alexandri facinus anteponendum videri? Quam ego sententiam facillima mutatione inferendam esse duxi, quoniam articulum interpositis verbis εἴπερ τι ἄλλο hic additum putabam, ut similem locum me usquam

reperiturum esse desperarem. In quo si me errare quis non affirmandi arbitrato sed exemplorum vi docuerit, facile conjecturam meam mihi eripi patiar.

4. *τελευτῶντες* — tandem sive ad ultimum non amplius meminisse aiebant viam, quam primo quidem bene cognitam habebant. Participium *τελευτῶν* et *τελευτῶντος* usurpatur pro tandem 3, 22, 5. 7, 7, 5. *Raphelius*.

ἀλλ' ἀγανισθῆναι — καὶ οὐ γὰρ εἶναι. Vellem per codices liceret transponi γὰρ particulam: ἀλλ' ἀγανισθῆναι γὰρ —, καὶ οὐκ εἶναι. *Pflugkii*.

ὅτω τεκμηριώσονται neque enim esse [fuisse] quidquam quo cognoscere sive conjicere possint viam. *Raphelius*.

ξυνήθη consuetae, quae solent juxta vias esse. *Raphelius*.

οὐδὲ πρὸς — ὥστε πρὸς Freinsh. ad Curt. 7, 4, 27 s. sed cf. ad 3, 3, 4.

μεμελετησθαι meditata esse ipsis itinera, non exercitatos se ad hoc esse. *Raphelius*. De re cf. Strab. 1, 1 p. 3.

πρὸς τῶν ἄρκτων τὴν μὲν — τὴν δέ. Πρὸς praepositio ad τὴν μὲν — τὴν δέ referenda est; ex his autem pendet τῶν ἄρκτων. De hac collocatione v. Gr. § 47, 9 ann. 19. Ceterum τὴν μὲν — τὴν δέ etiam Bas. habet.

5. *συνιέντα ὅτι* —. Fortasse *συνέντα τούτο* et cetera ut in vulgatis libris [*ἐν ἀριστερῇ ἀποκλιναντα ἄγειν* omisso *προκεχωρηκέναι* verbo]. *Pflugkii*. Cf. Strabonis verba mox prolata.

ἐν ἀριστερῇ. Vulcanius haec duobus verbis auctiora ita legit: *ἐν ἀριστερῇ δεῖ ἀποκλιναντα — ἰππέας προκεχωρηκέναι*. Quod δεῖ et *προκεχωρηκέναι* Gronovius, quod in nullis antiquis libris repererit, omisit. *Raphelius*. Ceterum nisi forte *ἐπ' ἀριστερῇ* legendum est, *ἐν ἀριστερῇ* cum *ἄγειν* jungendum est.

ἐνθεν δέ — tum vero (jam enim aliquantum agnovisse viam duces) ad interiorem regionem fecisse iter. *Raphelius*. Cf. Strab. 15, 1 p. 722: *τῶν καθοδηγῶν κατ' ἄγνοιαν πολὺ εἰς τὴν μεσόγειαν ἐκτραπομένων, ὥστε μηκέτι ὄραν τὴν θάλασσαν, συνειδὸ βασιλεὺς ἐξ αὐτῆς ὤρμησε ζητήσων τὴν ἰόντα' καὶ ἐπιδη εἴρε καὶ ὀρυξας εἶδεν ὕδωρ πότιμον, μεταπέμπεται τὸ στρατόπεδον καὶ λοιπὸν μέχρι ἡμερῶν ἐπὶ πλεσίον ἦεν τῆς ἡόνος εὐπορῶν ὑδρείας· ἐπειτ' αὐθις ἐς τὴν μεσόγειαν ἀνεχώρησεν*.

C. 27.

1. *τῶν προεπηγγελμένων*. Inter quae fuisse videtur ut exercitui cum comitatibus occurreret. In Ind. 23, 5 Arrianus sui oblitus Apollonem in proelio quod Leonnatus cum Oritis committebat cecidisse auctor est. *Schmiederus*.

σατραπίης ἦν satrapa fuerat, sive ad illud usque tempus erat. Ab illo enim tempore Carmania Tlepoleino data est. Imperfectum inter-dum transit in significationem plusquamperfecti. Ita 1, 17, 1: *ἦς Ἀρσίτης*

ἦρχε, cui Arsites praefuerat. 1. 18, 4: πρόσθεν γράμματα παρ' Ἀλέξανδρον ἐπέμπευ, ante litteras ad Alexandrum miserat. *Raphelius*.

2. ἐς Ἰνδοὺς in Indiam. Ita et Latini dicunt ad Italos pro in Italiam. *Raphelius*.

Ἐϋδημον. Erat Thracum ibi relictorum dux teste Curtio 10, 1, 20 s. *Schmiederus*.

3. Κράτερος. cf. ann. ad 1, 25, 9. Strabo 15, 2 p. 725: ταύτην τὴν χώραν διεξιὼν Κράτερος καταστρεφόμενος ἅμα τοὺς ἀπειθοῦντας ἤει συμμῆσαι τὴν ταχίστην σπεύδων βασιλεῖ.

Ὀρδάνην. Curtius Ozinem appellat 9, 10, 19. *Raphelius*. Paulo post 10, 1, 9 eos [Ozinem et Zariaspem] interfectos tradit. *Schmiederus*. Crateri adventum memorat Strabo 15, 2 p. 725.

δὲ Στασάνωρ. Immo δὲ καὶ Στασάνωρ.

ἐπὶ τῆς στρατιᾶς ut praessent exercitui qui in Media erat. *Raphelius*.

καὶ οὐτοὶ γε. *Γε* deletum maluit Sintenis omittuntque CD.

4. ἀτάσθαλα. Plus hoc est quam [Vulcanii] avare, nempe improbe, libidinose et furiose. v. Curt. 10, 1, 3 ss. *Raphelius*. Eosdem occisos tradunt Just. 12, 10, 1, Diod. 17, 106 et Plut. Alex. 68. *Schmiederus*. Vocabulo poetico et Ionico usus est etiam 7, 1, 6. 14, 3, Ind. 13, 12; ἀτασθαλία legitur 7, 14, 5 et Ind. 13, 13.

πλημμελοῦντας delinquentes, contra officium facientes. *Raphelius*.

5. δορυάλωτος legitur etiam 6, 27, 5, δορυκίτος 7, 4, 2. cf. Lobeck. ad Soph. Aj. 211.

τόσον δέ. τοσόσδε δέ cur suaserim dixi ann. ad 5, 19, 6.

ὅτι οὐκ ἐξῆν. *Ου* refertur ad superius τοῦτο. Hoc eos in officio continuit quod Alexander nemini in suo regno injuriam fieri patiebatur. Est ergo ὅτι δικηζόν, non αἰτιολογικόν. *Raphelius*.

6. τὴν ἐπὶ Γαδρωσίων. sc. ὀδόν. *Raphelius*.

[τὰ] αὐτά. v. ann. ad 3, 30, 5. Mox ἃ δῆ C, ut conjeci.

οἱ κάμηλοι. Dubito an αἰ κ. legendum sit.

τοῖς δέ, equitibus; τοῖς δέ, peditibus. *Schmiederus*. Ego suadeam τοῖς δὲ στρατιώταις τοῖς μίν.

ξυνέβαινευ. Similiter 5, 19, 1 cl. 5, 13, 4.

C. 28.

1. ἄρμαμάξας. Nam ἄρματα currus dicit sed ἄρμαμάξας carucas, lecticas, ut notaret luxum et mollietiem Alexandri. v. ad 3, 19, 2. *Raphelius*.

καὶ ταῦτα πρὸς μίμησιν. Repetenda particula ὡς ex superioribus et propterea continuanda fuerat [Vulcanio] oratio obliqua. *Raphelius*. Hac

annotatione monitum mireris Schmiederum maximam distinctionem post *Καρμανίων* non permutasse minima. Quod nisi fiat, ἀπικιάσθαι legendum videtur.

2. *Θρῆιαμβον*. Hoc Bacchi cognomen plerique mythographi tacuere. Sed fuisse confirmat etiam Varro de L. L. 5, 7. [Plut. Marcell. 22: Διόνυσον) *Κῦιον καὶ Θρῆιαμβον ὀνομάζουμεν*. *Sintenis*.] Hunc redeundi modum pro vero venditant Diod. 17, 106, Plut. Alex. 67, Curt. 9, 10, 23—28, apud quos vide quae interpretes conguessere. *Schmiederus*. Milites multis laboribus confectos copia facta genio indulsisse facile credas.

4. εἰς τότε. Gr. § 66, 1 ann. 4. cf. App. b. c. 2, 49. 5, 132.

Ἄντιόν. v. ann. ad 3, 5, 5.

Πεισαίον. In Ind. 18, 5 vocatur ab omnibus scriptis *Νεισαίου* et adnumeratur Eordaeis, sicut utroque loco Ptolemaeus Lagi filius. Pithon ibidem non Eordaeus vocatur sed Alcomeneus. Miror etiam Peucestae patrem et patriam omissam, qui l. l. § 6 Ἄλεξάνδρου, Μιεζύς vocatur. *Schmiederus*. Aristonus fortasse idem est quem Plut. Alex. 51 Aristophanem dicit. Pellaeis multum tribuisse regem non mirabitur qui meminerit τὴν Πέλλαν ὡς περ μητρόπολιν γεγενῆσθαι τῶν Μακεδόνων, τὴν Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου πατρίδα. Strabo 16, 2 p. 752. Hinc Plut. Alex. 69: ἀπέκτεινε τὸν ἀδικήσαντα, καίτοι Πέλλαϊός ἦν οὐ τῶν ἀσημοτάτων ὁ πλημμελής.

Κρατεῖα. Photius *Κρατεῖα* ex emendatione Bekkeri, quem genitivum Ellendtius se apud Galen. de med. simpl. 6, 144 e repperisse dicit.

5. καὶ Νέαρχος. Strabo 15, 2 p. 725: καὶ δὴ περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους σχεδὸν τι συνέδραμον εἰς τὴν Καρμανίαν αἱ τε περὶ δυνάμεις ἀμφοτέρων καὶ μικρὸν ὕστερον οἱ περὶ Νέαρχον εἰσέπλευον εἰς τὸν Περσικὸν κόλπον, πολλὰ ταλαιπωρήσαντες διὰ τὴν ἄλην καὶ ταλαιπωρίαν (an τὴν ἀπορίαν?) καὶ τὰ μεγέθη τῶν κητῶν. ubi inepte vulgo post ἀμφοτέρων maxima distinctio ponitur, quum Nearchus eodem tempore quo Craterus advenisse dicatur.

σὺν ὀλίγοις, cum quinque aut sex viris Ind. 34, 6. *Raphelius*. Convenisse in oppido quodam maritimo Salmunte tradit Diod. 17, 106.

6. καταπέμπευ. Ind. 36, 5. *Raphelius*.

ὡς καὶ τήνδε — ut etiam illa exstet de Alexandro Graeca historia. Haec scilicet persecutio militiae Macedonicae est una ξυγγραφή, prout appellat quoque 7, 3, 1; alteram statuit Ἰνδικά. *Gronovius*.

ἐν ὑστέρῳ in posterum, posthac. *Raphelius*.

εἰσότε. Non discernens utrum εἰσότε an εἰσόκε an εἴ ποτε legendum sit *Sintenis* in cens. alt. p. 161 comparat Hom. Od. 9, 138: ἀλλ' ἐπικέλσαντας μείνει χρόνον εἰσόκε ναυτίων θυμὸς ἐποιρῶνη καὶ ἐπιπνεύσωσιν αἴηται. et Il. 9, 703: τότε δ' αὖτε μαχήσεται, ὅποτε κέν μιν θυμὸς ἐνὶ στήθεσιν ἀνώγη καὶ θεὸς ὄρησθ. Talia, opinor, multa excitari possint, sed non satis video quo consilio. Mallem docuisset quomodo hic verbum quod sit quoad, donec aptum putari queat. Dübner εἰ ὅ τε conjecit, ἄγει e D probans; ταύτη ἄγοι C.

ὁ δαίμων deus. Uti et ad hanc historiam scribendam divino numine se impulsus ait 7, 30, 3. *Raphelius*.

C. 29.

1. τὴν ἀρχὴν τὴν ἑαυτοῦ, Arios et Drangas c. 27, 3. *Schmiederus*.

2. οὐκ ἀπηξίωσεν. Cur Orxines dignum satrapatu se ipse haberet tradit Curt. 10, 1, 22 s.: satrapes Orsines erat, nobilitate ac divitiis inter omnes barbaros eminens. Genus ducebat a Cyro, quondam rege Persarum, opes et a majoribus traditas habebat et ipse longa imperii possessione cumulaverat. *Schmiederus*.

Βαρνάξην. Curtii Zariaspem esse suspicatur Raderus ad 9, 10, 19.

4. τὸν Κύρον. Nam magna monumentorum reverentia excelebat et inprimis *φιλόκυρος* erat. cf. Strab. 11, 11 p. 517. Hujus sepulcri descriptionem ex Aristobulo rettulit etiam Strabo 15, 3 p. 730.

τάφον καὶ περὶ αὐτὸν ἄλλος. Strabo: τὸν Κύρον τάφον εἶδεν ἐν παραδείσῳ, πύργον οὐ μέγαν τῷ θάσει τῶν δένδρων ἐναποκεχυμμένον. Idem mox: Οὐρησίκριτος δὲ τὸν μὲν πύργον δεκάστεγον εἶρηκε, καὶ ἐν μὲν τῇ ἀνωτάτῳ στέγῃ κίσσθαι τὸν Κύρον, ἐπιγράμμα δ' εἶναι Ἑλληνικὸν Περσικοῖς κεχαραγμένον γραμμασιν· ἐνθ' ἂδ' ἐγὼ κεῖμαι Κύρος βασιλεὺς βασιλῆων, καὶ ἄλλο Περσίῳ πρὸς τὸν αὐτὸν ῥοῦν. In quibus vel Graecus titulus Persicis litteris scriptus mendacem hominem satis arguit.

ἐν τῷ λειμῶνι in prato. *Raphelius*.

5. τὸν τάφον τὰ κάτω —. Strabo: κάτω μὲν σφραγίστον, ἄνω δὲ σιέγγην ἔχοντα καὶ σηκὸν σινηνὴν τελείως ἔχοντα τὴν εἰσοδὸν, δι' ἧς παρελθεῖν εἰσὼ φηοῖν Ἀριστοβούλος κελεύσαντος τοῦ βασιλέως καὶ κοσμησάει τὸν τάφον.

λίθῳ τετραπέδῳ. Adeo omnes mssti consentiunt in *λίθον τετραπίδου* ut etiam notaverit in ora Vulcanius. Non mirum igitur fuerit si hunc casum retinuerit quoque optimus. Sed quod mirari liceat est quod solus habeat *τετραπόδου*, quo vides longe aliam faciem huic sepulchro contingere. Quum enim ita structuram hanc describant ut sepulchrum ab ima parte saxo quadrato sit structum, tanquam ipsi terrae immunito fundamento, ex restitutione libri optimi discimus nihil tale fuisse, sed ipsum sepulchrum in ima parte constitisse ex lapide quem quatuor pedes sustinerent, sane ad quadratam formam. Huic uni lapidi omnis videtur fabrica instituisse, ut ipse torus insistebat similiter pedibus aureis. *Gronovius*. Ego quidem hanc rationem permiram iudico. Sed videant peritiores.

ἐνί. Placet conjectura mea Sinteni in cens. alt. p. 162; prorsus necessarium non putat. Cui ego assentiar simulatque *εἶναι* verbum ubi sit licere omitti posse docuerit.

πύελον χρυσοῦν. Solium arcula erat aut locus ubi defunctorum corpora condebantur. Arrianus paulo post [§ 6]: ἡ πύελος ἐκεῖτο ἢ τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἔχουσα. Unde Hesychius τὴν πύελον exponit *λάρνακα*, Suidas vero *θήκη* interpretatur. *Bluncardus*. V. Brisson. de regno Persarum [4, 248] p. 152 *Raphelius*. Cf. Salmas. ad Solin. p. 847, b s. Strabo: ἰδεῖν δὲ κλίνην χρυσοῦν καὶ τράπεζαν σὺν ἐκπώμασι καὶ πύελον χρυσοῦν καὶ ἐσθῆτα πολλὴν κόσμον τε λιθοκόλλητον.

καὶ κλίνην — et lectum apud solium; et ita quidem ut solium in medio lecto fuerit collocatum, uti mox dicitur § 6: ἐν μέσῳ τῆς κλίνης ἢ πύελος ἐκεῖτο. *Raphelius*.

ἐπιβλημάτων Βαβυλωνίων. Intelligendum tapetem Babylonico opere variegatum et caunacas purpureos lecto pro culcita fuisse. *Gronov.*

καυνάκας. Hesychius: καυνάκαι, στρώματα ἢ ἐπιβόλαια ἐπερομαλλῆ. Recte addit ἐπερομαλλῆ, ut separentur ab amphimallis, utrimque villos habentibus. Palamedes apud Aristophanis interpretem: καυνάκης ἐστὶ Περσικὸν ἱμάτιον, ἔχον ἐκ τοῦ ἐτέρου μέρους μαλλούς. *Blancardus* ex *Brisson.* 3, 191 p. 252 v. 535.

6. κἀνδύς. Est vestimentum quoddam Persicum. *Raphelius.* Schol. ad *Luciani diall. mortt.* 14, 4: Περσικὴ χλαμὺς ἐστὶν ἡ κἀνδύς κατὰ τὸ στένον ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν ὤμον ἀνοιγομένη. cf. *Kr. ann.* ad *Xenoph. Anab.* 1, 5, 8.

Βαβυλωνίου. Longe saepius quam apud Atticos apud posteriores scriptores adjectiva a nominibus propriis descendencia generis communis sunt.

λέγει. Rejicit *Sintenis* in cens. priori p. 1133 cl. 6, 26, 5. 7, 17, 3. Quae quam diversa sint apparet.

πορφύρας. πορφυραῖ malim.

καὶ ἐνώτια — et inaures auro et gemmis ligatos. *Blancardus.* *Strabonis κόσμος λιθοκόλλητος.*

7. τούτοις πρόβατον. *Strabo:* γυλακῆς περικειμένης Μάγων οἰσίσι λαμβανόντων καθ' ἡμέραν πρόβατον, διὰ μηνὸς δ' ἕππον.

ἐς θυσίαν τῷ Κύρῳ. *Appian. Mithr.* 66: τῇ δ' ἐπιπέδῳ οἶτόν τε καὶ ὄνον ἐς ἀριστον τοῖς παρούσιν ἐπιτιθέντες, οἶόν τι καὶ ἐν Πασαργάδαις ἐστὶ τοῖς Περσῶν βασιλεῦσι θυσίας γένος, ἀπτοῦσι τὴν ὕλην.

8. ὁ Καμβύσου. Omittit *Plut. Alex.* 69 et qui *Aristobulum* sibi auctorem esse proficitur *Strabo* et qui *Strabonem* sequitur *Eustathius* ad *Dion.* 1069.

ὁ τὴν ἀρχὴν Πέρσας. ὁ τὴν ἀρχὴν τοῖς Πέρσας *Strabo* et *Eustathius*, ὁ Πέρσας κησάμενος τὴν ἀρχὴν. *Κησάμενος* praeter *Arrianum* omnes. *Sintenis* tamen in cens. alt. p. 162 tutius censet scripturam relinere.

βασιλεύσας. βασιλεὺς *Strabo*, non item *Eustathius*. Verba καὶ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς neglexit *Plutarchus*, qui proxima copiosius dedit: μὴ οὖν τῆς ἰλιγῆς ταύτης γῆς φθονήσης, ἢ τοῦ μὲν σῶμα περικαλύπτει.

9. ὁπότε ἔλοι quando vicisset Persas. Non tum demum quum Persas jam vicerat, haec cupido eum incusserat, sed multo ante secum statuerat sepulchrum hoc intrare, cum primum ipsi facultas daretur Persis superatis. *Raphelius.* Fortasse ὁπότε ἔλθοι ἐς Πέρσας. *Pflugk.* Non puto.

τὰ μὲν ἄλλα — *Strabo:* κατὰ μὲν οὖν τὴν πρώην ἐπιδημίαν ταῦτ' ἰδεῖν ὕστερον δὲ συληθῆναι, καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐκκομισθῆναι, τὴν δὲ κλίην θρῆνῶσθῆναι μόνον καὶ τὴν πύλον μεταθέντων τὸν νεκρόν δ' οὐ δήλον γενέσθαι διότι προνομευῶν ἔργον ἦν, οὐχὶ τοῦ σατραπίου, καταλιπόντων ἂ μὴ δυνατὸν ἦν θάδιως ἐκκομίσαι. συμβῆναι δὲ ταῦτα καίπερ γυλακῆς περικειμένης μάγων.

10. καὶ τὰ ἄλλα ὅσα — et alia quaecunque ad ornatum posita fuerant secundum numerum pristinis paria reponeret. ἔκειτο imperfectum loco plusquamperfecti. v. not. paulo ante ad c. 27, 1. *Raphelius.* Male tamen statuit cum *Vulcanio* infinitos καταθεῖναι, ἐπιθεῖναι et ceteros ex ταχθῆναι voce pendere, quos ex λέγει verbo pendere perspicuum est. Nam sine dubio *Alexander Aristobulo* omnino tantum mandaverat ut sepulchrum restauraret, ipsius arbitrio relinquens quomodo singula componeret.

11. τὸ σημεῖον τὸ βασιλικόν. De Cyri sepulcro praeter nostrum et Curtium vide Strab. 15 p. 502. Plut. Alex. 69 (quos contulit Brissonius l. 1) Freinshem. ad Curt. 10, 1, 30, Eustath. ad Dion. Perieg. 1069, Jac. Perizon. Vindic. Curt. p. 96—104 et St. Croix p. 145 et 290: qui vir doctus omnia haec de epitaphio Cyri ab historicis Alexandri conficta censet ad sermones Cyri moribundi. Quae conjectura eo quod Herodotus de Cyri morte narrat firmari videtur. *Schmiederus*. Hoc iudicium vereor ne modestae criseos limites egrediatur.

ξυνηλέγγοντο, ἐξηλέγγοντο vel ἤλέγγοντο etiam Sintenis.

C. 30.

1. ὅτι οὐκ ἐπῆνον. Multi ex antiquis libris habent ὅτε. Quod quum in v. c. deprehenderet quoque Vulcanius, ita correxit versionem: concrementat, ut a me dictum est, quando et factum improbavi; sed neque. *Gronovius*. Quae vero hic exhibetur scriptura hanc habet sententiam: sicut a me dictum est, quod non laudem illud factum. *Raphelius*. Cf. 3, 18, 12 Non placet quod Sintenis coniecit, ut servato ὅτι scriptura mox αὐτὸ τὸ ἔργον legatur.

πρὸς Περσῶν a Persis objecta sunt. *Raphelius*.

συνεξέσωσεν una cum aliis [periculo ereptum] servarat, supra 6, 10, 2. 7, 5, 4. Neque enim ipse solus servati regis laudem tulit. *Raphelius*.

καὶ ἄλλως — qui praeterea etiam barbaricae rationi vitae non erat male accommodatus. Infra 7, 6, 3. *Raphelius*.

3. μεταβαλόν. Ita habent scripti editique quos inspicere licuit. Alii trajectis literis scribunt μεταλαβόν. *Blancardus*. Cui idem placuit, Sintenis intactum reliquit Plut. Cic. 35: μεταβαλεῖν ἐσθῆτα φαιάν, ne memorata quidem Corais conjectura, μεταλαβεῖν. cf. Schneider. ad Plat. civ. 361, a et Heindorf. ad Crat. 49. Sed si recte discernit Stallbaum. ad Plat. Phaedr. 241, a, μεταλαβόν praefendum erit. cf. ann. ad Thuc. 6, 87, 5.

Ἀλέξανδρός γε. Γε in τέ mutandum. *Pflugkius*. Idem visum Sinteni. Sed ferri potest γέ particula, ut cogitetur aliter iudicasse Macedonas et Graecos.

Liber septimus.

C. 1.

1. καταλαμβάνει. Non male Sintenis in cens. alt. p. 162 λαμβάνει; καταλαμβάνειν nusquam ita legi apud Arrianum. Confert 1, 3, 5. 3, 1, 5. 4, 28, 5. 5, 2, 5. Similiter ortum esse παραγγέλλειν in C ex παρα-

σκιυάζεσθαι 1, 19, 2, πολυχρονίω in eodem ex πολιορκία 20, 2, συνενδύς in omnibus ex συνηκολούθησεν 25, 2. Confirmant conjecturam CD.

2. οὐ δὲ καὶ —. Inter quos Curt. 10, 1, 17 — 19, omnia scribens ad classem instruendam necessaria ex Libano et Cypro ad Thapsacum convehi jussa; item Plut. Alex. 68, Diod. 18, 4. v. Freinshem. ad Curt. *Schmiederus*.

τὴν πολλήν. ἢ πολλὴ Ἀραβία opposita est μοῖρα πρὸ τῆς Ἀραβίας, sicut 1, 3, 2 opponuntur μοῖρα Σανροματῶν et οἱ Σανρομάται οἱ πολλοί. Parvam vero Arabiae partem jam subegerat Alexander quum Tyrum oppugnaret. *Schmiederus*. Sic Ind. 43, 7: ἐκπεριπλεύσαντες τὴν πολλὴν Ἀραβίαν.

τοὺς Νομάδας. Intelligere videtur auctor Numidas, ut 3, 30, 9. *Schmiederus*. Ita passim Polybius aliique.

τὸν Ἀτλαντα. Strabo 17, 3 p. 826: τὴν Λιβύην ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντι ὄρος ἐστὶν ὅπερ οἱ μὲν Ἕλληνες Ἀτλαντα καλοῦσιν, οἱ βάρβαροι δὲ Δύρον.

οὔτω δὴ ita demum. v. not. ad 6, 14, 5. *Raphelius*.

βασιλέα. βασιλεύς C, recte.

τῆς Ἀσίας πάσης. Vox postrema abest ab optimo codice, quod mireris, solo; quae sicut omitti poterat, ita si rite perpendas, dubites annon potius deleri debeat vox Ἀσίας. Non enim sic Ἀσίας dominus futurus erat, sed πάσης, nempe οἰκουμένης. Et certe sic in Ind. 3, 6 salis speciose viri docti suspectam fecerunt eandem vocem. *Gronovius*. Non memini τὴν πᾶσαν dici solere pro τὴν οἰκουμένην; nec orbis terrarum imperium Alexander iis quae hic memorantur gentibus subactis adeptus fuisset. De Asia sola hic agi docet § 3 in. Neque vero illud negotium cuiquam exhibere debebat quod Libya Asiae attribuitur. v. ann. ad 3, 30, 9.

3. ἀποκρίνασθαι. ἀλλ' ἀποκρίνασθαι malim.

τὸ Ῥωμαίων ὄνομα. cf. Liv. 9, 17 — 19. *Schmiederus*.

4. ἐπ' οὐδέν. οὐδενί? *Schneiderus*. Usitatus etiam genitivus. Demosth. 4, 9 p. 42: οὐχ οἷός ἐστιν ἔχων ἄ κατέστραπται μένειν ἐπὶ τούτων.

κεκτημένων. ἐκτιῆσθαι passim Plato, non item Arrianus. Passiva vi jam dixit Thuc. 7, 70, 8: τὴν πολεμικωτάτην γῆν οἰκειοτέραν ἤδη τῆς οὐδὲ ὀλίγου κεκτημένης θαλάσσης ἡγούμενοι. Cf. Gr. § 40 in v.

5. διατριβαί. Scribendum αἱ διατριβαί. *Pflugkius*. Ipse quoque adscriperam; necessarium tamen non dixerim.

βεβηκότεες. cf. ann. ad Xenoph. Anab. 3, 2, 19.

δι' ἐρμηνέων. Bene habet pluralis. Nam δι' ἐρμηνέων τριῶν collocutum tradit Strab. 15, 1 p. 716.

ἐφ' ὅτι. ἐφ' ὅτου usus requirit.

6. ἄνθρωπος ὢν. Cohaeret ὢν cum ἀποθανών, tu vero cum homo sis et inde etiam cum paulo post mortuus fueris. *Raphelius*. Sed ex sententia potius quam ob structuram, tametsi post ἄλλοις minorem distinctionem me posuisse mallet.

C. 2.

1. ἐν Ἴσθμῷ, quum dux supremus Graecorum factus esset. De hoc cum Diogene sermone v. Freinshem. Suppl. 1, 11, 11 cum locis in margine laudatis, quibus adde Cic. Quaest. Tusc. 5, 32 et praecipue Plut. de fort. Alex. or. 2 p. 334 [1, 10]. Fertur Alexander respondisse εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἡμῶν, Διογένης δὲ ἡμῶν, i. e. interprete Alexandro, qui multa de hoc responso disserit, ἰσχυροῦς ἂν περὶ λόγους, εἰ μὴ δι' ἔργων ἐγκλοσθῶν. *Schmiederus*. Verius idem Plutarchus paulo post addit: ἐξήλουν ἂν τὴν Διογένους εὐτέλειαν.

2. τοὺς γυμνοὺς. Ipse Vulcanius, uti testatur Gronovius not. 7 postea iudicavit potius fore si exstaret: Indorum sapientes qui nudi vocantur conspicatus. *Raphelius*. Autea enim neglecto articulo converterat: nudos conspicatus.

Δάνδαμεις. Sic etiam Plut. Alex. 8. 65. Μάνθανιν scribit Strabo 15, 1 p. 715. 718.

3. εἴπερ οὖν καὶ Ἀλέξανδρος. An se Jovis filios perhiberi voluerint hi sophistae nescio. Si constaret ipsos se humano sanguine ortos credidisse, acerrima videri queat insectatio senis hujus exprobrantis Alexandro vanam divinae stirpis persuasionem, quod Alexander non magis esset Jovo natus quam ipse, qui se hominem agnosceret. Posset tamen eadem quoque sophistae hujus esse sententia quae Arati ad Jovem universi humani generis originem referentis Actor. 17, 28: τοῦ γὰρ καὶ γένος εἰσμέν. *Raphelius*. Hodie adhuc Bramanes a Brama se oriundos ferunt. *Schmiederus*.

οὕτε — καὶ ἄμα. Haec sibi respondent. cf. ann. ad 3, 11, 1. Huc rettulisse videtur οὐτ' οὖν Sintenis in cens. alt. p. 139, punctum post πλανῶν damnans.

τοῦ τῶν παρ' Ἀλεξάνδρου ullius earum rerum quae ab Alexandro proficisci queant. Ita mox ipse vim horum verborum explanat: οἷου κύριος ἦν Ἀλέξανδρος δοῦναι. *Raphelius*.

οὐτ' αὖ δεδιέναι neque contra quidquam timere cujus ille (Alexander) potestatem habeat impediendi. Hoc est de iis rebus se non metuere quae sibi ab Alexandro possint eripi. Vel vitam ipsam si amitteret, tantum abesse ut propterea se miserum putet fore, ut nullo tunc sibi melius futurum speret liberato a molestissimo corporis contubernio. Conveniunt haec Stoicae doctrinae, ex qua Epictetus in dissert. l. 1 c. 25 p. 96, 10 ita: τί ἐν φοβούμεθα etc. item p. 181 sub fin. et p. 411, 4 et p. 414, 14. *Raphelius*. A me emendata sic ordinanda sunt verba: οὐτ' αὖ δεδιέναι εἶπεν οὗ (i. e. τινός) εἰργεσθαι οἷου κρατοῖη ἐκεῖνος, h. e. non curare se si quid sibi eripiatur quod in ejus potestate sit. Perspicue eadem enarrat Strab. 15, 1 p. 718.

4. Κάλανον. Plut. Alex. 65: ἐκαλεῖτο δὲ Σγίνης· ἐπεὶ δὲ καὶ Ἰνδικὴν γλώτταν τῷ καλῷ προσαγορευθῶν ἀντὶ τοῦ χαλεπὸν τοὺς ἐντυγχάνοντας ἠσπάξαιτο Κάλανος ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ὠνομάσθη. *Schmiederus*.

ἀναπεισοθῆναι. Plut. l. l.: τὸν μὲντοι Κάλανον ἐπεισεν ὁ Ταξίλλης ἐλθεῖν πρὸς Ἀλέξανδρον.

αὐτοῦ ἀκράτορα. Strabo 15, 1 p. 718: ὁ Κάλανος ἀκόλαστος ἄνθρωπος καὶ ταῖς Ἀλεξάνδρου τραπέζαις δεδουλωμένος.

ἀνέγραψεν αὐτοὺς τοὺς CD, non male.

C. 3.

1. Ταῦτα ἐγὼ —. Cum his quae sequuntur non satis apte cohaerent; ut hic aliquid peccatum esse videatur.

διαίταν διαιτᾶσθαι victus ratione uti. *Raphelius*.

ἐν τῇ Περσίδι γῆ. ἐν Πασαργάδαις Strab. 15, 1 p. 717.

ἐξαναγκάσει. Coniunctivum hac ratione usurpatum apud Atticos non legi docui in cens. Math. gr. gr. quae legitur in Ephemeridibus Berlinensibus: Blätter für wiss. Kritik a. 1829. cf. 3, 2, 1. 4, 18, 6. 7, 9, 9. 17, 4 et Gr. § 53, 7 ann. 8.

2. ἐπὶ πολὺ diu. *Raphelius*.

ἀπήγγελεν. Immo ἐπήγγελεν. *Pflugk*. Confirmant CD.

3. αὐτοὶ οἱ ἐπαινοὶ. Unus ille optimus αὐτῶν οἱ ἐπαινοὶ. Perpulchre: vel ut praeter deos Indorum omnium vel modo sapientium Indorum laudes intelligas. Et videntur isti Indorum προπεμπτήριοι ὕμνοι continuisse mortuorum decora. v. Ind. 10, 1 [μνημεῖα Ἴνδοὶ τοῖς τελευτήσασιν οὐ ποιεῖουσιν, ἀλλὰ τὰς ἀρετὰς γὰρ τῶν ἀνδρῶν ἱκανὰς ἐς μνήμην ἰθύνεται τοῖσιν ἀποθανούσιν καὶ τὰς ψδὰς αὐτοῖσιν ἐπάδονται]. *Gronovius*. Conjecturam meam confirmat C.

4. Νυσαίων. De his equis v. infra c. 13, 1. *Raphelius*. Νυσαίων scripsi suadente Gronovio ex cod. opt. ad 7, 13, 1. *Schmiederus*. Sed non notavit Gronovius illum librum sic habere hoc loco.

τῶν τινι θεραπευόντων αὐτὸν ἐπὶ σοφίᾳ uni ex iis qui eum propter sapientiam colebant. *Faci*.

τῇ πυρᾷ. v. ann. ad 5, 1, 3.

6. Κάλανον. Chares tradiderat ὅτι καὶ ἐπὶ τῷ μνήματι αὐτοῦ διέθηκεν Ἀλέξανδρος γυμκὸν ἀγῶνα καὶ μουσικὸν ἔγχαμιων. Athen. 10, 49 p. 436. f.

ἱκανοὶ fide digni. *Schmiederus*. Nisi forte ἐς τεκμηρίωσιν aut simile quid excidit.

οὐκ ἀχρεῖα πάντα non inutilia omnia; quaedam enim utique sunt inutilia, ut ipsa illa immanitas spontanei supplicii; utilissimum tamen ex eo perspicere quantum valeat animus humanus cum se obfirmavit. *Raphelius*. Itaque necessarium quidem non videbitur quod Sintenis in cens. alt. p. 162 coniecit πάντα cl. c. 8, 2. 2, 12, 7, quamquam aptissimum esse non nego ac facillima est mutatio.

ὅτω γινῶναι ἐπιμελές. v. ad Thuc. 1, 5, 2.

ὅτι ὡς et ὡς ὅτι interposito enunciato apud Atticos quoque ita reperias ut alterum redundet. v. Heindorf. ad Plat. Hipp. 2 et Stallbaum. ad Pol. 470, d. Dubium est ὅτι ὡς nulla voce interposita Xenoph. Hell. 3, 4, 20: προεῖπεν αὐτοῖς ὅτι ὡς εὐθὺς ἠγγήσοιτο. ubi tamen ὅτι in aliquot libris deest. 3, 2, 14: εἰπὼν ὡς ὅτι ὄκνοίη. Dionys. Arch. 9, 14: ἐπιγνοὺς ὡς ὅτι ἐν ἐσχάτοις εἰσίν. Plato aliquoties ὡς ὅτι cum superlativo junxit, Symp. 218, d, Legg. 731. 743. 757. 759. 887. 908. Sed si quis talia ad scripturam defendendam sufficere neget, non magnopere repugnem.

C. 4.

1. Ἀτροπάτην. Mediae satrapam 6, 29, 3. *Schmiederus*.

Ἀβουλίτην. Hujus mentio fit apud Curtium 5, 2, 17. *Raphelius*. De eo causa enarrata Plutarchus Alex. 68 tantum tradit καθείρξε τὸν Ἀβουλίτην.

Ὁξάρτην. Plut. l. 1. τῶν Ἀβουλίτου παιδῶν ἓνα μὲν Ὁξάρτην αὐτὸς ἀπέκτεινε σαρκῶσα διελάσας.

2. δορυκῆτοι. cf. Lobeck. Parall. p. 460.

ἐγγένητο fuerat potius quam fore videbatur. *Raphelius*.

φθειρόμενον. Hoc verbum passim dici de errantibus, vagantibus notum est. v. praeter alios, quos Ellendtius laudat, Pflugkium ad Eurip. Hel. 774. Sed videtur hic usus magis poetarum et posteriorum esse. cf. tamen Isocr. ep. 9, 10.

3. οὐ μὴν ἀλλὰ praeterea vero etiam. *Raphelius*.

ὡς πιθανοῖς — quasi fide digna per omnia essent illa crimina, quae tamen falso saepe solent deferri. ἐν πανί per omnia, in omnibus, ut 2 Cor. 8, 7. *Raphelius*.

ἐπὶ τὸ τιμωρήσασθαι. Repetendum ὀξύτερος. *Raphelius*. Similiter Curtius 10, 1, 39: coeperat esse praeceps ad repraesentanda supplicia, item ad deteriora credenda. Scilicet res secundae valent commutare naturam. *Schmiederus*.

4. γάμους ἐποίησεν. Nuptias facere dicit Petronius in Satyr. p. 49: jacuerunt ergo una, non tantum illa nocte qua nuptias fecerunt. *Raphelius*. Hoc tamen Graece esset γάμον ἐποίησαντο. cf. Gr. 52, 8 ann. 1.

Βαρσίην. Curt. 10, 3, 12 et 6, 11. *Raphelius*. Darii filiae non Barsine sed Statora nomen fuisse ceteri tradunt, Diod. 17, 107, Curt. 4, 5, 1, Just. 12, 10, Plut. Alex. 70 [de Alex. fort. 2, 6]. At Barsinē Artabazi filiam et Memnonis conjugem facit idem scriptor, quae vidua Damasci capta ante nuptias regis consuetudinem cum rege habuerit. Ex ea natum fuisse filium nomine Herculem scribit Diod. 20, 28, Curt. 10, 6, Just. 11, 10 et 13, 2. Verum aliud et singulare latet in Arriano. Manuarii nostri libri pro Βαρσίην legunt Ἀρσίην, unde promptum est eruere germanam lectionem, quae haec est: Ἀρσινόην. Auctor hujus emendationis Photius, cujus verba sunt [p. 68, b Bekk.] ἐπιτελεῖ δὲ καὶ γάμους αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἑταίρων λαμπροῦς, αὐτὸς μὲν τὴν πρεσβυτάτην τῶν Δαρσίου παιδῶν, Ἀρσινόη αὐτῇ ὄνομα. ἀγόμενος. *Blancardus* Quod codices se sequi dicit, exigua fide dignus est ac fortasse ex Curtio 10, 6, 11. 13 duxit, ubi alii Barsinen, alii Arsinen scribunt. Major est Photii auctoritas, qui quum sua ex ipso Arriano repetierit, vix dubitaveris Ἀρσινόην huic reddere.

Ῥωξάνη. Curt. 8, 4, 23 et 10, 6, 9. *Raphelius*. De Roxane v. 4, 19, 5 s. Curtius 10, 3, 12 et Plut. de fort. Alex. p. 329 [1, 7 et 2, 6] has nuptias factas tradunt ut hoc sacro foedere omne discrimen victi et victoris excluderetur, utraeque gentes conjungerentur. Just. 12, 10 has nuptias pro crimine habet, inepte. De fastu et certaminibus in his nuptiis v. Charetem apud Athen. 12 p. 538, a quo sua habet Aelian. v. h. 8, 7. *Schmiederus*. Adde Plut. Alex. 70.

5. *Δρούπετιν*. *Δρουλήην* Diod. 17, 107.

Ὄξυνάρτου. *Ὄξυνάρτης* apud Strab. 12, 3 p. 544. Oxathres Curt. 3 11, 8. 13, 13. 7, 5, 40.

7. *τῶ ἑαυτῆς*. Gr. § 47, 5 ann. 2.

C. 5.

1. *ὡς ληψομένους* tanquam accepturos, ut qui accepturi essent. *Raphelius*. Cf. Curt. 10, 2, 9 ss.

3. *χρυσίον καὶ τοὺς*. In hac scriptura Sintenis in cens. alt. p. 162 s. ullo nomine offensionis quidquam inesse negat. Mihi *κατατιθέναι τοὺς ἐπιμηλομένους* tantum per zeugma dictum esse posse videbatur.

οὐκ ἀπογραφομένους, qui diribitores non amplius conscriberent debitorum nomina, quod antea fecerant, certe facere jussi erant. *Raphelius*.

4. *δισμύρια*. Curt. 10, 2, 9 — 11 solummodo 9870 millia talentum consumpta tradit. Cum Curtio sunt Diod. 17, 109 et Plut. Alex. 70, cum nostro Just. 12, 11. *Schmiederus*.

5. *τὴν ἐν Ὀρκοῖς νίκην*. Curt. 9, 10, 19. *Raphelius*.

ὅτι παραταξάμενος. Per *ὅτι* declaratur qualis illa fuerit victoria. *Raphelius*.

σὺν τῇ ὑπολειφθεῖσῃ δυνάμει cum relicta sibi manu; cum iis copiis quas ipsi Alexander dederat. *Raphelius*.

τῶν πλησίον τοῦτων optimus, ut 1, 13, 3 et 23, 3, pro *τούτοις*. *Schmiederus*.

6. *καὶ γὰρ καὶ* legitur etiam 3, 2, 3. 8, 7. 4, 8, 2. (18, 6.) 5, 3, 2. 4, 5. 20, 9. 6, 20, 1. 3. 22, 3. 24, 4. 7, 24, 2. cf. ann. ad Thuc. 8, 64, 2.

C. 6.

1. *ἐπιγόνους*. Hi epigoni erant barbari, quod ipse noster ait c. 8, 2. De iisdem loquitur Plutarchus [Alex. 47. 71] et loqui videtur Diod. 17, 108, agmen hoc comparatum adscribens contra phalangem inde a negato transitu supra Hyphasin (Gangem habet, sed male) suspectam. Idem ferme noster 7, 29, 4. *Schmiederus*. Sed tempus a Diodoro male notatum esse manifestum est; probabilius Plutarchus Alex. 47.

2. *εἶναι γὰρ* — fuisse enim propterea etiam Medicam Alexandri vestem dolori non parvo Macedonibus cum eam viderent. *Raphelius*.

3. *οἱ Βακτριῶν*. Curt. 10, 3, 10. *Raphelius*.

Ζαράγγων. Rectius *Ζαραγγῶν*. Nam *Σαραγγίων* vel *Σαραγγαίων*

Herod. 3, 117. 7, 67. Zarangae Plin. 6, 23 (25), quos a Drangis distinguit.

οἱ *Εὐδάκαι*. *Σάκαι* quin ab Arriano venerit non dubitare se ait Gronovius, quem vide ut et Blancardum. *Raphelius*. Quales fuerint Euacae ignoratur. Unde Gronovius scribere maluit οἱ *Σάκαι*, quae conjectura nimis celeriter in Lemgoviana recepta est. Nam Sacas non esse Persas per se liquet: Sacarum equites si nominare voluisset, locus erat pone Bactriorum et Sogdianorum nomina, ut 7, 10, 5, quibus Sacae vicini Sed *Εὐδάκαι* sunt ἐκ *Περσῶν*, ex Persis ipsis. Caeterum auctorem non nomen gentis satis notae sed agminis ejusdam minus noti scripsisse apparet ex addita voce *καλούμενοι*, qui vocantur. Unde vero omnium Persicorum agmina scire volumus? Apud Herodotum sane occurrunt plura equitum Persarum agmina selecta 7, 40 s., quorum autem nomina Persica non addita sunt. *Schmiederus*.

καταλοχισθέντας. καταλοχίζειν esse κατὰ λόγους distribuere admonit Salmas. ad Solin. p. 504, b.

κατ' ἀξίωσιν ἢ κάλλει. Memorabile documentum et dignum quod annotetur ut appareat quam gaudeat varianda phrasi Arrianus. Poterat enim perseverare in spectanda praepositione, ut facit mox c. 11, 8: *κατ' ἀξίωσιν ἢ ἵνα ἄλλην ἀρετήν*. Praetulit aliud quicquam. Neque hic solum sed fere omnes elegantiores ex antiquis. *Gronovius*, qui plurimis exemplis [praeter unum Latinis] hoc confirmat. *Raphelius*.

4. *Κωφῆν*. Qui h. l. scribitur *Κώφης* et a Curtio Cophas nominatur *Κωφῆν* 2, 15, 1 et 3, 23, 7. *Schmiederus*.

Ἰδάρνης. Mstus optimus pro *Ἰδάρνης* (etiam ex Curtio 4, 5, 14 id Latine notum) habet *Ἰδάριτης, Ἰσιάνης* pro *Ἰτάνης, Ἀντοβάρης* pro *Αἰγοβάρης, Ἰσιάσισης* pro *Ἰδάσισης*, quod etiam consensu suo firmant cum editione Basileensi alii mss. In quibus mutationibus agnoscis, opinor, nihil esse quod non propius ad familiaria Persarum alia nomina et publice nota accedat quam fit in vulgatis, et haud dubie omnes propterea pro veris admittendae. Quod vero palmarium est, discamus ex eodem codice quis sit ille Phradasmenes, qui quum alii propter imagines parentum allecti appareant, solus orbus remanet, ut neque causa conjici queat cur ad istum honorem hic quoque promotus sit. Ille enim omnes istas minutias ita ordinat *καὶ Φραδασμένης ὁ Φραταγέρον* etc. tanquam Sines ille novus et modo a me vindicatus frater fuerit hujus Phradasmenis et certe ex eodem patre. Quod ut de Sisine, an is quoque fuerit Phrataphernis filius affirmare nequeo, ita *Φραδασμένης* corruptum pronuntio pro *Φαρασιμένης*. Clarum id est ex 6, 27, 3: *ἐν αὐτοῖς Φαρισμάνης ὁ Φραταγέρον τοῦ Παρθυαίων καὶ Ὑρκανίων σατραπίου παῖς*. *Gronovius*.

6. *μεσαγύλων*. Memorantur etiam apud Graecos. cf. Eur. Andr. 1133 et Polyb. 23, 1, 9.

C. 7.

1. *ἀναπλεύσαντος*. *Ἀναπλέω* adverso flumine ad interiora regionis navigare, uti *καταπλέω* secundo flumine mare versus defluere. *Raphelius*.

τοῦ ναυτικοῦ, classis Nearchi. De Eulaco v. Cellar. 2 p. 676 [788s.]. *Schmiederus*.

2. αἱ δὲ ἄλλαι, quas modo ibi reliquisse dicitur. *Raphelius*

ἀνακομισθεῖσαι revectae, retro actae adverso flumine. *Raphelius*.

3. Ἀσσυρίαν. opt. Συρίαν, quam scripturam defensam vide apud Gronovium. *Raphelius*. Video sane sic quoque citari ab Eustathio; et hinc simul persuadeor non studiose ab isto id actum ut haberet codices electioris et magis conspicuae vel fidei vel manus, quam passim circumferbantur. Quippe Arrianus Assyriam non aliam novit nisi quae ultra Tigrim versus orientem patet, ut quidem illi debebant collegisse ex loco 3, 2, 6, quem illic selegimus, non quae inter eos interjecta est. Non igitur Eustathius tanti ut idcirco discedam a msto optimo, hoc est verissimo calami Arrianei custode, inprimis quum nulla sit Assyria et Mesopotamia, quod debuit cogitare tam Eustathius quam illi geographici citatores. Accedit jam ipsum vocabulum quo quondam incolae eam partem fluviis interjacentem appellaverunt, non Assyriae literas exprimens sed Syriae, quae vox generalis fuit et multis plagae istius tractibus indita, nempe Aram Naharaim. Scripsit auctor, ut docet ille codex fidissimus, Συρίαν, et ipse Arrianus, qui id confirmat 5, 25, 4: καὶ Συρία ἢ τε κοίλη καὶ ἡ μέση τῶν ποταμῶν. et 7, 9, 8: ἢ τε κοίλη Συρία καὶ ἡ Παλαιστίνη καὶ ἡ μέση τῶν ποταμῶν. 3, 8, 6: Σύροις δὲ τοὺς τε ἐκ τῆς κοίλης καὶ ὅσοι τῆς μεταξὺ τῶν ποταμῶν Συρίας. Plane sic Mela [1, 11, 1]. *Gronovius*.

κλιήζεται. Eodem verbo utitur 7, 13, 1, Ind. 1, 6, Appian. Syr. 17. 63 alique; ex Atticis solutae orationis scriptoribus, quod meminerim, solus Xen. Cyr. 1, 2, 1: οἱ Περσεῖδαι ἀπὸ Περσείως κληζονται.

ἔσβάλλει. cf. Strab. 2, 1 p. 80. 11, 12 p. 521. 14 p. 527. 529. 16, 1 p. 739.

οὐδαμοῦ διαβατός. sc. inde ab eo loco ubi Tigris et fossis ex Euphrate derivatis et fluminibus in tantam magnitudinem increverit. Nam supra ea loca transierat Alexander Tigrim 3, 7, 5. *Schmiederus*. De adjectivi forma v. Lobeck. Parall. p. 483.

4. ἐς τὴν χώραν per fossas. *Schmiederus*.

οὐδὲ ἐκδίωσιν οὗτος κατὰ διώρυχας. Mirum sane Arrianum cum Xenophonte suo adeo dissentire, ut cum hic alveos ex Tigris in Euphratem, ipse plane contra ex Euphrate in Tigrim derivari scribat. Ita enim Xenophon Anab. 1, 7, 15: ἐνθα δὲ εἰσὶν αἱ διώρυχες ἀπὸ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ ῥέουσαι. εἰσὶ δὲ τέσσαρες, τὸ μὲν εὖρος πλεθριαῖα, βαθεῖα δὲ ἰσχυρῶς, καὶ πλοῖα πλεῖ ἐν αὐταῖς αἰαγωγὰ. εἰσβάλλουσι δὲ εἰς τὸν Εὐφράτην. Qua ratione conciliari haec possint viderint alii. Quamquam enim temporibus disjunctissimi fuerunt Xenophon et Arrianus, nulla tamen, credo, temporum tanta vis esse potest quae fluminum alveos adeo plane in contrarium vertat. Quodsi quis tamen utri potius credendum sit quaerat, equidem Xenophonti omnino puto, qui ipse in his locis fuit, Cyri exercitum secutus. Forsitan autem alibi Euphrates, alibi Tigris profundiore alveo labitur, ut nec Arrianus plane a vero aberrarit. *Raphelius*. Xenophontis quae feruntur ista verba cum proximo versu subditiua esse probavi in l. de auth. et integr. Anab. Xenoph. p. 10 ss.

ἀπὸ οὗ. cf. ann. ad 1, 12, 10; πρὸς οὗ 3, 9, 5.

5. μετέωρός τε ῥεῖ altus fluit ripis non eminentibus. *Raphelius*.

καὶ διώρυχες τε. Idem confirmat Polyb. 9, 35. *Raphelius*. Τε particulae, nisi corrupta sit, respondeat καὶ οὕτως § 5.

ἀένναοι. Hanc formam hic et 4, 6, 6 intactam reliqui, in harum aetatum scriptoribus tale quid corrigere non ausus. Nam de superioribus

v. Heindorf. ad Plat. Phaed. 139 et Hermann. ad Eur. Jon. 117. Nunc quum Par. C hic ἀέναοι habeat, etiam 4, 6, 6 emendare audeam.

ἀφ' ὧν ὑδρεύονται. Strabo 15 p. 511, ut notat Zeune [ad Xenophonis l. 1.] „usum alveorum Euphratis facit triplicem; primum enim excipiebant aquas fluvii exundantes; tum per aestatem rigabant agros; et denique quoque navigationi serviebant.“ Euphratem in paludes dissolvi atque sic evanescere jam dixit 5, 5, 5. At 7, 20, 3 et 6 memorat ostium Euphratis. Num forte ibi Euphratis nomen positum est pro nomine Tigris, in quem maxima illius pars labitur, an fuit tunc aliquod Euphratis ostium, sed ita vadusum ut navium non esset patiens? Nostris enim temporibus non est ostium Euphratis, sed totus effunditur in Tigrim. *Schmiederus*. Strab. 2, 1 p. 80: (ἀπὸ Βαβυλῶνος) ἐπὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Εὐφράτου καὶ πόλιν Τερηδόνα τρισχίλιους σταδίους. atque ib. mox et 11, 14 p. 529 diverso utrumque alveo in mare deferri tradit.

πρὸς καιρὸν ποιοῦνται ad tempus fiunt ad irrigandam regionem. Haec enim utique connectenda *Raphelius*.

ἐς οὗ sic collocata v. Dion. Arch. 3, 23 et Plut. Cleom. 20; οὐκ ἐς πολὺ Appi. Mithr. 63. 92 et b. c. 1, 11; ἐν οὐκ Thuc. 2, 42, 2, Dem. 58, 60, Eur. Andr. 211, Stob. 36, 5, Dion. Arch. 6, 29, Luc. As. 28, Plut. Caes. 39, Sulla 1, οὐκ ἐν Pomp. 28. Nunquam, quod meminere, in formula οὐκ ἐς μακρὰν variatur.

τεναγώδης ἐς τοῦτο. ἐς τοῦτο ad hoc, praeter hoc. *Raphelius*.

6. Ὡπιν. v. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 2, 4, 25 ed. max

7. τοὺς καταρράκτας. Strab. 16, 1 p. 740: οἱ μὲν οὖν Πέρσαι τοὺς ἀνάπλους ἐπιτήδες κωλύειν θέλοντες φόβῳ τῶν ἐξωθεν ἐφόδων καταρράκτας χειροποιήτους καπσκαπέκτισαν· ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἐπιῶν ὅσους οἷός τε ἦν ἀνεσκεύασε καὶ μάλιστα τοὺς ἐπὶ τὴν Ὡπιν. cf. Ammian. Marc. 24, 6, 2.

νηίτη στόλῳ κρατήσαντα qui navali classe praevaleret. Sicut paulo post κρατοῦντες τοῖς ὅλοις dicuntur. *Raphelius*. De verbis cf. ann. ad Thuc. 2, 24, 2.

ἄτε δῆ οὐ ναυτικοῖς. οὔσιν addi necesse non erat. cf. Schneider. ad Plat. civ. 551, e.

οὐκ ἔφη — negavit eorum qui armis valerent esse huiusmodi inventa. Ita omnes Graeci in iisque Xenophon saepius. In re non dubia satis erit unum exemplum Anab. 1, 3, 8: αὐτὸς δὲ οὐκ ἔφη ἱέναι. *Raphelius*.

οὐκ οὖν πρὸς αὐτοῦ — neque hanc securitatem (i. e. hanc munitionem) se dignam (πρὸς αὐτοῦ gloriae suae, potentiae suae in armis convenientem, ut 1, 13, 7) censebat, quam re ipsa nullius momenti esse ostendebat, facile eam solvendo vel non difficulter molitiones Persarum dissolvens. *Schmiederus*.

C. 8.

1. ἀπιούσιν. cf. c. 10, 5. 12, 1 s. Conjecturam meam probat Sintenis in cens. tertia p. 1096 cl. Xen. Anab. 1, 7, 4.

2. οὐκ ἀλόγως non sine ratione. *Raphelius*.

ἐς τοῦτο φέρουσα eodem [eo] pertinens. *Vulcanius*.

τῶν Ἐπιγόνων. Supra 6, 1. *Raphaelius*.

κόσμησις. Ornatus militaris intelligitur, in armis consistens. 7, 6, 1: κεκοσμημένους Μακεδονικοῖς ὅπλοις. *Raphaelius*.

τῶν ἀλλοφυλῶν. Supra c. 6, 3. *Raphaelius*.

3. ἐπικερτομοῦντες. Poetice vox, qua etiam Her. 8, 92 usus est; idem κέρτομος habet 5, 83.

ἀπὸ τῆς. ὑπὸ τῆς malim.

C. 9.

1. πρὸς δποίους τινὰς —. Est comparatio hujus temporis cum praeterito vel status ipsorum rei familiaris, quales nempe ante Alexandrum fuerint, quales nunc revertantur. Hoc enim notat nunc particula πρὸς. Verte: quantum mutati ab illis qui nuper eratis abeatis; quales nunc facti ad illos qui quondam eratis. *Gronovius*, qui loca similia aliorum plurima collegit [sed ex quibus nihil efficias]. Possunt tamen haec etiam alio quodam modo exponi, quamquam sensu non multum diverso, ut πρὸς non cum ὅποιοι γινόμενοι sed cum ἀπαλλάσσεισθε construantur. Uti apud Johan. 20, 10: ἀπῆλθον οὖν πάλιν πρὸς ἑαυτοῖς οἱ μαθηταί, h. e. domum. et Ter. Eun. 3, 5, 64: eamus ad me. 4, 3, 21: nisi domum forte ad nos rediit. Catullus epithal. in Peli nuptias: ad se quisque vago passim pede discedebant. Sententia igitur haec erit, ad eloquendum quidem difficilior, si quis verbum verbo velit, sed ad intelligendum satis aperta: ut cognoscatis quales olim in patria fueritis et quales nunc discedatis. *Raphaelius*. Ex his illud quidem apparet necessarium esse quod Sintenis coniecit, Facius ante oculos habuit. Sententia haec est: quales nos (h. e. pater meus egoque) erga vos fuerimus qualesque vos erga nos facti discedatis. De dicendi ratione exposui in spec. annot. ad Demosth. Philipp. 1 § 3 p. 11 et Gr. § 51, 17 ann. 10. Addam Demosth. 24, 39: ἵνα δ' εἰδῆτε παρ' οἷσιν νόμους οἷον αὐτὸς εἰσήνεγκεν ἀναγνώσεται πρῶτον ὑμῖν τὸν τοῦτου νόμον.

2. παραλαβὼν ὑμᾶς cum accepisset vos. Quod in Latina interpretatione omissum. Ita Curt. 10, 2, 24: Hoc cultu nitentes vos accepi. Livius 34, 50: commonitosque vos in quo rerum statu accepisset eos et in quo relinqueret. *Raphaelius*.

ἐν διφθέραις sub pellibus plerosque pascentes. Non opus est addere degentes, quo nonnihil imminuit sententia *Raphaelius*. Recte Schmiederus convertit: pellibus amictos.

κακῶς. ὠπλισμένους excidisse suspicor.

3. ἤγεσθε καὶ ἐφῆρεσθε. v. not. ad 1, 5, 3. *Raphaelius*.

τῆν ἐμπορίαν. ms. opt. τὴν εὐπορίαν. Neque possum spernere, immo non anteferre vulgato, quum plus notet, nempe facultatem, opportunitatemque omnium rerum quae optari possunt. Ideo sumitur generaliter, ut c. 19 specialiter: τούτων μόνων τῶν δένδρων εὐπορίαν εἶναι. *Gronovius*. Simile loquendi genus est § 6: τοῦ Ἑλλησπόντου ὑμῖν τὸν πόρον ἀνεπίτασα. *Raphaelius*. Certum et singulare quid requiri quod metallis opponatur manifestum est.

τῶν μετᾶλλων. Lucem dabit Diod. 16, 8, Ol. 105, 3: τὰ δὲ κατὰ τὴν χώραν χρύσεια μέταλλα, παντελῶς ὄντα λιτὰ καὶ ἄδοξα ταῖς κατεσκευαῖς, ἐπὶ τοσούτων ηὔξησεν ὥστε δύνασθαι φέρειν αὐτῶ πρόσοδον πλείον ἢ ταλάντων χιλίων· ἐκ δὲ τούτων ταχὺ σωρεύσας πλοῦτιον αἰεὶ μᾶλλον διὰ τὴν εὐπορίαν τῶν χρημάτων εἰς ὑπεροχὴν μεγάλην ἤγαγε τὴν Μακεδονικὴν βασιλείαν. νόμισμα γὰρ χρυσοῦν κόψας τὸ προσαγορευθῆναι ἀπ' ἐκείνου Φιλίππειον μισθοφόρων δυνάμιν ἀξιόλογον συνεστήσατο. *Blancardus*. Diodoro hic quoque non multum tribuendum esse docet Herod. 5, 17: ἔχειται τῆς [Πρασιάδος] λίμνης τὸ μέταλλον ἐξ οὗ ὕστερον τούτων τάλαντον ἀργυρίου Ἀλεξάνδρῳ ἡμέρης ἑκάστης ἔγοίτα. Itaque jam superioribus temporibus non exigui fuerunt hi reditus, quamquam fortasse bellorum et seditionum temporibus intermissi.

4. ἄρχοντας. Supple ὕλῃς. *Schmiederus*. De re cf. Isocr. ep. 2, 20, Polyb. 4, 76, 2 9, 28, 3.

οὗς πάλαι ἐτεθνήκειτε. ὧν legi in msstis *Blancardus* ait, Gronovius negat. *Raphelius*. ἐτιθήπυτε? Sed Beckm. in progr. 1807 corrigi ὧν. *Schneiderus*. Demosth. 4, 45 p. 53: οἱ δὲ σύμμαχοι πεθῶσι τῷ θεῷ τοὺς τοιούτους ἀποστόλους, dictum pro φοβούνται τοὺς τοιούτους ἀποστόλους ὥστε τεθῆναι. Plura ad h. l. dedit Voemelius. Adde Gr. § 46, 10 ann. 2.

ἤδη ταῦτά γε — cum jam in his quidem et nos eum adjuvaremus. *Raphelius*.

γόρους τελεῖν Ἀθηναίοις. Demosth. 3, 24 p. 35: ἐπήκουε δὲ ὁ κἀτὴν τὴν χώραν ἔχων αὐτοῖς βασιλεὺς, ὥσπερ ἐστὶ προσήκον βάρβαρον Ἕλλησιν. περὶ Ἄλον. 12 p. 79: ἐγ' ἡμῖν γὰρ ἦν ἡ Μακεδονία καὶ γόρους ἡμῖν ἔφερε καὶ τοῖς ἐμπορίοις τότε μᾶλλον ἢ νῦν ἡμεῖς τοῖς ἐκεῖ κάκεινοι τοῖς παρ' ἡμῖν ἐχρῶντο. cf. ibi Voemel. Sed merito res dubia videtur Weiskio de Hyperb. 1 p. 21 ann.

5. ἐς Πελοπόννησον —. De hac re Polyb. 9, 28, 6 ss.

συμπάσης. ὑπό inserit Beckm. l. l. *Schneiderus*.

6. παραλαβῶν —. Curt. 10, 2, 24: hoc cultu nitentes vos accipi et quinquaginta talenta aeris alieni, cum omnis regia suppellex haud amplius quam sexaginta talentorum esset. Plut. de Alex. fort. 1, 3: κενοὶ δὲ οἱ Φιλίππου Θησαυροὶ χρημάτων καὶ προσὴν ἐν δάνειον, ὡς Οησικριτος ἱστορεῖ, διακοσίων ταλάντων. Plut. Alex. 15: ἐφόδιον δὲ τούτοις οὐ πλέον ἑβδομήκοντα ταλάντων ἔχειν αὐτὸν Ἀριστόβουλος ἱστορεῖ· Δούρις δὲ τριάκοντα μόνον ἡμερῶν διατροπὴν· Οησικριτος δὲ καὶ διακόσια τάλαντα προσοφείλει.

βοσκούσης. v. ann. ad Thuc. 7, 48, 5.

8. ὄσα. Rectius ἄπερ.

ἔρχεται. v. ann. ad Xen. An. 4, 8, 25.

ὑμεῖς στρατηγοί, ὑμεῖς ταξίαρχαι. Xenoph. Anab. 3, 1, 37: ὑμεῖς γὰρ ἐστε στρατηγοί, ὑμεῖς ταξίαρχοι καὶ λοχαγοί.

9. ὡς nam. Ita mox c. 10, 2 et Plut. Paed. c. 19, 4 et c. 20, 3. *Raphelius*.

ταῦτα. fortasse ταῦτα τὰ.

προαγρυπνῶν. Recte Vulcanius: pro vobis vigilare. Commode Sintenis in cens. priori p. 1142 comparat προκινθυνεύειν et Xenoph. Anab. 7, 6, 36: πρὸ ὑμῶν ἀγρυπνήσαντα.

ἔχητε. Nihil caussae erat cur vulgatum ἔγοιτε repudiaret. *Pflugkius*. Quum antecedentia praesenti tempore dicta sint atque Alexander semper

se pro iis vigilare significet, non video cur rejicere debuerim quod facilima mutatione ex grammatico repetii in iis quae ex Arriano profert plerumque bonas scripturas offerente.

C. 10.

1. ἡ πονήσας. Cum praecesserint haec duo *πονούντων καὶ ταιλιπωρουμένων* et alterum jam repetatur *πνήσας* praefixa particula ἡ; alterum quoque sequi deberet ἡ *ταλιπωρούμενος*. Sed mutavit Arrianus cum verbis simul constructionem licentia Graecae linguae non insolenti. Nisi forte ἡ hoc loco est particula intendendi. Quo sensu et infra c. 13, 4 videtur accipi. *Raphelius*. Manifestum est hic aliquid corruptum esse. Mihi etiam nunc sic fere scripsisse videtur Arrianus ἡ *πνήσας οἶδεν ἐμοῦ μάλλον ἢ κινδυνεύσας ὑπὲρ ἐμοῦ μάλλον*.

τῶν γε δὴ ἐμπροσθεν μερῶν certe quidem anteriorum membrorum. *Raphelius*. De re v. Plut. de Alex. fort. 1, 2, 2, 9 et ind. hist. in Alexander.

2. ἦδη etiam. Ita idem Arrianus in Tact. c. 10 in: *τὸν δὲ λόγον καὶ σίχον ἦδη τινὲς ὀνομάζουσιν*. et c. 13: *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλῃ χώρῃ ἦδη ψιλοὶ εὐέχθησαν*. *Raphelius*.

παϊόμενος. Participio hoc ostendit Alexander quanti sibi constiterit ut ipsos victores praestaret; ut proinde non satis exprimatur per quamquam. *Raphelius*.

3. *τοσαῦτα μὲν μισθοφορούντων*. Idem accidit in hoc quoque participio, quo indicat satis sibi caussae fuisse cur inquireret in aes alienum in tanto stipendio tantaque praeda contractum. Vertendum igitur: cum tantum stipendium accipiatis tantamque praedam rapiatis, quoties post obsidionem urbis direptio fit. *Raphelius*.

4. *αἱ εἰκόνες*. Non placet articulus, quo addito sententia est: aeneae sunt statuetae quae plerisque positae sunt, quasi hoc maxime urgeretur quod aeneae essent horum statuetae, quum alii viliores haberent. Quod quum minus aptum sit, *καὶ εἰκόνες* emendaverim. De re cf. ann. ad 1, 16, 4.

λειτουργίας τε — v. ann. ad 1, 16, 5.

6. *τὸν Καύκασον*. 3, 28, 4. *Raphelius*.

ὑπὲρ τὰς Κασπίας πύλας. 3, 20, 2. *Raphelius*. Has portas dum superaverat quo tempore Caucasum transiit. Mire igitur cum Facio Vulcanius: qui Caucasum montem superavit portasque Caspiae. Debebat: qui Caucasum superavit, trans portas Caspiae positum. cf. 3, 25, 5: *τὰ ὑπὲρ τὰς Κασπίας πύλας, τὰ ἐπ' ἐκείνα τοῦ Καυκάσου*. Male autem Schmiederus haec ita accipit ac si Arrianus iis quas proposui verbis falsum Caucasum sive Parapamisum a vero distingueret: quod si voluisset, dicere debebat *τὸν ὑπὲρ τὰς Κ. π.*

εἰ μὴ καὶ. Fortasse *εἰ μὴ γε*. *Pflugkius*. Idem ego quoque adscripseram. Sed fortasse *καὶ* delendum est cum A et C.

7. *εἰς Σοῦσα*. Erat exercitus nunc non Susis sed in urbe ad Tigrim cui Opis nomen; sed in eam urbem duxerat a Susis, ubi Alexander dis-

cesserat ad videndum sinum Persicum, exercitum Hephaestion, ut sic vere Alexander dicere posset exercitum se Susa modo usque comitatum. *Schmiederus*.

ἐπανηγύγετε. Dicitur non solet ab exercitu imperatorem reduci sed ab imperatore exercitum. Et sane hic quoque Facius vertit. qui vos incolumes ac victores Susa reduxit, quasi legisset: ὅς εἰς Σούσα ἐπανήγαγε τε ὑμᾶς σώους καὶ νικῶντας, cui participio optime responderet sequens τοῖς νικημένοις. *Schmiederus*. Ferri potest ἐπανηγύγετε, ut Siatennis quoque adnotuit in censura prioris p. 1143: cum periculis et laboribus jam superatis reduxissetis —.

ἀπολιπόντες οἴχεσθε. Cohaerent haec cum verbis § 5 ἀπελθόντες οἴκου ἀπαγγεῖλατε ὅτι τὸν βασιλέα ἐμῶν — ἀπολιπόντες οἴχεσθε. *Raphelius*.

C. 11.

1. τὰς τε ἡγεμονίας. In Supplem. Curt. 10, 3, 15. *Raphelius*.

μιλιτῶν αὐτῶν. Ex more Persarum, de quo apud Xenoph. orat. de Ages. 5, 4: ἐπιχωρίου ὄντος ταῖς Πέρσαις μιλεῖν οὓς ἂν τιμῶσιν. et Cyrop. 1, 4, 27: λέγεται, ὅτι Κῦρος ἀπῆκε καὶ ἀπῆλλείοντο ἀπ' ἀλλήλων, τοὺς συγγενεῖς μιλοῦντας [τὸν Κῦρον] τῷ στόματι ἀποπέμψασθαι αὐτὸν νόμῳ Περσικῷ· καὶ γὰρ νῦν ἐν τοῦτο ποιοῦσι Πέρσαι. Caeterum de cognatis regis Persarum, honoris caussa ita dictis, v. Freinshem. ad Curt. 3, 3, 14. *Raphelius*.

2. ἐν τε τῷ παρατυχία in praesentia, re recentī *Raphelius*.

οὔτε μένοντες — plerique vero neque si manerent, quid facerent aut dicerent sciebant. *Raphelius*. Ineptum esse indicativum πρᾶττοναι ἢ λέγουσιν manifestum est. Proprie quidem optativus requiritur, sed etiam praeterito antecedente conjunctivum sic inferri notum est. cf. Gr. § 54, 7 ann. 1. Ind. 20, 4: λέγει δὴ ὁ Νέαρχος ἐαυτῷ ξυνοῦσθαι τὸν Ἀλέξανδρον ὄντινα προχειρίσθαι ἐξηγέσθαι τοῦ στόλου.

3. ὡς δὲ τὰ Περσῶν —. Haec supplementi loco inserta sunt Curt. 10, 4, 4 ss. *Raphelius*.

τὰ Μακεδονικὰ ὀνόματα. sc. ἐξηγγέλλετο, postquam renunciatum ipsis est de Macedonicis nominibus, Agema aliquod Persicum vocari. *Raphelius*.

ἀγηνά τι — ἄλλο ἄγηνμα βασιλικόν. Haec omnia negligenter Facius in versione praetermisit. Ἀργυρασπίδων, quod etiam vidit Blancardus, nulla praeter hunc locum in Arriano mentio facta. Just. 12, 7 Alexandrum auctor est, quum in Indiam moveret, Argyraspidas fecisse. Etiam Curt. 8, 5, 4 Alexandrum ait, quum in Indiam ingressurus esset, necubi vinceretur, cum ceteris praestaret, scutis militum argenteas laminas addidisse. Neuter his locis adjecit utrum omnibus an parti solum militum. Idem vero Curtius jam in descriptione praelii ad Gaugamela 4, 13, 27 et Diodorus 17, 57 idem nomen dederunt iis militum quos Arrianus reliquos scutatatos regio appellare solet: quod Freinshem. ad Curt. 8, 5, 4 per prolepsin factum recte monet. Respondet igitur agema Persicum Macedonum ageinati peditum, respondent argyraspides scutatatis regis, et pezhetaeri Persae pezhetaeris Macedonibus. Sed qui πιξίταιροι ἄλλοι fuere? Alii praeter jam commemoratos Macedonum pezhetaeri non fuere, quibus respondere possent alii quoque Persarum pezhetaeri. Ne multis morer,

voces καὶ πεζῆταιροι ἄλλοι glossema sunt. Quod satis liquet ex scriptura primarum editionum, quarum habent Veneta et Basil.: καὶ πεζῆταιροι Πέρσαι καὶ ἀσθῆταιροι ἄλλοι, et Vulcaniana: καὶ πεζῆταιροι Πέρσαι καὶ ἀσῆταιροι ἄλλοι, quod primus Blancardus mutavit in καὶ πεζῆταιροι Πέρσαι καὶ πεζῆταιροι ἄλλοι, me non probante. Plurimis quidem in primis editionibus locis pro πεζῆταιροι corrupte scriptum est ἀσθῆταιροι; at hunc nostrum locum sic natum opinor: In contextu vitiose legebatur καὶ ἀσθῆταιροι Πέρσαι; librarius errorem subodoratus super haec inter versiculos scribebat emendationem suam καὶ πεζῆταιροι Πέρσαι; tertius indoctor describebat omnia una serie sic: καὶ πεζῆταιροι Πέρσαι καὶ ἀσθῆταιροι Πέρσαι; ultimam denique vocem alius mutavit in ἄλλοι, repetitione ea offensus. Sic eam lectionem natam opinor. *Schmiederus*. Codd. tres Pariss. habent ἀσθῆταιροι ἄλλοι, unde St. Croix Examen critique p. 456 ed. sec. scribebat καὶ σθῆταιροι ἄλλοι. *Schneiderus*. Mili placet quod Schulzius conjecit καὶ ἐπασπισται ἄλλοι, et praeterea hypaspistae, quorum commemoratio hic necessaria videtur.

καρτεροὶ σφῶν. cf. 4, 19, 6 et Ind. 7, 5. Ex Atticis hunc usum non habeo enotatum.

4. ἔχειρίας. Supplicia dicit Vulcanius more Salustii pro supplicationibus. *Raphelius*. Pro ταύτας ne quis ταῦτα requirat, ita passim Graeci. Gr. § 61, 7 ann. 1.

5. ἀνήγετο ὡς τι ἐρωῶν. Citatur in Lexicis et Plat. de Legibus ἀνάγομαι ὡς ἐρωτήσων pro paro me ad interrogandum, quasi accingor ad interrogandum. *Raphelius*. Leguntur haec Charm. p. 155, d. Xen. Cyr. 6, 3, 12: ὡς λέξων τι ἀνήγετο. cf. supra 5, 18, 7.

8. θοίνην. Raro apud solutae orationis scriptores legitur. cf. Lex. Xen.

δημοσιελῆ. v. ann. ad Thuc. 2, 15, 3.

ἔσπενδον τὰς αὐτὰς σπονδάς libantes easdem libationes. *Raphelius*.

9. εὐχετο. sc. Alexander vel etiam Graeci vates et magi, ut ad modum Atticismi masculinis pluralibus subjungatur verbum singulare, quod interdum fieri, licet rarius, Posselius in syntaxi exemplis comprobavit. *Raphelius*. Immo Alexander εὐχετο.

καὶ ἐπ' αὐτῇ παιανίσαι et post illud paeanem cecinisse. *Raphelius*. Cf. ann. ad Xenoph. Anab. 5, 9, 5 ed. max.

C. 12.

1. ἐθελονταὶ ἤδη jam voluntarii, jam non tantum ejus jussu.

ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ. τὴν sc. μισθογοράν, τοῦ sc. χρόνον, sed etiam temporis in reditionem domum (ut Caesar loquitur B. G. 1, 5) incidentis, ut Plinius loquitur 2, 47: quod tempus in III idus Nov. incidere consuevit. Justinus haec ita 12, 12, 10: stipendia revertentibus veluti militantibus data. *Raphelius*.

2. παρὰ οἱ. v. ann. ad 4, 12, 10. cf. 7, 24, 4. ἐν οἱ 7, 20, 1. Semel οἱ δὲ 4, 29, 1.

ἀλλοφύλους. Hoc inferitur ad στάσιον per appositionem. Qui alienigenae caussa seditionis futuri erant Macedonicis conjugibus et liberis. *Raphaelius*.

3. ἀστάθμητα. v. ad Thuc 3, 59, 1. cf. Dion. Arch. 4, 23.

ἀτέμαρτα. v. ann. ad Thuc. 4, 63, 1.

ἴσον τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ. De Crateri amicitia cum rege testatur Diod. 17, 114: Κράτερον μὲν γὰρ εἶναι φιλοβασιλεία, Ἡγαισιώνα δὲ φιλαλέξανδρον. Idem Plut. Alex. *Schmiederus*.

ἡγούμενον. Herod. 9, 1: τοῖσι δὲ Θεσσαλῆς ἡγεμόνοισι — μετέμελε οὐδέν. Diod. 17, 8: ὁ τῆς ἐν Καθμείᾳ φρουρᾶς ἡγούμενος Φιλώτας. et sic passim.

4. τῆς ἐλευθερίας. Excidisse suspicor ἐπιμελείσθαι aut simile quid. Alter enim Polyb. 27, 4, 7: προστατεῖν τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας.

Ἀντίπατρον. Supplem. Curt. 10, 4, 8. *Raphaelius*.

5. λόγος δὲ τις —. Exaggerata re Curt. 10, 10, 14.

ὄσω. cf. ann. ad Thuc. 1, 68, 2.

ἢ τὸ εἰκός τε καὶ. Plane abundat copula καί, ut docet liber optimus. Sed et videtur abundare particula τέ et scripsisse auctor ἢ τὸ εἰκός ἢ αὐτῶν μοχθηρία ἄγει, quo verisimile ab ipsorum malitia detorqueatur, quum videlicet id ipsum in meliorem ac mitiorem partem accipi et intelligi possit. *Gronovius*. Comprobavit hanc conjecturam Sintenis in cens. alt. p. 163. Vituperari eos scriptores qui in rebus non exploratis pro certis accipiant quae ipsorum pravitas ut probabilia credant efficiat. Hanc sententiam quomodo quis Graece ita eloqui potuerit non assequor. Itaque non injuria, opinor, dubitavi Gronovii conjecturam, ex parte tantum codicis A scriptura adjunctam, in ordinem recipere, tutius arbitratus propagare quod ceteri libri omnes videntur habuisse. Quod idem Sintenis negat huic scripturae sententiam satis aptam inesse, non concesserim, modo τὸ εἰκός hic non cum illo verisimilitudinem intelligas, sed veritatis speciem, meminerisque ejusmodi rerum plerasque majore probabilitate in malam quam in bonam partem verti.

6. ἐς ἀτιμῶν τὴν Ἀντιπάτρον. Fuerunt enim qui traderent Antipatrum non ad societatem militiae sed ad poenam se evocatum arbitratum, quum Alexander tam severe in satrapas animadverteret, ut Just. 12, 14. Credebant etiam Craterum cum veterum militum manu ad interficiendum cum missum. Curt. 10, 10, 15. *Schmiederus*.

τὴν ἀφ' Ἀδριανῶν τε τῆς Ὀλυμπιάδος —. De moribus Olympiadis consentit Plutarchus. βαρύνουσαν καὶ δύσζηλον γενναίκα eam appellans, διαγορᾶς τὰς περὶ τὴν οἰκίαν αἰεὶ μειζονας ποιούσαν. Alex. 9. Ibidem 68 addit etiam Olympiadem et Cleopatram (quam tamen superius necatam tradiderat, unde omnis narratio suspecta) ab Antipatro secessisse regnumque ita divisisse ut Olympias Epirum, Macedoniam Cleopatra obtineret. *Schmiederus*.

ἐγ' οἷς. i. e. ἐπ' ἐκείνους ἃ, de iis sive ad ea quae de matre ipsi nunciabantur. *Raphaelius*.

τὸ ἐνοίκιον mercedem pro habitatione decem mensium, quam in utero sibi praebuisset. *Raphaelius*. Decem menses semper Graeci in hac re habent, quum lunares dicant.

7. ἢ δὲ ὑπέρογκον. cf. Plut. Alex. 39.

καὶ ταῦτα. καὶ ταῦτα conjecit Sintenis in cens. alt. p. 163, quamquam

necessarium non esse ipse fatetur. Non displicet haec conjectura, ut sententia sit: atque hoc nomine majorem apud Alexandrum vim habebat quidquid ad Antipatri calumniam pertinebat.

γοβρωτέρα — ὄντα. Qui in annot. crit. me γοβρωτέρω — ὄντι, ab operis corrupta, scribere voluisse vidit, Sintenis in cens. alt. p. 163, eam conjecturam sibi quoque in mentem venisse declarat.

ἐφ' ὅτου. Immo ὅτω. *Pflugk*. Nisi forte ἐξ ὅτου praestat.

συνέθηκεν. Quod συνῆκεν conjeci, nolim contra proferri ann. ad 5, 1, 2.

πρὸς θυμοῦ. In optimo exemplari Florentino testatur Gronovius se post has voces εἶναι πρὸς θυμοῦ αὐτῷ ἀντί duas paginas cum dimidia relictas vidisse vacuas, tanquam iste librarius speraverit aliunde sibi eventuram copiam supplendi; atamen simile spatium vacare et in reliquis mss., ut omnino appareat ex primaevo exemplari, unde pleraque quae hodie exstant descripta sunt, folium fuisse deperditum. *Raphelius*. In ms. Parisiensi, quem vidit St. Croix, deficiunt quindecim versiculi, ne adscriptis quidem verbis quibusdam quae in editionibus leguntur. Examen p. 267. Reperitur eadem lacuna in mss. Vindob. teste Kollaro in Suppl. ad Lambeccii Commentarium. Et in editione Veneta duae paginae vacuae relictae sunt. Excidisse videntur 1) singularia quaedam de mandato Alexandri ad Antipatrum; 2) fuga Harpali, quod ostendit Phot. cod. 91, ubi haec habet: ἐν τούτῳ καὶ Ἀρπαλος βασιλικὰ λαβῶν ᾤχετο γέγων χρημάτων. Harpalus thesauris regis quae Ecbatanis servabantur praefectus fuerat 3, 19, 7. Reliqua ejus fata adjicio ex Diod. 17, 108. Harpalus, regem ex India nunquam reversurum sperans, totum se voluptatibus dedit et magnam pecuniae sibi creditae vim prodegit. Pisces e. c. ex mari rubro sibi adferendos curabat et cum duobus scortis Atheniensibus tam luxuriose vixit ut apud omnes male audiret. Reduce vero Alexandro et multos satrapas ob delicta similia capitis poena multante ipse cum V millibus talentum auri et VI millibus militum stipendio conductorum ex Asia Atticam versus contendit. At cum nemo ad ipsum inclinaret et frustra apud Athenienses magna pecuniae vi in oratores dispartita receptaculum petiisset tandem in Cretam profectus a Thimbrone quodam interemptus est. Excidit 3) fortasse aliquid de consilio Alexandri Graeciam petendi, de quo v. Curt. 10, 2, 1—7. 4) causa et descriptio itineris ex urbe Opi Ecbatana usque. Causa forte fuit Harpali fuga et direptio thesaurorum. Descriptionem aliquam itineris servatam v. apud Diod. 17, 110, Ol. 113, 3. Excidit denique praeter alia forte minor 5) controversia Eumenis et Hephaestionis. Saepius dissensiones fuisse Eumeni cum Hephaestione videmus ex Plut. Eum. 2. De ea vero quae circa hoc tempus acciderat nihil habet Plutarchus praeter haec pauca: πάλιν δὲ περὶ δωρεῆς τινος εἰς διαφορὰν καταστάς πρὸς τὸν Ἡγαισίωνα καὶ πολλὰ μὲν ἀκούσας κακῶς, πολλὰ δ' εἰπὼν τότε μὲν οὐκ ἔλαττον ἔσχεν. Ex quibus nihil ferme videmus. De reliquis praeter Harpali fugam Photius, res tantum graviores extrahens, nihil dixit. *Schmiederus*.

C. 13.

1. ὑπειξάντα. Hic deest origo simultatis quam ex Eumene Plutarchi repetit Blancardus. Inde petat qui volet. *Raphelius*.

ἐν ταύτῃ τῇ ὁδῷ. sc. ex urbe Opi in Mediam et Ecbatana, ut patet

ex principio capitis sequentis, quod probat etiam Plut. Alex. 72 in principio. Diod. 17, 110 iter Alexandri fuisse scribit ex Susis trans Tigrim (Pasitigrim) per pagos qui Carae vocantur, per Sitam, Sambana, Celonas (ubi Boeotorum progeniem ab Xerxe e patria remotorum habitasse dicit), Bagistanem, campum Nysaeum in urbem Ecbatana. In campo Nysaeo idem auctor est olim CLX equorum agrestium millia fuisse, sub Alexandri adventum vero tantum modo LXM. v. Wesselingium. *Schmiederus*.

τὸ ἀνεμῆνον concessum, dicatum, destinatum. Ita paulo post 17, 3. *Raphelius*.

Ἡρόδοτος. 7, 40. *Schmiederus*. Adde Strab. 11, 13 p. 525. 14 p. 529 s. Ammian. Marc. 23, 6, 30.

3. παιδοποιησόμενος. cf. Curt. 6, 5, 30. *Raphelius*.

4. οὐδέ τις. Ita Gronovius edidit ex ms. quem ipse ubique appellat optimum. Sed οὐδέν τι, ut habent tres Florentini, eodem teste, et Basileensis mihi magis probatur. Videturque particula ἤ intendendi vim obtinere, uti supra c. 10, 1, ut sententia haec sit: nihil quicquam ante Alexandrum vel Xenophon meminit sive ne Xenophon quidem. Neque Blancardus cum Stephano male legit οὐδ' ἐτι, neque ante Alexandrum jam vel Xenophon; quod bene respondet hisce sequentibus εἶπερ οὖν ἐτι ἦσαν. *Raphelius*.

Ἀλεξάνδρου, ἢ Ξενοφῶν ἀν' ἐμνήσθη non male Sintenis in cens. tertia p. 1096, ut ἤ fere idem sit quod εἰ δὲ μή. cf. ann. ad Thuc. 1, 78, 3.

5. ὅτι ἐστάλη expeditionem suscepisse. Sic 1, 1, 4, Ind. 5, 7 et 9, 12. *Raphelius*. Adde 2, 16, 5.

καὶ γέγραπται scripta etiam est. Sic post Facium Vulcanius. Non tamen puto contemnendam versionem Freinshemii picta est. v. ipsum ad Curt. 6, 5, 24. *Gronovius*. De Cimone pictore egit etiam Sillig. in catal. artificum in h. n.

6. πεποιήται. Referendum huc arbitror nomen μνήμη, quod paulo post occurrit. *Raphelius*. Hoc fieri non potest; statuendum est igitur ποιῖν hic dictum esse pro συγγράμειν.

ἐν τοῖς μάλιστα. Ita et Polyb. 17, 29: ἐν τοῖς μάλιστα καὶ περὶ Φίλιππον τοῦτο γέγονε Aelian. v. h. 14, 40 in. *Raphelius*. omnium maxime. v. notam Wolfii v. c. ad Reizium de prosodiae graecae accentus inclinatione p. 16 ss. *Schmiederus*. V. ann. ad Thuc. 1, 6, 2.

μνήμην ἐποιήσαντο. Nullam fidem narrationi de Amazonibus habendam esse docet praecipue Plut. Alex. 46 et Strab. 11 [5 p. 504]. Habitasse dicuntur inter Phasin et Thermodontem. Earum originem, expeditiones in Europam et Asiam ac pugnani cum Hercule et Atheniensibus describit Just. 2, 4. Loca de Amazonibus in utramque partem diligentissime collecta vide in Freinshemii comment. ad Curt. 6, 5, 24. *Schmiederus*.

C. 11.

1. ἐν Ἐκβατάνοισι. Suppl. Curt. 10, 4, 10. *Raphelius*.

Ἡφαιστίων. Ibid. 10, 4, 11. *Raphelius*.

ὅτι κακῶς ἔχει. Facile colligitur Hephaestionem febre continua et acuta laborasse ob intemperantissimas quibus tunc maxime indulgebat perpotationes [Diod. 17, 110]. Ad haec dies septimus erat, qui decretorius seu κρίσιμος ἡμέρα a medicis appellatur. Rex itaque audito Hephaestionem deficere (nam de ejus ἀφρώστια ante certiozem factum quis dubitet?) stadio excessit. *Blancardus*. De Alexandri et Hephaestionis obitu librum scripserat Ehippus Olynthius teste Athenaeo p. 146 et 434. *Schmiederus*. Rem tetigit Aelian. v. h. 7, 8, copiosius Diod. 17, 110. 114 s.

2. μέγα μὲν. Asyndeton quum hic ferri vix queat, καί particulam, in superiore versu molestam, ante μέγα collocandam esse censui.

ὡς ἕκαστος ἢ εὐνοίας —. Thuc. 1, 22, 2: οὐ ταῦτα περὶ τῶν αὐτῶν ἔλεγον, ἀλλ' ὡς ἑκατέρων τις εὐνοίας ἢ μνήμης ἔχοι. Dem. 18, 277: ὡς ἂν πρὸς ἕκαστον ἔχητ' εὐνοίας. Plut. Brut. 19: ὡς τις εἶχε πρὸς ἕκαστον ἢ συνηθείας ἢ φιλοφροσύνης.

3. οἱ μὲν ἐς κόσμον. Μὲν non erat omittendum [interpreti Latino]. Nam ii qui graviora scripserunt duplici causa id fecerunt. Unde mox sequitur: οἱ δὲ ἐς αἰσχύνην. *Raphelius*.

οὔτε Ἀλεξάνδρῳ neque Alexandro, tanti tamque invicti animi viro. Ita Cicero distinguere solet bonum civem et bonum virum. *Raphelius*.

πρὸς βίαν vi. *Raphelius*.

ἀπηνέχθη. Dubito an ἀπήχθη scripserit.

4. καὶ τοῦτον. καὶ τούτων οἱ μὲν cur maluerim perspicuum.

καὶ κείρασθαι. Totus hic locus aliter interpretandus. Primum κείρασθαι ἐπὶ τῷ νεκρῷ non est super mortui corpus prostratum, sed propter mortuum comam praescindere. v. Ezech. 27, 31. Jer. 16, 6. Deinde τά τε ἄλλα significat [non: aliaque luctus signa, sed] cum alias ob causas, uti 3, 2, 2. 18, 11. 23, 7. Denique οὐκ ἀπεικότα notat non incredibilia, verosimile, [Vulcanius converterat: non indecorum existimaverim]. Ind. 25, 7 [: καὶ ταῦτα οὐκ ἀπεικότα δοκεῖ μοι ἀναγράψαι Νέαρχος], cui mox opponitur οὐδαμῆ πιστόν. et 2, 16, 6: οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος ἰδεῖμαι, non incredibile puto. [cf. mox § 6.] Neque insolens est in hujusmodi locutionibus singularem pro plurali usurpari. Ita Ind. 9, 4 τὰ ἄτοπα de una re dicitur. Vertendum igitur: praescidisse autem Alexandrum propter hunc mortuum comam ob alias causas non incredibile judico, tum ob imitationem Achillis. *Raphelius*.

5. ἐφέρετο. ἐξείερετο malim.

ἔστιν ὅτε aliquando. *Raphelius*.

κατασκάψαι. ἐμπρησθῆναι incendi ait in dissert. Epict. 2, 22 p. 240: Ἀλέξανδρος ἐκέλευσεν ἐμπρησθῆναι τὰ Ἀσκληπιᾶ ἀποθανόντιος τοῦ ἐρωμένου. *Raphelius*.

καθεῖναι Ἐέρξην. Herod. 7, [35]. *Raphelius*.

6. καὶ ἐκείνο. μὴν ἐκείνο malim aut καὶ deleam.

καίπερ. an καίτοι? *Pflugk*. Recte. v. ann. ad 1, 5, 7. Sic tamen καίπερ Pol. 12, 14, 1.

7. εἰς Ἄμμωνος. sc. [τὸ] ἱερόν. Ita Latini dicunt ad Dianae, ad Veneris, ad Castoris, nempe templum. *Raphelius*. Quatenus Ammon concessit Hephaestionem coli v. c. 23, 6. *Schmiederus*.

8. πλειόνων. sc. ταλάντων, alii vero et plurium talentum funus

parari jussisse scripserunt. Justin. 12, 12, 12: tumulumque ei XII millium talentorum fecit. *Raphelius*. Diod. 17, 115 [: *μασί τὸ πλῆθος τῶν ἀναλωθέντων χρημάτων γεγόναι πλείω τῶν μυρίων καὶ δισχιλίων ταλάντων*]. Cum nostro est Plut. Alex. 72. *Schmiederus*.

9. *σφᾶς τε αὐτούς*. Qualis haec fuerit devotio equidem fateor me nescire. Neque enim videtur eadem fuisse quae Romanorum quorundam, ut Decii consulis, de quo Liv. 8, 9. Nam illi quidem pro vivorum salute se devotebant. Hi autem se devovisse dicuntur mortuo. Praeterea *σοφίσματος* sive callidi inventi nomine, credo, Arrianus nequaquam appellaret spontaneam devotorum mortem. *Raphelius*. Qualis devotio intelligenda sit ex his locis perspicui potest. Plut. in Eum. 2 auctor est Eumenem *ὄψηγείσθαι τε τιμὰς αἰ' μάλιστα κοσμεῖν τε ἔμελλον τὸν τεθνηκότα καὶ χρήματα τελεῖν εἰς τὴν τοῦ τάφου κατασκευὴν ἀφειδῶς καὶ προθύμως*. Diod. 17, 115: *τῶν ἡγεμόνων καὶ φίλων ἕκαστος στοχαζόμενος τῆς τοῦ βασιλέως ἀρεσκείας κατεσκεύαζεν εἰδῶλα δι' ἔλεγκτος καὶ χρυσοῦ καὶ τῶν ἄλλων τῶν θαυμαζομένων παρ' ἀνθρώποις*. Lucian. in l. de cal. non temere cred. [17]: *εὐθύς νεῶς τε ἀνέστησαν αἱ πόλεις καὶ τεμένη καθιδρύετο καὶ βωμοὶ καὶ θυσίαι καὶ ἐορταὶ τῷ καινῷ τούτῳ θεῷ ἐπιτελοῦντο, καὶ ὁ μέγιστος ὄρκος ἦν ἅπασιν Ἥφαιστιῶν. εἰ δὲ τις ἢ μειδιάσειε πρὸς τὰ γινόμενα ἢ μὴ φαίνοιτο πάνν εὐσεβῶν, θάνατος ἐπέκειτο ἢ ζήμια*. cf. not. ad 15, 4. *Schmiederus*. Ego putaverim ita eos se Hephæstioni devovisse ut eum quasi quendam tutelarem deum sibi optarent.

ὀλίγῳ πρόσθεν. Nempe sub finem c. 12 in iis quae nunc desiderantur. *Raphelius*.

10. *Ἡφαιστιῶνος* alterum ex *σημεῖον* pendet.

ἐπενόει ποιῆσαι cogitabat instituere, sed morte praeventus fuit. Hinc quos gladiatores paraverat ad funebres ludos Hephæstioni celebrandos, iidem paulo post dicuntur ad ipsius Alexandri tumulum certasse. *Raphelius*.

χορηγία. Sumtus fere omnes ad apparatus scenicum ad tragoedias exornandos aliaque Athenis pendebant divites tribulum curam scenae sortiti, et hi vocabantur *χορηγοί*, res ipsa *χορηγία*. Certabant vero non solum poetae et tragoedi sed etiam *χορηγοί*. Exemplum ejus rei in castris Alexandri v. apud Plut. Alex. 29. *Schmiederus*.

ἀριθελότερον ex Her. 8, 65 ei adhaesit.

ἐπ' Ἀλεξάνδρου τῷ τάφῳ. quod confirmatur ab Aeliano v. h. 7, 8. *Schmiederus*.

C. 15.

1. *ἐπὶ Κοσσαιίους*. Strab. 16, 4 p. 744: (*τῇ Περσίδι*) *συνάπτει ἡ Παρασιακὴ καὶ ἡ Κοσσαία μέχρι Κασπίων πυλῶν, ὄρενά καὶ ληστρικὰ ἔθνη*. — Κοσσαῖοι μὲν οἷν εἰσι τοξόται τὸ πλέον, καθάπερ καὶ οἱ συνεχεῖς ὄρεινοι προνομέοντες αἰ' χώραν γὰρ ἔχουσαν ὄλην τε καὶ λυπρὰν, ὥστ' ἐκ τῶν ἀλλοτριῶν ἀνάγκη ζῆν' ἀνάγκη δὲ καὶ ἰσχύειν' ἅπαντες γὰρ εἰσι μάχιμοι' τοῖς γοῦν Ἑλυμαίοις συνεμάχουν μύριοι καὶ τρισχίλιοι πολεμοῦσι πρὸς τε Βαβυλωνίους καὶ Σουσίους. cf. ann. ad 3, 17, 1.

2. *κατὰ κώμας* Strab. 3, 4 p. 163: *ἄγριοι γὰρ οἱ κατὰ κατὰ κώμας οἰκοῦντες' τοιοῦτοι δ' οἱ πολλοὶ τῶν Ἰβήρων' αἱ δὲ πόλεις ἡμεροῦσιν*. cf. ann.

ad Thuc. 1, 5, 3 et 10, 3, Polyb. 2, 47, 9 et Liv. 31, 30. Nec metuo ne quis opponat Strab. 8, 3 p. 337.

νέμονται. Post *νέμονται* Sintenis in cens. alt. p. 163 καί excidisse suspicatur. Facilius tamen emendari posse *νέμοντες*, modo doceri queat Arrianum esse eorum qui *νέμειν* pro *νέμεσθαι* dixerint. Mihi nihil emendandum videtur. Nam quod conjungitur *ἀποχωροῦντες ἢ διαγεύουσιν*, de hac ratione v. ind. in transitus.

εἰς τὸ ληστεύειν τρεπόμενοι. Thuc. 1, 5, 1: *εἰράποντο πρὸς ληστείαν.* Strab. 4, 3 p. 193: *ἐπὶ ληστειᾷ τραπεύσθαι.*

ἀπὸ τούτου τὸν βίον ποιοῦνται. Thuc. 1, 5, 1: *ἤραζον καὶ τὸν πλείστον τὸν βίον ἐντεῦθεν ἐποιοῦντο.* ubi cf. ann.

3. *ἔξεῖλεν.* Cossaeos domuit Alexander intra dies ad summum quadraginta. Diod. 17, 111, Plut. Alex. 72, Polyae. 4, 3, 31. *Schmiederus.*

αὐτῷ — οὔτε αὐτῷ. Improbatur conjecturam meam Sintenis in cens. alt. p. 163 s. Offensioni mihi futurum non fuisse *Ἀλεξάνδρῳ* cf. Reisigio ad Soph. Oed. C. comm. critt. 864. Sed hoc ipsum mihi molestum fuit quod *αὐτῷ* sic iteratur, cujusmodi exemplum apud Reisigium frustra quaeras. Succurrit tamen Hom. Od. 3, 208: *ἀλλ' οὐ μοι τοιοῦτον ἐπέκλωσαν θεοὶ ὄλβον, πατρὶ ἔ' ἐμῷ καὶ ἐμοί.* cf. v. 381 (et ll. γ, 301. Aesch. Ag. 610: *ἀνὴρ ἄφαντος ἐξ Ἀχαιῶν στρατοῦ, αὐτὸς τε καὶ τὸ πλοῖον.*)

ἐπ' αὐτούς in eos, Cossaeos. *Raphaelius.*

ἐς ὃ τι ὄρμησειε quidquid aggrediretur. *Raphaelius.* Polyb. 32, 12, 10: *μεγάλην ἐποίησε προκοπὴν, ἅτε τοῦ τῶν γυναικῶν γένους καὶ λάλου καὶ κατακόρου ὄντος ἐφ' ὃ τι ἂν ὄρμηση.*

4. *ἐπαινούντων τε καὶ στεφανοῦντων ἐπὶ τῇ.* Utrumque participium construendum est cum sequentibus verbis: et gratulantium et coronam ferentium ob regnum Asiae. Hoc enim erat donum quod imperatoribus ob res praecclare gestas ab amicis mitti solebat. Ita infra c. 19, 1: *αἱ πολλαὶ στεφανοῦντων τε αὐτὸν ἦσαν καὶ ἐπαινούντων ἐπὶ ταῖς νίκαις.* Simile exemplum est et apud Livium 7, 38, 2: Carthaginenses quoque legatos gratulatum (de victoria Samnitica) Romam miserunt cum coronae aureae dono. Adde Curt. 4, 2, 2: Coronam auream legati donum adferebant. — ille dona ut ab amicis accipi jussit. 4, 5, 11: Graeci decernunt ut duodecim legarentur ad regem qui ob res pro salute Graeciae ac libertate gestas coronam auream donum victoriae ferrent. Ad quem locum vide notata a Freinshemio. *Raphaelius.*

τὰ ὀνόματα καὶ τὰς σευὰς ὀφθῆναι. Durius dictum foret *ὀνόματα ὀφθῆναι*, nisi intercedente voce *σευὰς* molliretur. Quomodo et Latinos scriptores interdum locutos invenias, ut duabus rebus addant unum verbum quod alteri earum tantum conveniat. De quibus nunc unum forte succurrit ex Corn. Nep. Alc. 3, 5: non solum spem in eo habebant maximam sed etiam timorem. Ubi Lambinus: Nove dictum timorem in eo habebant; sed quia non dixit diserte habebant timorem (nam verbum habebant cum voce spem cohaeret proxime), ideo haec locutio non est vitiosa, sed elegans potius et venusta propter rotunditatem et ambitum. Haec Lambinus. Quanquam et Propertius ita locutus est: vulneribus didicit miles habere metum. Sic Lucas in evang. 1, 64 dicit: *ἀνέψθη τὸ στόμα αὐτοῦ παραχυρῆμα καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ.* *Raphaelius.* Simile exemplum est c. 14, 9, ubi *ἀνέθισαν* pertinet ad *τὰ ὄπλα.* *Schmiederus.* Cf. Lobeck. ad Soph. Aj. 1035 p. 429 s.

5. *Ἀλέξανδρον.* ms. opt. *Ἀλεξάνδρῳ*, ut construatur cum verbo *ἀπέτρεπον.* *Raphaelius.*

Ἀριστος. Salaminus (Strab. 14, 6 p. 682) πολὺ νεώτερος quam Aristobulus et Onesicritus. ib. 15, 3 p. 730. Qui locus Vossium fugit de histt. Gr. p. 62. Asclepiades quis dicatur non constat. v. eundem p. 118 s.

6. πλὴν γε δὴ attamen certe quidem. Quibus particulis ostendit incredibile sibi potius videri. *Raphelius*.

οἷς τισι. Comma delet Sintenis in cens. alt. p. 139, nescio quo consilio. Relativum ad nomina propria referendum.

εἴπερ τινὰς ἄλλους. cf. ann. ad 3, 22, 2.

κατεχομένους. Freinshem. ad Curt. 10, 4, 15 s., Just. 12, 13 legatos etiam ex Sicilia, Gallia et Sardinia adfuisse addit. Longissimus de istis legationibus est Siculus 17, 113, adventum eorum in Ol. 114, 1 referens, quum Alexander jam Babylone esset. Nam Arrianus bis de legationibus loquitur, nempe h. l. de aliarum gentium et c. 19, 1 de Graecorum legatis. Praeter eos ex Asia memorat legatos Carthaginiensium, Afrophoenicum et omnium usque ad Herculis columnas gentium; deinde Graecorum, Macedonum, Illyriorum, accolarum maris Adriatici, Thracum Galatarumque Thracibus finitimorum. Ex quibus Alexandrum primos audisse qui sacrorum causa venerant; secundos qui dona attulerant; inde qui cum finitimis controversias habebant; post qui de privatis tractaturi; denique qui exulum restituendorum causa veniunt; omnemque regem operam dedisse ut grata responderet. *Schmiederus*.

C. 16.

1. ἀγράφτοις. In Lexico citantur ἀγρακτα navigia exponunturque non tecta nec munita ad pugnandum. *Raphelius*. Ναὺς πεγραμμένα eadem naves esse videntur quas alii καταστρώματα ἐχούσας vocant, ut inter alios Thucydides 1, 14 et 7, 40. Schol. ad Thuc. 6, 33 vocem ἀγρακτω explicat per ἄσπλοι et πεγραμμένοι et 1, 82 per ὠπλισμένοι. Sed v. Is. Vossium de constructione triremium p. 722 T. 12 Antiq. Rom. Graev. et Scheffer. 2 de re navali p. 85. *Schmiederus*.

2. τὴν Κασπίαν. De mari Caspio v. Plut. Alex. 44, Freinshem. ad Curt. 6, 4, 19 et St. Croix p. 181 ss. Veram ejus conditionem jam novere Herod. 1, 203, Aristot. Meteor. 1, 13. 2, 1, Diod. 18, 5, Polycleetus apud Strabonem 11, 351 [11, 7 p. 509], Ptolemaeus 7, 5. Per Alexandrum ejusque historicos divulgata est falsa ista opinio id mare cum Oceano orientali conjunctum esse, quae sine dubio tanquam falsa convicta fuisset, nisi mors citior Alexandrum praeripuisset. *Schmiederus*.

τὴν ἐρυθρὰν δὴ καλουμένην. Nomen hoc traxisse credebatur ab Erythre rege in insula sinus Persici, cui Oaracta nomen, sepulto. cf. Ind. 37, 3. *Schmiederus*.

3. Ὠξος ποταμός. Strab. 11, 11 p. 517: μεταξὺ τοῦ τε Ὠξου παταμοῦ, ὃς ὀρίζει τὴν τε τῶν Βακτριῶν καὶ τὴν τῶν Σογδιῶν καὶ τοῦ Ἰαξάρτου· οὗτος δὲ καὶ τοὺς Σογδιούς ὀρίζει καὶ τοὺς Νομάδας. 11, 6 p. 507: (ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ Ὠξου ποταμοῦ) ἐπὶ τοῦ Ἰαξάρτου (τὸν περιήλων τῆς θαλάττης ταύτης εἶναι σταδίων) διαχιλίῳν τετρακοσίων. cf. ann. ad 3, 29, 2.

Ἰαξάρτης. Ὠξάρτης Gron. cf. ann. ad 3, 30, 7.

τὸν Ἀράξην. Strab. 11, 1 p. 491: in confiniis Albaniae et Armeniae

ὁ Κῦρος καὶ ὁ Ἀράξης ἐκδίδωσι ποταμούς, ἦέων ὁ μὲν διὰ τῆς Ἀρμενίας, Κῦρος δὲ διὰ τῆς Ἰβηρίας καὶ Ἀλβανίας. cf. 11, 8 p. 512. 13 p. 523. 14 p. 527 s. cl. 1, 3 p. 61.

4. ἐς τούτους —. Optimus et alii duo mss. ἐς τε τούτους: tam illabentes in hos fluvios quam ipsi seorsum. *Gronovius*. Sive, ut *Facius*, partim qui in superiores exeunt, partim qui seorsum fluunt. *Raphelius*. Accuratus *Gronovius*.

ὁ δὲ ἄγνωστον πάντη ἐστίν. Non tantum fluvios istos incognitos dicit, sed ne quidem constare sintne isthic aliqui fluvii necne. Hinc addit ὡς εἰκός totumque hoc ἄγνωστον ait esse. *Raphelius*. Videlicet omnino de regione sermo est.

5. Χαλδαίων. Curt. 10, 4, 14. λόγιοι vates, vaticiniorum interpretes. *Raphelius*. Aliter rem enarrant *Diod.* 17, 112 et *Plut.* *Alex.* 73.

6. λόγον. immo λόγος. cf. 2, 5, 2. 5, 19, 2. ὡς ὁ λόγος 1, 12, 1. 16, 3.

ἔχει δὲ τὸ ἔπος Εὐρύπιδη ᾧδε. *Herod.* 8, 20: Βάκιδι γὰρ ᾧδε ἔχει περὶ τούτων ὁ χρησμός. Versus legitur *Plut. Mor.* p. 464, a et 811, d atque *App. b. c.* 2, 153.

7. ταύτη ἐπέχουσαν huc tendentem. *Raphelius*.

Σόλωνα. cf. *Herod.* 1, 30 ss. *Schmiederus*.

περὶ αὐθῆναι. περὶ αὐθῆναι C. Nam alteram formam in his quidem libris frustra quaeras.

C. 17.

1. ἐκ πλίνθου ὀπτῆς. *Xenoph.* *Anab.* 2, 4, 12: ἦν δὲ ᾠκοδομημένον πλίνθοις ὀπτῆς ἐν ἀσφάλτῳ κειμένας. *Raphelius*. cf. *Kr. ann.* ad h. l. et supra ad 3, 16, 4.

2. Ξέρξης κατέσκαψεν. De destructione hujus templi v. *Freinshem.* ad *Curt.* 3, 3, 16. Xerxem vero id templum diruisse ait forte odio gentis, forte ira atque indignatione infelicis expeditionis, desertorum conatum a deo poenas exacturum. Evertit enim aedem quum ex Graecia redisset. *Arrian.* 3, 16, 4. s. De templo ex *Diodoro* 2, 9 haec adscribo: Semiramis ἐν μίση τῇ πόλει κατασκεύασεν ἱερὸν Διός, ὃν καλοῦσιν οἱ Βαβυλώνιοι, καθάπερ εἰρηκαμεν, Βῆλον. περὶ δὲ τούτου τῶν συγγραφέων διαφωνοῦντων καὶ τοῦ κατασκευάσματος διὰ τὸν χρόνον καταπεπωκόσις οὐκ ἔστιν ἀποκρίνασθαι τάκριβες. ὁμολογεῖται δ' ὑψηλὸν γεγενῆσθαι καθ' ὑπερβολὴν καὶ τοὺς Χαλδαίους ἐν αὐτῷ τὰς τῶν ἀστρων πεποιῆσθαι παρατηρήσεις, ἀκριβῶς θεωρουμένων τῶν τε ἀνατολῶν καὶ δύσεων διὰ τὸ τοῦ κατασκευάσματος ὕψος. τῆς δ' ὅλης οἰκοδομίας ἐξ ἀσφάλτου καὶ πλίνθου πεγματοτεχνημένης πολυτελῶς κ. τ. λ. In ss. numerat statuas et vasa ejus templi pretiosissima; verum ista Persarum reges postea abstulisse. Intelligunt interpretes praecipue *Darium* et *Xerxen*, laudantes *Herod.* 2, 183, *Strab.* 16 p. 1073 et *Arrianum*. *Schmiederus*.

ἀνοικοδομεῖν. *Strab.* 16, 1 p. 738: Ἀλέξανδρος ἐβούλετο ἀνασκευάσαι· πολὺ δ' ἦν ἔργον καὶ πολλοῦ χρόνου· αὐτῇ γὰρ ἡ χεὶρ εἰς ἀνακρίθασιν μυρίας ἀνδράσι δοῦν μνηῶν ἔργον ἦν· ὥστ' οὐκ ἔφθη τὸ ἐγγχειρηθὲν ἐπιτε-

λίσει. παραχρῆμα γὰρ ἡ νόσος καὶ ἡ τελευτὴ συνέπεσε τῷ βασιλεῖ. τῶν δ' ὕστερον οὐδεὶς ἐγρόντισεν, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ ὠλιγορήθη.

3. ἀνθ' ἡσαντο — institissent operi quibus hoc negotium datum fuerat. Non satis diligentia adhibuerant, dum Alexander in India abfuerat. *Raphelius*. Sed ita ἀποστάσιος interpretari non licet. Atque quamquam 3, 16, 4 dictum est ἀνοικοδομῆν προσέταξε — τοῦ Βήλου τὸ ἱερόν, tamen non minus ex hoc quam ex Strabonis loco apparet rem nunc inchoatam esse. Itaque ἀποστάσιος explicaveris: ubi ab opere recesserat. Sed hoc aptius esset de architecto, quem operi adesse par est, quam de Alexandro qui raro rem spectarit. Quare in mentem mihi venit: οἱ ἐπιστάσιες ἀπόντος.

πολλὴν μὲν τήν. Fortasse πολλὴν μὲν τινα.

4. ἀπὸ τοῦ. Mirus est Sintenis in cens. alt. p. 164 dicens archaismum satis ab Ellendtio defensum esse cl. c. 21, 3: ἐνθεν μὲν ἐς τείναγος ἐπὶ πολὺ, ἐκ δὲ τοῦ ἐς θάλασσαν — ἐκδίθωσι. Quid tandem in his verbis archaismi est? Nempe non magis quam in formulis ὁ μὲν et ὁ δέ, quibus ubi praepositio adjungitur, propemodum legitima ratione particula praepositioni praemittitur. Aliam conjecturam nunc addo hanc ut deleto καὶ legatur ἀπὸ οὗ.

οὐκ ἄντιος — cum non esset in quod insumerentur reditus, templo nempe destructo et sacrificiorum usu sublato. *Raphelius*.

6. ἐλώδη. Nempe per stagnum Nagragam, in quod inquisivit cl. Bochartus in Phaleg. sine capitis 8 libri primi. *Gronovius*.

C. 18.

1. Πειθαγόρα. Πυθαγόραν dicit Plut. Alex. 73.

μαντεύσασθαι scripsisse Pithagorae, fratri suo ut exta consuleret etiam pro sua (Apollodori) salute. *Μαντεύσασθαι* enim ipsi vates dicuntur, uti et paulo post § 5 et c. 22, 1. *Raphelius*.

2. ἐπὶ τῷ Ἡφαιστίῳ νι. θύειν ἐπὶ νι sacrificare ut ex extis hostiae cognoscantur fata alicujus. *Schmiederus*. Cf. Kr. ann. ad Xenoph. Anab. 3, 5, 18.

ὁ λοβός lobus Spigeli aut lobus quadratus. v. interpr. ad Eur. El. 822. cf. Xen. Hell. 3, 4, 15. 4, 7, 7 et App. b. c. 2, 152. Probabatur χολῆς λοβῶν τε ποικίλη εὐμορφία Aesch. Pro. 493.

3. ἄλοβον. Desiderari videntur verba καὶ γενέσθαι, uti mox § 4 scribitur ἄλοβόν οἱ τὸ ἦπαρ ἐγένετο τοῦ ἱερίου. *Raphelius*.

4. παρῆλθεν. sc. Alexander. *Raphelius*.

αὐτῷ. vel Pithagorae vel Alexandro. Ita enim § 5: τοῦ αὐτοῦ σημείου ἀμφοῖν γινόμενον. *Raphelius*. Ex his verbis apparet αὐτῷ referendum esse ad Alexandrum.

χαλεπόν. Alia portenta v. c. 22 et 24, apud Plut. Alex. 73 et 75, Diod. 17, 114 et Curtium. St. Croix p. 155 ista prodigia inventa credit a satrapis atque praefectis Alexandri malignis, qui de salute sua solliciti Alexandrum ab Babylone atque otio ipsis funesto deterrendi cupidissimi erant. *Schmiederus*.

5. καὶ Ἀντιγόνῳ χρόνῳ ὕστερον et Antigono postea, nempe post Perdiccam, non vero post Alexandrum. Arrianus enim, uti annotat Gronovius, non intentus est ordini rerum inter Alexandrum et hos duces, ut his postea id contigerit, sed tantum inter Perdiccam et Antigonum, ex quibus illi priori perire contigit et Antigono posteriori. *Raphelius*. Haec quis probet? Non erat hic cur Arrianus indicaret uter dux prius perisset: erat quod significaret hoc vaticinium non hoc ipso tempore factum esse.

6. ἐς μνήμην — sermonem illum in memoriam rediisse eorum qui audierant ex Calano, quod nempe de morte Alexandri divinitus praedixisset. *Raphelius*.

C. 19.

1. παρελθόντι. Suppl. Curt. 10, 4, 15. *Raphelius*.

πρεσβευόμενοι. πρεσβεσόμενοι cur suaserim docet ann. ad Thuc. 1, 31, 3.

στεφανούντων. sc. ἐπὶ ταῖς νίκαις, coronam offerentium ob victorias. v. supra c. 15, 4. *Raphelius*.

2. Ἀρμοδίου. cf. 3, 16, 7 s. *Raphelius*.

τῆς Κερκαίας. Κερκίς est arbor de genere populi, quam ita describit Theophr. hist. 3, 14: ἡ κερκίς δὲ παρόμοιον τῇ λεύκῃ καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ τοῦς κλάδους ἐπιλεύκους ἔχειν. Ex ejus arboris ligno fabricatum forte fuit Dianae hujus signum, appellationem trahens ex materia vel ex pila in qua positum erat, si forte ex Cercide arbore fuerit. Uti et apud Orchomenios Dianam Cedreatim fuisse memorat Pausanias, ab arbore in qua stabat sic dictam 8 p. 477, 8: πρὸς δὲ τῇ πόλει ξοάνῳ ἔστιν Ἀρτέμιδος. Ἰδρῦται δ' ἐν κέδρῳ μεγάλη καὶ τὴν θεὸν ὀνομάζουσιν ἀπὸ τῆς κέδρου Κερκεῖαν. *Raphelius*. Sed ecce Ἀρτεμὶς Κελκαία comparet in titulo incertum ubi reperto apud Boeckhium in Corp. inscr. 2, 2 p. 47.

3. κατὰ τὸν Εὐφράτην. Credendum est naves per canales ex Tigri in Euphratem pervenisse. *Schmiederus*.

τὸ δὲ ἐκ Φοινίκης — Strab. 16, 1 p. 741: γῆσιν Ἀριστόβουλος — κατεσκευάσθαι πλοῖα τὰ μὲν ἐν Φοινίῃ τε καὶ Κέπρῳ ναπηγησάμενον διὰ λυτὰ τε καὶ γομφωτά, ἃ κομισθέντα εἰς Θάψακον σταδίοις ἑπτὰ [?], εἶτα τῷ ποταμῷ κατακομισθῆναι μέχρι Βαβυλῶνος· τὰ δ' ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ συμπηξάμενον τῶν ἐν τοῖς ἄλσεσι καὶ τοῖς παραδείσοις κυπαρίττων· σπάνις γὰρ ὕλης ἐνταῦθα, ἐν δὲ Κοσσοίοις καὶ ἄλλοις τισὶ μετρία τίς ἐστιν εὐπορία.

4. τοὺς δὲ καὶ ὠνησόμενος alios vero etiam emeret. *Raphelius*.

θαλάσσιοι. v. ann. ad Thuc. 1, 7, 2. cf. Dion. Arch. 1, 41.

6. Ἀραβας τοὺς πολλούς. cf. not. ad 1, 3, 2 et 7, 1, 2. *Raphelius*.

πρόφασιν μὲν — Strab. 16, 1 p. 741: σκήψασθαι μὲν οὖν αἴτιαν τοῦ πολέμου φησὶν (Ἀριστόβουλος), ἐπειδὴ μόνοι τῶν ἀπάντων οὐ πρεσβεύσαντι οἱ Ἀραβες ὡς αὐτῶν· τὸ δ' ἀληθὲς ὀρεγόμενον πάντων εἶναι κύριον.

C. 20.

1. δύο μόνον τιμᾶν θεός. Herod. 3, 8: Arabes Διόνυσον θεὸν μόνον καὶ τὴν Οὐρανίην ἡγεῦνται εἶναι. — οὐνομάζουσι δὲ τὸν μὲν Διόνυσον Ὀροσίλ, τὴν δὲ Οὐρανίην Ἀλιλάτ. *Schmiederus*.

οὐκ οὖν ἀπαξιοῦν — Strab. 16, 1 p. 741: καὶ ἐπεὶ δύο θεοὺς ἐπυνθάνετο τιμᾶσθαι μόνους ἢν' αὐτῶν, τὸν τε Δία καὶ τὸν Διόνυσον, τοὺς τὰ κριώτατα πρὸς τὸ ζῆν παρέχοντας, τρίτον ὑπολαβεῖν ἑατὸν τιμῆσθαι (ἡσθῆν Ἀριστόβουλος) κρατήσαντα καὶ ἐπιτρέψαντα τὴν πάτριον αὐτονομίαν ἔχειν ἢν εἶχον πρότερον. cf. 16, 4 p. 785.

πρὸς Ἀράβων θεόν. Nec evanuit regis memoria in istis regionibus. Scriptores Persici et Arabici multa loquuntur de Escandro quodam, heroe fabularum suarum: de quibus v. St. Croix p. 42 et p. 289 de traditionibus Persicis. *Schmiederus*.

εἶπερ οὖν καὶ — siquidem etiam, postquam Arabas viciisset, permittere ipsis vellet, quemadmodum Indis, ut suis institutis viverent. Hoc beneficio Alexander sperabat se facilius ab Arabibus divinos honores impetraturum, si contingeret ut eos vinceret. *Raphelius*.

τὰ σφῶν νόμιμα. V. ad ann. 1, 21, 1. Sic τὸ σφῶν δέος 1, 13, 7, τὸ σφῶν ναυτιζόν 1, 18, 7, ἡ σφῶν ἐπιχράτεια 2, 13, 8, τὸ σφῶν εὐώνυμον 3, 13, 1, ὁ σφῶν βασιλεὺς 4, 10, 7, γνώμη ἡ σφῶν 2, 20, 3, ἀρετὴ ἡ σφῶν 3, 9, 5, ἡ χώρα ἡ σφῶν 3, 17, 6, οἱ νόμοι οἱ σφῶν 1, 18, 2.

2. τὴν κασίαν. De cinamomo et casia v. Plin. 12, 19, ubi utramque in Arabia nasci negat, sed ex Aethiopia in Arabiam transferri. *Schmiederus*.

οἰοι παρασχεῖν — qui portus possint et stationes praebere classi et urbes praebere in quibus hospitio excipi possint ii qui classe illuc deferantur, hasque esse opulentas. Sententia est: oram illam maritimam ita et portuosam esse et propterea urbibus etiam frequentem, ut non modo naves commodas illic habeant stationes, sed vectores quoque in domos possint divertere. Ἐνοικίζω in domum introduco, domo excipio; ἐνοικίζομαι domo excipior, nisi quis verbo neutro habitare verū velit cum Vulcanio. *Raphelius*. Rectius *Schmiederus*: praebere eos portus locos in quibus et urbes aedificari possint, et eas urbes opulentas futuras. Reddidit quod ego restitui γενέσθαι ἄν, quam emendationem qui supervacaneam dicit Sintenis in cens. alt. p. 164, γενέσθαι ex παρασχεῖν pendere affirmat. Ista vero ratio et per se dura est et pronomine ταύτας refutatur. Cur idem aliter habere censeat 4, 1, 4. 6, 21, 5 non video. Nec magis concesserim quod dicit 3, 1, 5 ἄν particulam etiam abesse posse.

3. τὸ στόμα τοῦ Ἐυφράτου. cf. 7, 5. *Schmiederus*.

Ἀρκεμίδος. Id igitur erit in quo pro statua habuit lignum indolatum, ut Arnob. l. b. interpretatur verba Clementis Alex. ἐν Ἰκάρω τῆς Ἀρτέμιδος ἄγαλμα ξύλον ἦν οὐκ εἰργασμένον. *Gronovius*. Nomen quod insulani numini suo dederunt sine dubio aliud fuit; at quum cultus sit similis cultui Dianae, a Graecis ita vocata est. *Schmiederus*.

4. νέμεσθαί τε αὐτὴν pasci sive gigni in ea insula capras feras. *Raphelius*.

ἀντίσθαι. Strab. 6, 2 p. 276: (αἱ νῆσοι) ἀντίσθαι εἰς νομούς.

ἀφ'έτους proprium est de grege numini alicui consecrato. v. interpr. ad Plat. Prot. p. 320, a.

Θέμις in hac formula pro accusativo esse docent etiam Elmslejus et Hermannus ad Soph. Oed. C. 1191. cf. 7, 23, 6.

Ἰκαρον. Strab. 16, 3 p. 766: ἀπὸ Τερηδόνος ἕξις ἐν δεξιῇ ἔχοντι τὴν ἠπειρον ὁ παράπλους ἔχει προκειμένην νῆσον Ἰκάριον καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἅγιον ἐν αὐτῇ καὶ μαντεῖον Ταυροπόλου. i. e. Ἀρτέμιδος.

ἐπὶ τῆς νήσου. In optimo legitur ἐπὶ μιῇ τῆς νήσου, quomodo ait in fine l. 7: χρησμοὶ ἐπὶ τῇ μιῇ αὐτοῦ χρησθέντες. Gronovius. Mihi illud interpretamentum redolere videbatur. Hanc insulam Strabo 14, 1 p. 639 Icariam dicit.

ἐς ἦντινα —. In hanc insulam, non in mare decidisse Icarum tradere videtur etiam Strabo l. 1: παεῖν ἐνθάδε μὴ κρατήσαντα τοῦ δρόμου.

6. Τύλος. Plin. 12. 21: Tylos insula in eodem sinu est, repleta silvis qua spectat orientem quaque et ipsa aestu maris perfunditur, etqs. Strabo 16, 3 p. 766: πλεύσαντι δ' ἐπὶ πλείον ἄλλα νῆσοι, Τύρος καὶ Ἀραδός εἰσιν. — διέχουσι δ' αἱ νῆσοι αὐταὶ Τερηδόνος μὲν δεξιήμερον πλοῦν, τῆς δὲ κατὰ τὸ στόμα ἄκρας τῆς ἐν Μάκαις ἡμερῶσιον. Τύλος etiam apud Polyb. 13, 9, 5. cf. Steph. Byz. in Τύρος et Salmas. ad Solin. p. 720, a.

ἡ πολλή maximam partem. *Raphelius.*

7. ταυτί. Hoc uno loco apud Arrianum hanc formam se legere meminisse dicit Sintenis in cens. alt. p. 164. Itaque suadere videtur ταῦτα.

ταυτί ἀπηγγέλθη — haec nunciata sunt Alexandro partim quidem ab Archia. Quaedam ergo ex aliis cognovit. *Raphelius.* Respondet Ἀνδρσοθένης δέ, sed constructio mutata est. *Schmiederus.*

τὸ πρόσω. v. ann. ad 4, 30, 7.

καὶ τῆς χειρρονήσου — etiam aliquam cherronesi Arabum partem. *Raphelius.* Androsthenis παράπλου τῆς Ἰνδιζῆς excerpit Athenaeus 3 p. 93. Theophr. h. pl. 1, 9. c. pl. 2, 7. *Schneiderus.* Strabo 16, 3 p. 766 quum etiam occidentale Persici sinus littus ab Euphratis ostio circiter mille stadiorum esse dixisset, hoc addit καὶ Ἀνδρσοθένη λέγειν ἡσὶ τὸν Θάσιον τὸν καὶ Νεάρχω συμπλεύσαντα καθ' αὐτόν. Itaque ipse ejus librum non legit. cf. Voss. de histt. Gr. p. 463.

μακροτάτω. μακροτέρω Dio C. 49, 26. cf. Gr. § 23, 9 ann. 5 et Buttm. Gr. max. § 115, b ann. 4 ***).

8. θανμαστόν τι εἶναι καὶ ὄσον. Fortasse θανμαστόν τι εἶναι ὄσον καὶ. *Pflugkius.*

τὴν ἄκραν. Vocatur Maceta. Ind. 32, 7. *Schmiederus.* Strab. 16, 3 p. 765: ἕξ Ἀρμόζοντος τοῦ τῆς Καρμανίας ἀκρωτηρίου τῆς Ἀραβίας ἀγοράται τὸ ἐν Μάκαις. cf. ann. ad § 6.

9. τοὺς ξὺν Νεάρχω. Ind. 32, 6 ss. *Raphelius.*

C. 21.

1. διῶρυξ αὐτῆ. Vox αὐτῆ quo referenda? Num ad Βαβυλωνος? vereor ut satis commode. Quanquam hujus fossae cura ad Babyloniam

satrapam spectabat § 5. *Raphelius*. Schmiederus ibi interpretatur, quasi *ταύτη* scriptum esset. Quod in annotatione critica legitur: an *αὐτή*? corrigendum est *αὐτή*, quod hic verum esse viderunt Pflugkius et Sintenis in cens. alt. p. 164 s. Satis nota est dicendi ratio *αὐτή ἴσῃν διῶρυξ* (Gr. § 61, 7), cui perspicuitatis gratia adjicitur ὁ *Παλλακόπας*.

2. ἦρος δὲ ὑπογαίνοντος — Haec eadem copiose tradit Strab. 16, 1 p. 740, alia ex Polycleto p. 742. Adde Ammian. 25, 6, 12.

3. ὅτι ἐπιπολῆς. Videtur desiderari conjunctio καί, καὶ οὐ. Ita certe interpretes Latini. *Raphelius*.

ἐπιπολῆς — quia in superficie terrae et altus ejus fluxus est. Quia Euphrates non presso in profundum alveo fluit, sed passim suis aquis terrae quam alluit altitudinem exaequat 7, 7, 5, hinc cum primum torrentibus infumescere incipit, super ripas, quibus fere nullis coeretur, in agros effunditur. *Raphelius*.

εἰ μή τις — ἐξτρέψειε. cf. § 4. Rectius ἦν μή τις ἐξτρέψει dixisset.

ἐς τὰ ἔλη. Haec Strabo quoque memorat 16, 4 p. 767.

ἐπὶ πολὺ longe, per ingens spatium. *Raphelius*.

ἐκδιδῶσι dicit etiam 5, 4, 1 et 7, 7, 4; ἐκδιδῶι ceteris locis (v. ann. ad 1, 3, 2); in verbo simplici et aliis compositis constanter δίδωσιν.

4. τετηκνίας — liquefacta autem nive circa Vergiliarum maxime occasum, i. e. sub hiemis initium, v. 6, 21, 2, et aquis jam dilapsis. Ita et Gronovius hunc locum explanat p. 260 col. 2. „Aliquo tempore, inquit, post solstitium aestivum elapso et jam liquefactis consumptisque nivibus incipit Euphrates minor labi, sed maxime tunc quum occidunt Vergiliae.“ Idem de Euphrate memorat Polyb. 9, 35. *Raphelius*.

ὀλίγοι τε ὁ Εὐφράτης ὑέει. et quidem ita ut transiri pedibus possit, prout fecit Lucullus, quod testatur Memnon in Excerptis. *Gronovius*. Cf. Gr. § 57, 5 ann. 1 et ann. ad 5, 9, 4.

εἰ δὴ τις. εἰ δὲ δὴ τις scribendum videtur.

ὡς μηδ' ut ne — quidem. *Raphelius*.

5. τὴν ἀποστροφὴν αὐτοῦ retorsionem aquae. Terra lutosa non firma jacebat, sicut petrosa: facile ab aqua irruente dissoluta in paludes deferebatur, ut igitur difficulter os Pallacopae ea clauderetur, obstrueretur. *Schmiederus*.

6. δὲ ἔγνω. Immo μὲν ἀπέγνω.

προελθόντι δὲ — si quis progredieretur in Euphrate, petrosa comparebat terra.

οἷα διακοπεῖσα — quae discissa si committeretur veteri fossae Pallacopae, vel quae si incisio aut fossa illic fieret ac continuaretur usque in veterem Pallacopae cursum (quod spatium, si rectissime duceretur, minimum erat XXX stadiorum) non concessura esset diffundi aquam propter firmitatem soli; at aversionem ejus certo tempore non difficulter fieri, vel eadem soli firmitas, quae impeditura erat ne diffunderetur inutiliter per fractos et repulsos imbecillos terrae obices, ut in prisco Pallacopa, in contrarium concessura erat, ut aversio aquae et obturatio ejus fossae tempore anni necessario facile fieret, quae aliqui tantum temporis et tot hominum operas requirebat. *Gronovius* in Exercit. de hac fossa p. 375. *Raphelius*. Ek Euphrate triginta stadiis inferius quam Pallacopas ex amne deductus erat alius canalis factus est usque ad Pallacopam productus, ut hujus partem qua

novus canalis in Pallacopam effundebatur rursus obstructam et fortasse terra repletam fuisse statuendum videatur. Paulo copiosius haec omnia enarrat Strabo 16, 1 p. 741: *μφσὶ δ' Ἀριστόβουλος τὸν Ἀλέξανδρον αὐτὸν ἀναπλέοντα καὶ κυβερνῶντα τὸ σκάφος ἐπισκοπεῖν καὶ ἀνακαθαίρειν τὰς διώρυγας μετὰ τοῦ πληθοῦς τῶν συνακολουθησάντων. ὡς δ' αὐτῶς καὶ τὰ στόματα ἐμφράττειν, τὰ δ' ἀνοίγειν· κατανοήσαντα δὲ μίαν, τὴν μάλιστα συντείνουσαν ἐπὶ τὰ ἔλη καὶ τὰς λίμνας τὰς πρὸ τῆς Ἀραβίας, δυσμεταχειρίστον ἔχουσαν τὸ στόμα καὶ μὴ θαδίως ἐμφράττεσθαι δυναμένην διὰ τὸ εὐένδοτον καὶ μαλακόγειον, ἄλλο ἀνοῖξαι καινὸν στόμα ἀπὸ σταδίων τρισέκοντα, ὑπόπειτρον λαβόντα χωρίον κάκεῖ μεταγαγεῖν τὸ ῥεῖθρον. ταῦτα δὲ ποιεῖν προνοῶντα ἅμα καὶ τοῦ μὴ τὴν Ἀραβίαν δυσείσβολον τελῶς ὑπὸ τῶν λιμνῶν ἢ καὶ τῶν ἐλῶν ἀποτελεσθῆναι, νησίζουσαν ἤδη διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ὕδατος. διανοεῖσθαι γὰρ δὴ κατακτῆσθαι τὴν χώραν ταύτην καὶ στόλους καὶ οὐρητήρια ἤδη κατεσκευάσθαι καὶ πλοῖα.*

C. 22.

1. ἐξελέγξας — falsi convicto Chaldaeorum oraculo. *Gronovius.*

πεπονθὼς εἶη. πεπόνθοι C. Exempla idonea hujus optativi pariterque conjunctivi proposui in censura, Kühneri gr. gr. in Annal. philol. et paed. v. 22 p. 32, quibus non pauca addere licet. Hic tamen non male D πεπόνθει.

τοῦ ναυτικοῦ classis. *Raphelius.*

πρίν γε donec. *Raphelius.*

2. τῶν βασιλέων —. Strab. 16, 1 p. 741: *ταῦτά τε δὴ πραγματεύεσθαι περὶ τὰς διώρυγας τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τοὺς τέλους σκευασθῆναι τοὺς τῶν βασιλέων καὶ δυναστῶν· τοὺς γὰρ πλείστον ἐν ταῖς λίμναις εἶναι.* Hic quoque Aristobulum auctorem sequitur. Ceterum eandem narratiunculam rettulit Appian. Syr. 56.

δεδομημένους. Forma parum probabilis, quamquam δεδημημένους edere dubites. cf. Lobeck. ad Phryn. p. 588.

τὴν καυσίαν. De causia v. Eustathium apud H. Stephanum t. 2 p. 176. Eam tradit fuisse πῖλον πλατύν, ὃν οἱ Μακεδονικοὶ βασιλεῖς ἐφόρουσαν λευκὸν αὐτῷ διάδημα περιεικόντες. *Schmiederus.* Cf. Gronov. ad Plaut. mil. glor. 4, 4, 42.

τὴν μὲν δὴ. Fortasse τὴν μὲν ἄτε δὴ. *Pflugkius.* Ego nunc οἷα δὴ emendo quod C habet δὴ οἷα.

τάφῳ — monumento cuidam veterum regum. *Raphelius.*

3. αὐτό. cf. 24, 1. Xen. Hell. 5, 4, 17: *ἄνεμος σημαίνει περὶ τῶν μελλόντων.* Appian. l. l. *καὶ ἐσήμανε μὲν εἰς τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως καὶ τότε. i. e. τοῦτο αὐτό.*

4. ὅτι ἔλαβεν λέγει αὐτόν. Haec ego cur emendanda censuerim parum non intellexit Sintenis in cens. alt. p. 165. Scilicet hoc ordine Arrianus accusativum nunquam addidit, quamquam saepissime ita loquitur: *λέγει αὐτόν ὅτι κ. τ. λ.* Sed Vulcanii scripturam οὐ λέγει contemplanti

forsitan non improbabile videatur scriptorem dedisse: λέγει, ἀποιμηθῆναι δὲ τὴν κεφαλὴν οὐ λέγει αὐτόν.

5. τῶν ναυτῶν. τὸν ναύτην ut aptius suasi.

εἰσὶ δὲ οὗ Σέλευκον λέγουσι. Hoc quoque addit Appianus.

μετὰ γε αὐτόν excepto tamen sive quidem Alexandro ipso. *Raphelius*.

C. 23.

1. ἐς δισμυρίους, τοξότας καὶ σφενδοθήτας, ut dicit Diod 17, 110. *Schmiederus*.

καὶ ταῦτα, ut ipsi Persae.

τοὺς αὐτῷ συναχθέντας ipsi adjunctos, additos. Sic 4, 24, 10. *Raphelius*. Menidae equites erant mercenarii, cum quibus in Media relictus erat. Deinde in Macedoniam missus erat 4, 18, 3 ad exercitum, praecipue credo equitem, conscribendum, cum quo nunc videtur advenisse. Curtius 7, 10, 11 jam revertisse eum tradit, quum Alexander in Sogdiana versaretur. *Schmiederus*.

3 ἐπὶ τούτῳ post hunc. *Raphelius*.

δεκασιάτηρον i. e. cujus stipendium X stateres sunt, credo per annum. Nam stater idem valet quod Daricus, decem stateres idem quod duo minae, nempe 40 circiter thaleros. cf. Gronov. de sestertiis p. 360 ss. De reliquorum apud Alexandrum stipendio nihil invenio. *Schmiederus*. Merces semper secundum menses computabatur.

ἔμερεν. v. ann. ad Thuc. 3, 17, 2.

4. τὸν δὲ τῆ ἀρχῆ, sc. προῦχοντα, aliis imperio praestantem. *Raphelius*.

τὴν πάτριον. Sic 4, 7, 4, Ar. Ran. 368. 1533, Eur. Hel. 222, Bacch. 201, Thuc. 3, 58, 4, 7, 21, 2, Xen. Cyr. 1, 1, 4, Hell. 3, 4, 2, Lys. 2, 9, 30, 19, 20, Isocr. 7, 29, 9, 32, Aesch. 1, 23, Lyc. 97, Din. 1, 110 et semper, quod meminerim, Polybius. Contra ἡ πατρία Soph. Ant. 806, Phil. 1213, Eur. Med. 651, Jon. 433, Hel. 522, El. 1315, Tro. 857, Rhes. 932, Plat. Legg. 759, a, Andoc. 3, 27, Isocr. 7, 59, 10, 63. His duobus Isocratis locis quum alii ἡ πάτριος habeant, in soluta oratione, etiam posteriorum, ἡ πατρία tam rarum est, ut dubium videri possit.

5. ἀπεπειράτο. ἀνεπειράτο lego cl. ann. ad Thuc. 7, 7, 3.

6. Ἰκον δὲ καὶ —. cf. c. 14, 7. Diod. 17, 115 Hammonem Hephaestioni tanquam deo sacra fieri jussisse refert. Unde Alexandrum X millia victimarum caedi jussisse iisque plebem splendido convivio excopisse. Eodem auclore et Luciano de cal. non cred. 17 sacra Hephaestioni fiebant tanquam malorum depulsori et coelestium adessori. Responsum hoc Hammonis propter festa inde nata Alexandro mortis occasionem praebuisse plures tradidere, inter quos et Plut. Alex. 75. *Schmiederus*.

ὁ Ἄμμων pro antistite ejus dictus. cf. Buttman. ad Plat. Alc. β, 20, 2.

Κλεομένει. V. supra 3, 5, 4. *Schmiederus* Aristoteles in Oeconom. *Schneiderus*.

καὶ ἀποθανόντα etiam mortuum, quod majus est quam vivum tantum amare. *Raphelius.*

7. παρασκευασθῆναι. Conjectura mea opus non esse Sintenis in cens. alt. p. 163 me docuit cl. Kr. ann. ad Xenoph. 1. 3, 8. Ejus immemorem me esse potuisse qui sibi persuaserit non facile dictu est. Sed scripturam defensurus docere debebat λέγειν vel εἰπεῖν cum infinitivo aoristi passivi usquam jubendi vi dicta esse. Nam quod κελεύειν sic legitur 6, 1, 6 poni vix potest.

ἡρώων monumentum herois. *Raphelius*

τῇ νήσῳ τῇ Φάρῳ. Caesar b. c. 3 extremo: Pharus est in insula turris magna altitudine mirificis operibus exstructa, quae nomen ab insula accepit. Haec insula objecta Alexandriae portum efficit, — et ponte cum oppido conjungitur. Hinc patet cur τῇ πόλει addatur αὐτῇ, quod nimirum quaedam quasi appendix Alexandriae fuerit insula illa. *Raphelius* Ammian. 22, 16, 10: Insula Pharos — a civitatis littore mille passibus disparata. Strabo 17, 1 p. 794: ἔστι δ' ἐν τῷ μεγάλῳ λιμένι κατὰ τὸν ἕσπλον ἐν δεξιᾷ ἡ νήσος καὶ ὁ πύργος ὁ Φάρος. Ponte junctus erat Alexandriae Plinii quoque aetate 13, 21. νῦν δὲ διὰ χωμάτος ἀνείληπται πρὸς τὴν ἡπειρον Plut. Alex. 26.

ὁ πύργος ἔστιν turris est, non erat. De sua aetate Arrianus loquitur. *Raphelius.*

ὅπως ἐπικρατήσῃ ut templum illud nomine superaret Phari appellationem eaque insula vocaretur de Hephaestionis nomine, ut alia quaecumque Icarum nomine supra 7, 20, 5. Alias hoc sensu simplex κρατεῖν frequens est, ut 5, 6, 8. 6, 14, 4. Ipsum compositum exstat apud Polyb. 2, 38 in.: πῶς ἐπεκράτησε καὶ τίνι τρόπῳ τὸ τῶν Ἀχαιοῶν ὄνομα κατὰ πάντων Πελοποννησίων. *Raphelius.*

καὶ τοῖς συμβολαίσις. Quaero qua ratione aut cujus rei causa Hephaestionis nomen sit tabulis contractuum inscriptum? Mihi quidem nihil aliud succurrit nisi ad firmandam jurejurando fidem in negotiis contrahendis adhibuit fuisse Hephaestionis tanquam dei nomen. Id adeo mihi verisimile fit ex Luciano de non temere credendo calumniae, ubi cum multa alia habentur de divinis Hephaestionis honoribus, quibus eum Alexander coli voluit, tum hoc quoque [17] t. 1 p. 827: καὶ ὁ μίγιστος ὄρκος ἦν ἄψαν Ἡγαισίων. *Raphelius.*

C. 24.

1 τέλος, τέλος βίου, ut 7, 16, 7, Soph. Oed. C. 1721 et Eur. Hipp. 87 et El. 956 et Dem. 57, 27. Sed solum τέλος pro τελευτή, ut hic et minus aperte 3, 22, 2, minus usitatum.

πρὸ τῶν μελλόντων σημαῖναι. Idem loquendi genus supra c. 22, 3. *Raphelius.*

2 ἀδίσμων. Adhuc δεδμεμένον fuisse tradentes miraculum augeat Plut. Alex. 73 et Diod. 17, 116.

τῶν εὐνούχων. Hos eunuchos non secum in castris ducebat Alexander, sed Babylone invenit. *Schmiederus.*

3. περιρρηξαμένους. sc. τὴν ἐσθῆτα. *Schmiederus.*

κατειπεῖν. optimus *ἔξειπεν*. Et sane videtur esse differentia: nam vulgatum *κατειπὲν* saepe usurpat auctor, sed ut significet nominare aliquem in tormentis; hic vero desideratur confiteri aliquid et prodere naturam rei de qua quaeritur. *Gronovius.* Diod. 17, 116 hominem interfectum tradit, ὅπως τὰ σημανόμενα δυσχερῆ εἰς ἐκείνον τρέπηται. *Schmiederus.* Plut. Alex. 74: τὸν μὲν ἄνθρωπον, ὡσπερ ἐκέλευον οἱ μάντιες, ἠγάμισεν.

ἦ δῆ. *Blancardus* ἦ cum jota subscripto. Forte rectius scriberetur ἦ cum spiritu denso: unde, quapropter. *Raphelius.*

4. ἐπὶ ξυμποραῖς ἀγαθαῖς. Diod. potius ait θεοῖς ἀποτροπαῖς. *Schmiederus.* Sed de priori re.

Μήδιον. *Μήδιον* τὸν *Ααρρῖσσίον*, ἄνδρα συνιστρατευκότα *Ἀλεξάνδρῳ*, scriptorem memorat *Strab.* 11, 14 p. 530. cf. *Diod.* 16, 117: παρεκλήθη πρὸς τινα τῶν γιλιων *Μήδιον* τὸν *Θετιάλῶν* πρὸς κῶμον ἐλθεῖν.

C. 25.

1. αἱ βασιλικοὶ ἐφημερίδες. *Athen.* 10, 44 p. 434, b: δηλοῦνται δὲ τοῦτο ἐν ταῖς ἐφημερίαις αὐτοῦ, ὡς ἀνέγραψαν *Εὐμένης* τε ὁ *Καρδιανὸς* καὶ *Δίοδοτος* ὁ *Ἐρυθραῖος*. cf. *Aelian.* v. h. 3, 23.

